HVNC · LIBRVM
INTER · ALIOS
GOLDWINO · SMITH
QVI · CARMINE · HEXAMETRO
PRAEMIVM
SEXTAE · CLASSI
ET · QVINTAE · CLASSIS
PRIMO · ORDINI
PROPOSITVM
REPORTAVIT
D · D
SCHOL · REGAL · ETONENS
MAGISTRI
ET
AVXILIARES
E · C · HAWTREY · R · OKES
E · COLERIDGE · G · G · COOKESLEY
E · H · PICKERING · H · DVPVIS
C · O · GOODFORD · C · J · ABRAHAM
G · A · CARTER · F · E · DVRNFORD
E · BALSTON · C · LVXMOORE
G · L · ELIOT · I · E · YONGE
A · D · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ · $\overline{XL}$ · $\overline{I}$

Reiske



J. D. Philipp geb. Sylang sc.

PLVTARCHI

VITARVM PARALLELARVM

VOLVMEN TERTIVM,

LYSANDRVM, SVLLAM, CIMONEM,
LVCVLLVM, NICIAM, M. CRASSVM,
SERTORIVM, EVMENEM, AGESILAVM,
ET POMPEIVM

TENENS.

LIPSIAE,

IMPENSIS GOTTH. THEOPH. GEORGI.

CIϽIϽCCLXXV.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ,
Η ΒΙΟΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙ.
PLVTARCHI PARALLELA,
SEV VITAE PARALLELAE.

ΛΥΣΑΝΔΡΟΣ [1].

Ἀκανθίων θησαυρὸς [2] ἐν Δελφοῖς [3] ἐπιγραφὴν ἔχει τοιαύτην· Βρασίδας καὶ Ἀκάνθιοι ἀπ' Ἀθηναίων.

Acanthiorum Delphis thesaurus hanc habet inscriptionem: Brasidas et Acanthii de Atheniensibus. Quod in causa est,

1 Lysandrum, Lacedaemoniorum imperatorem, victoria maxime de Atheniensibus ad Aegospotamos parta, murique Athenarum deiecti nobilitant, et bellum Peloponnesiacum ab eo confectum. Incidit autem (quod etiam ex Polybii lib. I. haud procul ab initio, intelligitur) in Camilli tempora, et Veiorum prope obsessionem, id facinus. De Graecis quos aequales habuerit, satis ex ipsa historia liquet. *Xylander.*

2 Ἀκανθίων θησαυρὸς] Xylander vertit: *Donum ab Acanthiis.* Annotatque: θησαυρὸς in Graeco. Sed ea vox hoc loco idem, quod ἀνάθημα, significat, nisi fallor. Eodem modo infra quoque vsus est. Porro autem Brasidas Spartanus fuit, qui Methonam ab Atheniensibus oppugnatam defendit, et praeclaro facinore liberauit. Historia est apud Diodorum Siculum lib. XII. apud Thucydidem lib. II. Acanthus autem Thraciae, seu Chalcidicae, vrbs maritima est, in Singitico sinu, non longe a fossa, quam in Atho monte Xerxes fecit. Caeterum Acanthiis quid rei cum Brasida fuerit, curue eum tanti fecerint, satis ex historia apparet. Nam a Spartanis missus cum exercitu in Chalcidicam et Thraciam contra Athenienses, eas regiones magna virtutis et probitatis cum laude est tutatus. Vide Thucydidem lib. IV. Diodorum quo dixi loco.

3 ἐν Δ.] Lege cum Mur. Annot. ὁ ἐν Δ. *Moses Dusoul.*

διὸ καὶ πολλοὶ τὸν ἐντὸς ἑστῶτα τοῦ οἴκου παρὰ ταῖς θύραις λίθινον ἀνδριάντα Βρασίδου νομίζουσιν εἶναι· Λυσάνδρου δ' ἐστὶν εἰκονικὸς, εὖ μάλα κομῶντος ἐπὶ τῷ [4] παλαιῷ, καὶ πώγωνα καθειμένου γενναῖον. οὐ γὰρ, ὡς ἔνιοί φασιν, Ἀργείων μετὰ τὴν μεγάλην ἧτταν [5] ἐπὶ πένθει καρέντων, οἱ Σπαρτιᾶται πρὸς τὸ ἀντίπαλον αὐτοὶ [6] τὰς κόμας ἀγαλλόμενοι τοῖς πεπραγμένοις ἀνῆκαν· οὐδὲ Βακχιαδῶν [7] τῶν ἐκ Κορίνθου φυγόντων εἰς Λακεδαίμονα, ταπεινῶν καὶ ἀμόρφων, διὰ τὸ κείρασθαι τὰς κεφαλὰς,

est, vt statuam marmoream, quae intra templum est ad valuas posita, Brasidae esse plerique arbitrentur. Verum ea est Lysandri, imaginem eius egregie exprimens veteri more comati, barba promissa insigni. Neque enim (vt nonnulli volunt) tonsis secundum magnum conflictum Argiuis, qui victi erant, Spartiatae ex aduerso comam victoria elati summisere. Nec quum Bacchiadae, qui Lacedaemonem ex Corintho profugerunt, sordidam et foedam speciem tonsis capillis praeferrent, comam coeperunt

4 ἐπὶ τῷ π.] Recte Anonym. et Mureti Annotat. ἔθει τῷ π. In quibusdam haec tria vocabula ἐπὶ τῷ παλαιῷ desunt, vt Vulcob. annotauit.

5 Ἀργείων μετὰ τὴν μεγάλην ἧτταν] Xylander vertit: *Argiuis post magnam illam cladem*: annotatque: Quam dicat, non satis scio: forte illam, qua eos affecit Cleomenes, Alexandridae filius, apud Argi fanum: de qua Pausanias lib. III. et in Argolicis: quo loco de Telesilla scribit. Eam quidem cladem maiorem, quam vt verbis explicari posset, fuisse testatur: quippe non victis modo pugna Argiuis, sed etiam eorum quinque millibus, qui in Argi, Niobes filii, lucum confugerant, vna cum luco combustis. In Argolicis vitiose Ἀρείου pro Ἄργου legitur, et mendam, quae facile poterat ex Laconicis corrigi, interpres retinuit, *lucum*que *Martis* vertit: quum sit Argi, filii Niobes, ipso docente id Pausania.

6 ἀντίπαλον αὐτοὶ] Lege αὐτοῖς: vt p. 7. l. 9. εἰς ἀντίπαλον αὐτοῖς.

7 Οὐδὲ Βακχιαδῶν etc.] Pausanias in Corinthiacis ostendit, Bacchiadas, a Bacchide de Herculis sanguine ortos, regnum obtinuisse in Corintho, atque inde a Cypselo eiectos. Historia est apud Herodotum in Terpsichore descripta. De iis paulo aliter interpres Apollonii, prope finem libri IV. *Xylander.*

8 Ἀρ-

φανέντων, εἰς ζῆλον αὐτοὶ τȣ̃ κομᾷν ἦλθον· ἀλλὰ καὶ τȣ̃το Λυκȣ́ργειόν ἐςι. καὶ φασιν εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς ἡ κόμη τȣ̀ς μὲν καλȣ̀ς εὐπρεπεςέρȣς ὁρᾶσθαι ποιεῖ, τȣ̀ς δὲ αἰσχρȣ̀ς φοβερωτέρȣς.

2. Λέγεται δὲ ὁ Λυσάνδρȣ πατὴρ, Ἀριςόκλειτος [8], οἰκίας μὲν ȣ̓ γενέσθαι βασιλικῆς, ἄλλως δὲ γένȣς εἶναι τȣ̃ τῶν Ἡρακλειδῶν [9]. ἐτράφη δὲ ὁ Λύσανδρος ἐν πενίᾳ, καὶ παρέσχεν ἑαυτὸν εὔτακτον, ὡς εἴ τις ἄλλος, πρὸς τȣ̀ς ἐθισμȣ̀ς, καὶ ἀνδρώδη καὶ κρείττονα πάσης ἡδονῆς, πλὴν εἴ τινα τιμωμένοις καὶ κατορθȣ̃σιν αἱ καλαὶ πράξεις ἐπιφέρȣσι. ταύτης δὲ ȣ̓κ αἰσχρόν ἐςιν ἡττᾶσθαι τȣ̀ς νέȣς ἐν Σπάρτῃ· βȣ́λονται γὰρ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πάσχειν τι τȣ̀ς παῖδας αὐτῶν πρὸς δόξαν, ἀλγυνομένȣς τε τοῖς ψόγοις, καὶ μεγαλυνομένȣς ὑπὸ τῶν ἐπαίνων. ὁ δὲ ἀπαθὴς καὶ ἀκίνητος ἐν τȣ́τοις, ὡς ἀφιλότιμος πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀργὸς, καταφρονεῖται. τὸ μὲν ȣ̃ν φιλότιμον αὐτῷ καὶ

perunt Lacedaemonii in honore habere. Caeterum eſt hoc quoque ex inſtitutis Lycurgi, quem dixiſſe aiunt, formoſos comam ſpecioſiores adſpectu, et turpes reddere magis terribiles.

Fama eſt, Lyſandri patrem, Ariſtoclitum, non ex regia ſtirpe, attamen ex gente fuiſſe Heraclidarum. Educatus Lyſander in paupertate eſt. Hic praebuit ſe praeter caeteros inſtitutorum obſeruantem, fortem, et omnis domitorem voluptatis, niſi quam honores et ſucceſſus tribuunt ex rebus praeclare geſtis: cuius ſi impotentes iuuenes ſint, non eſt turpe Spartae. Nam liberos ſuos mox a prima aetate duci cupiunt gloria, vt infamiis ingemiſcant, et exſultent laudibus. Quem autem non tangant ea, neque commoueant, is deſpicitur, vt degener ad virtutem et ignauus. Ita gloriae cupiditas atque ambitio ei ex rudimentis infor-

8 Ἀριςόκλειτος] Pauſanias conſtanter Ἀριςόκριτον Lyſandri patrem nominat. *Xyl.* Ex Anthologia etiam duo loca profert Palmerius, in quibus *Ariſtocritus* dicitur.

9 Τῶν Ἡρακλειδῶν] Heraclidas eos vocari, qui ab Hercule genus ducebant, notiſſimum eſt: deque eorum in Peloponneſum reditu, et regnis atque ſucceſſionibus multa multi, et paſſim. *Xylander.*

φιλόνεικον ἐκ τῆς Λακωνικῆς παρέμεινε παιδείας ἐγγενόμενον, καὶ οὐδέν τι μέγα χρὴ τὴν φύσιν ἐν τούτοις αἰτιᾶσθαι. θεραπευτικὸς δὲ τῶν δυνατῶν μᾶλλον, ἢ κατὰ Σπαρτιάτην, φύσει δοκεῖ γενέσθαι, καὶ βάρος ἐξουσίας διὰ χρείαν ἐνεγκεῖν εὔκολος· ὃ πολιτικῆς δεινότητος οὐ μικρὸν ἔνιοι ποιοῦνται μέρος. Ἀριστοτέλης δὲ τὰς μεγάλας φύσεις [10] ἀποφαίνων μελαγχολικὰς, ὡς τὴν Σωκράτους καὶ Πλάτωνος καὶ Ἡρακλέους [11], ἱστορεῖ καὶ Λύσανδρον οὐκ εὐθὺς, ἀλλὰ πρεσβύτερον ὄντα τῇ μελαγχολίᾳ περιπεσεῖν. ἴδιον δὲ αὐτοῦ μάλιστα, τὸ καλῶς πενίαν φέροντα, καὶ μηδαμοῦ κρατηθέντα, μηδὲ διαφθαρέντα χρήμασιν αὐτὸν, ἐμπλῆσαι τὴν πατρίδα πλούτου καὶ φιλοπλουτίας, καὶ παῦσαι θαυμαζομένην ἐπὶ τῷ μὴ θαυμάζειν πλοῦτον, εἰσάγοντα χρυσίου καὶ ἀργυρίου πλῆθος μετὰ τὸν Ἀττικὸν πόλεμον, ἑαυτῷ δὲ μηδεμίαν δραχμὴν ἀπολειπόμενον [12]. Διονυσίου δὲ τοῦ τυράννου πέμψαντος αὐτοῦ ταῖς

informata Laconicis inhaereſcebant. Neque ſit ideo eius reprehendendum ingenium. Verum naturae eius hoc aſſignes licet, quod potentes, plus, quam decebat Spartiatem, coleret: et ſupercilium praepollentium, quum ex vſu eſſet, ferret facile: quod quidem in politicae ſcientiae nonnulli non exigua ponunt parte. Ariſtoteles, qui praecellentia ingenia dicit melancholica eſſe, vt Socratis, vt Platonis et Herculis, tradit, Lyſandrum quoque non a principio, ſed aetate grauiorem, melancholia correptum. Id vero praecipuum habuit et peculiare, quod, ſapienter quum paupertatem ferret, neque vſpiam pecuniae ſuccubuerit ipſe, vel ab ea labefactatus fuerit, patriam diuitiis et diuitiarum impleuerit cupiditate, gloriamque ei contemtarum diuitiarum ademerit; qui a bello Attico ingentem auri et argenti vim eo inuexit, neque ſibi drachmam ſumſit vnam. Quum filiabus eius Dionyſius

10 Ἀριστοτέλης δὲ τὰς μεγάλας φύσεις etc.] Xylander vertit: *Ariſtoteles, vbi magnorum virorum temperamenta fuiſſe melancholica aſſerit.* Annotatque: Guarinus ſenſum non extulit. Locus Ariſtotelis eſt problemate I. ſectionis XXX.

11 Ἡρακλέους] Cruſerius pro Ἡρακλέους annotat legendum fortaſſe Ἡρακλείτου.

12 ὑπολειπόμενον Vulcob.

13 Μετὰ

θυγατράσι πολυτελῆ χιτώνια τῶν Σικελικῶν, οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν φοβεῖσθαι, μὴ διὰ ταῦτα μᾶλλον αἰσχραὶ φανῶσιν. ἀλλ᾽ ὀλίγον ὕστερον, πρὸς τὸν αὐτὸν τύραννον ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως ἀποσταλεὶς πρεσβευτὴς, προσπέμψαντος αὐτῷ δύο στολὰς ἐκείνου, καὶ κελεύσαντος, ἣν βούλεται τούτων ἑλόμενον τῇ θυγατρὶ κομίζειν, αὐτὴν ἐκείνην ἔφη βέλτιον αἱρήσεσθαι· καὶ λαβὼν ἀμφοτέρας, ἀπῆλθεν.

3. Ἐπεὶ δὲ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου μῆκος λαμβάνοντος, καὶ μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ τῶν Ἀθηναίων κακοπραγίαν [13], αὐτίκα μὲν ἐπιδόξων ὄντων ἐκπεσεῖσθαι τῆς θαλάσσης, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀπαγορεύσειν παντάπασιν, Ἀλκιβιάδης ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐπιστὰς τοῖς πράγμασι, μεγάλην μεταβολὴν ἐποίησε, καὶ κατέστησε τοὺς ναυτικοὺς ἀγῶνας εἰς ἀντίπαλον αὐτοῖς· δείσαντες οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι πάλιν, καὶ γενόμενοι ταῖς προθυμίαις καινοὶ πρὸς τὸν πόλεμον, ὡς ἡγεμόνος τε δεινοῦ καὶ παρασκευῆς ἐρρωμενεστέρας δεόμενον, ἐκπέμπουσιν ἐπὶ τὴν τῆς θαλάσ-

nyſius tyrannus exquiſitas tunicas Siculas miſiſſet, non accepit eas, addens, vereri ſe, ne viderentur ex iſtis deformiores. At breui poſt legatus ad eundem tyrannum ex eadem miſſus ciuitate, oblatis ab illo ſibi ſtolis duabus, quum iuberet ille, vtra placuiſſet, eam vt acciperet et ad filiam ſuam deportaret, illam ait ipſam potius electuram, abſtulitque ambas.

Quum bellum Peloponneſiacum diutius traheretur, et poſt acceptam in Sicilia cladem exſpectatio eſſet, fore confeſtim, vt Athenienſes pellerentur mari, breuique poſt omnino conciderent: Alcibiades, vt ab exilio reuerſus eſt, incumbens in has res, magnam fecit conuerſionem, ac certaminibus naualibus reddidit Lacedaemoniis Athenienſes pares. Lacedaemonii ergo de integro trepidantes, atque excitati denuo animis ad bellum, quod duce opus eſſet acri, et apparatu firmiore, Lyſandrum claſſi prae-

13 Μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ τῶν Ἀθηναίων κακοπραγίαν] Victo cum copiis et capto Nicia. Vide apud Plutarchum ipſum in eius vita, et Thucyd. lib. VI. *Xylander*.

σης ἡγεμονίαν Λύσανδρον. γενόμενος δ' ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τὴν πόλιν εὑρὼν εὔνουν μὲν αὐτῷ καὶ λακωνίζουσαν προθυμότατα, πράττουσαν δὲ τότε λυπηρῶς, καὶ κινδυνεύουσαν ἐκβαρβαρωθῆναι τοῖς Περσικοῖς ἔθεσι διὰ τὰς ἐπιμιξίας, ἅτε δὴ τῆς Λυδίας παρακεχυμένης, καὶ τῶν βασιλικῶν στρατηγῶν αὐτόθι τὰ πολλὰ διατριβόντων· στρατόπεδον βαλόμενος [14], καὶ τὰ πλοῖα πανταχόθεν ἕλκεσθαι κελεύσας ἐκεῖ τὰ φορτηγὰ [15], καὶ ναυπηγίαν τριήρων ἐκεῖ κατασκευασάμενος, ταῖς μὲν ἐμπορίαις [16] τοὺς λιμένας αὐτῶν ἀνέλαβεν, ἐργασίαις δὲ τὴν ἀγοράν, χρηματισμῶν δὲ τοὺς οἴκους καὶ τὰς τέχνας ἐνέπλησεν, ὥστε πρῶτον ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν πόλιν ἐν ἐλπίδι τοῦ περὶ αὐτὴν νῦν ὄντος ὄγκου καὶ μεγέθους διὰ Λύσανδρον γενέσθαι.

4. Πυθόμενος δὲ, Κῦρον εἰς Σάρδεις ἀφῖχθαι, τὸν βασιλέως υἱὸν, ἀνέβη, διαλεξόμενος αὐτῷ, καὶ Τισαφέρνου

praefecere. Hic Ephesum delatus, quum eam ciuitatem offendisset sui cupidam et enixe facientem cum Lacedaemoniis, afflictam autem id temporis, et ne moribus Persicis ex Persarum commerciis prope efferaretur periclitantem, vtpote Lydiae affinem, et praefectis regiis crebro ibi agentibus: communiuit ibidem castra, naues onerarias imperauit illuc omnes decurrere, ac naualia aedificandarum triremium exstruxit. Ita portus eorum frequentauit mercatoribus, negotiationibus forum, quaestu aedes atque officinas compleuit. Vnde ab illo tempore primum vrbs haec Lysandri opera in spem venit huius, quam videmus, dignationis et magnificentiae.

Certior factus, Cyrum, regis filium, applicuisse Sardes, illuc contendit ad eum conueniendum et criminandum Tisaphernem, cui,

14 βαλλόμενος geminato λ est in Iunt. et Ald.

15 τὰ φορτικὰ] Vulcob. Anon. et Muret. τὰ φορτηγά, vt 504, 12. quod melius. φορτικὰ est a Stephano, pro mendoso φορτηκὰ, quod legitur in Iuntina et Aldina. [Integra H. Stephani annotatio haec est: Existimo, φορτηγικὰ in φορτηκὰ esse mutatum, noua quadam et minime permissa syncope. Alioqui φορτικὰ tolerabilius esset, quam φορτηκά.]

16 τοῖς μὲν ἐμπόροις] Iidem recte ταῖς μὲν ἐμπορίαις.

17 Ἑται-

κατηγορήσων, ὃς ἔχων πρόςαγμα Λακεδαιμονίοις βοηθεῖν, καὶ τῆς θαλάσσης ἐξελᾶται τοὺς Ἀθηναίους, ἐδόκει δι' Ἀλκιβιάδην ὑφιέμενος, ἀπρόθυμος εἶναι, καὶ γλίσχρως χορηγῶν, τὸ ναυτικὸν φθείρειν. ἦν δὲ καὶ Κύρῳ βουλομένῳ τὸν Τισαφέρνην ἐν αἰτίαις εἶναι καὶ κακῶς ἀκούειν, πονηρὸν ὄντα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἰδίᾳ διαφερόμενον. ἔκ τε δὴ τούτων καὶ τῆς ἄλλης συνδιαιτήσεως ὁ Λύσανδρος ἀγαπηθεὶς, καὶ τῷ θεραπευτικῷ μάλιςα τῆς ὁμιλίας ἑλὼν τὸ μειράκιον, ἐπέῤῥωσε πρὸς τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ ἀπαλλάττεσθαι βουλόμενον αὐτὸν ἑςιῶν ὁ Κῦρος ἠξίου μὴ διωθεῖσθαι τὰς παρ' αὐτοῦ φιλοφροσύνας, ἀλλ' αἰτεῖν ὃ βούλοιτο καὶ φράζειν, ὡς οὐδενὸς ἁπλῶς ἀποτευξόμενον· ὑπολαβὼν ὁ Λύσανδρος· Ἐπεὶ τοίνυν, εἶπεν, οὕτως ἔχεις, ὦ Κῦρε, προθυμίας, αἰτοῦμαί σε καὶ παρακαλῶ προσθεῖναι τῷ μισθῷ τῶν ναυτῶν ὀβολὸν, ὅπως τετρώβολον ἀντὶ τριωβόλου λαμβάνωσιν. Ἡσθεὶς οὖν ὁ Κῦρος ἐπὶ τῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, μυρίους αὐτῷ δαρεικοὺς ἔδωκεν· ἐξ ὧν ἐπιμετρήσας τὸν ὀβολὸν τοῖς ναύταις, καὶ λαμπρυνάμενος, ὀλίγῳ χρόνῳ τὰς ναῦς τῶν πολεμίων κενὰς ἐποίησεν. ἀπεφοίτων γὰρ οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς πλέον διδόν-

cui quum imperatum esset, Lacedaemoniis opem ferre, et mari exigere Athenienses, videbatur factus per Alcibiadem remissior pigrescere, ac, praebendo maligne stipendio, naualem manum perdere. Cupiebat autem deferri et male audire Cyrus quoque Tisaphernem, improbum hominem et priuatim sibi infensum. Hinc igitur et ex reliquo vsu carus adolescenti Lysander, et potissimum obseruantia sua conciliatum eum excitauit ad bellum. Parantem discedere Cyrus conuiuio excipiens, rogauit, ne repudiaret munera sua, sed quicquid cordi esset, posceret et aperiret, omnia prorsus impetraturum. Qui occurrens Lysander: Quando adeo te, Cyre, inquit, propensum demonstras in me, peto abs te atque oro, vt nautarum stipendio obolum addas, vt pro ternis ferant quaternos. Cyrus illius animi celsitudine delectatus, donauit ei decem millia Daricorum. Ex quibus suppleto nautis obolo, magnificus breui exinaniuit classem hostium. Complures enim ad eos, vbi stipendium esset vberius, transibant:

τας· οἱ δὲ μένοντες, ἀπρόθυμοι καὶ στασιώδεις ἐγίνοντο, καὶ κακὰ παρεῖχον ὁσημέραι τοῖς στρατηγοῖς· οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ οὕτως περισπάσας καὶ κακώσας τοὺς πολεμίους ὁ Λύσανδρος, ὠῤῥώδει ναυμαχεῖν, δραστήριον ὄντα τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ νεῶν πλήθει περιόντα, καὶ μάχας καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν εἰς ἐκεῖνο χρόνου πάσας ἀήττητον ἠγωνισμένον δεδοικώς.

5. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης εἰς Φωκαίαν ἐκ Σάμου διέπλευσεν, ἐπὶ τοῦ στόλου καταλιπὼν Ἀντίοχον τὸν κυβερνήτην· ὁ δὲ Ἀντίοχος, οἷον ἐφυβρίζων τῷ Λυσάνδρῳ, καὶ θρασυνόμενος, ἐπέπλευσε δυσὶ τριήρεσιν εἰς τὸν λιμένα τῶν Ἐφεσίων, καὶ παρὰ τὸν ναύσταθμον γέλωτι καὶ πατάγῳ χρώμενος, σοβαρῶς παρήλαυνεν· ἀγανακτήσας ὁ Λύσανδρος, καὶ κατασπάσας τὸ πρῶτον οὐ πολλὰς τῶν τριήρων ἐδίωκεν αὐτὸν, ἰδὼν δὲ αὖ τοὺς Ἀθηναίους βοηθοῦντας, ἄλλας ἐπλήρου, καὶ τέλος ἐναυμάχουν συμπεσόντες. ἐνίκα δὲ Λύσανδρος, καὶ πεντεκαίδεκα τριήρεις λαβὼν, ἔστησε τρόπαιον. ἐπὶ τούτῳ τὸν Ἀλκιβιάδην ὁ μὲν ἐν ἄστει δῆμος ὀργισθεὶς ἀπεχειροτόνησεν, ὑπὸ δὲ τῶν ἐν Σάμῳ στρατιωτῶν ἀτιμαζόμενος καὶ κακῶς ἀκούων, ἀπέ-

bant: qui vero remanebant, ſegnes redditi ſunt et ſeditioſi, ac negotia ducibus quotidie exhibuerunt. Atqui, quamuis ita ſpoliauiſſet et preſſiſſet hoſtes Lyſander, proelium nauale tamen trepidabat committere; quod Alcibiadem, virum impigrum, et nauium numero ſuperiorem, qui terra marique omnibus proeliis euaſerat inuictus, metueret.

Verum vt ex Samo Alcibiades Phoceam tranſmiſit, praepoſito claſſi gubernatore Antiocho, hic autem inſultans in Lyſandrum et inſoleſcens, triremibus duabus in portum Epheſiorum inuectus eſt, ſtationemque claſſis cum riſu et ſtrepitu arroganter praeuectus; incenſus Lyſander, deductis primum paucis triremibus, inſequutus eum eſt. Cui vbi venire ſuppetias Athenienſes cernit, compleuit alias. Poſtremo concurrerunt, ac proelium commiſerunt. Victoriam reportauit Lyſander, nauibuſque quindecim captis, excitauit tropaeum. Ea de cauſa abrogauit Alcibiadi populus Athenienſis indignabundus imperium. Qui quum etiam a militibus, qui Sami agerent, contemneretur et male audiret,

naui-

πλευσεν εἰς Χεῤῥόνησον ἐκ τοῦ στρατοπέδου. ταύτην μὲν οὖν τὴν μάχην, καίπερ οὐ μεγάλην τῇ πράξει γενομένην, ἡ τύχη δι' Ἀλκιβιάδην ὀνομαστὴν ἐποίησεν. ὁ δὲ Λύσανδρος ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς Ἔφεσον μεταπεμπόμενος οὓς ἑώρα μάλιστα ταῖς τε τόλμαις καὶ τοῖς φρονήμασιν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ὄντας, ἀρχὰς ὑπέσπειρε τῶν ὕστερον ἐπ' αὐτοῦ γενομένων δεκαδαρχιῶν καὶ νεωτερισμῶν, προτρέπων καὶ παροξύνων ἑταιρικὰ συνίστασθαι [17], καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν, ὡς ἅμα τῷ καταλυθῆναι τοὺς Ἀθη-

nauigauit ex caſtris in Cherſoneſum. Hanc pugnam, licet re non magnam, Alcibiadis cauſa nobilitauit fortuna. Lyſander autem, excitis ex oppidis Epheſum iis, quos maxime praeſtare caeteris audacia et animo videbat, ſemina clanculum ſparſit coitionum et nouationum, quae poſtea ſub eo exſtiterunt, incitans et accendens eos, vt ſodalitia conſtituerent, arripiendiſque rebuſpublicis ſuis adiicerent animum, ſimul atque oppreſſi Athenienſes eſſent,

17 Ἑταιρικὰ συνίστασθαι] Xylander vertit: vt *ſodalitates inſtituerent.* Et ita annotat: Inſtitutum Lyſandri fuit, democratia per vrbes abolita, oligarchiam conſtituere, atque ita poteſtatem omnem a populo toto ad paucos quoſdam ſuos amicos transferre. Itaque ſodalitates iſtas inſtitui iuſſit, hoc eſt factiones, quibus ſui amici freti, popularem reipublicae formam protegentibus ſuperiores fieri poſſent. Huiuſmodi coitiones ſodalitiorum et ſodalitatum nomine etiam aliquando intelliguntur: et meminit Cicero pro Plancio legis Liciniae de ſodalitiis. Alioquin *collegia* etiam verti commode iudico, quae ipſa magno vſui rerum nouarum et malarum affectatoribus fuiſſe notum eſt. Itaque et L. Metello, Qu. Marcio coſſ. auctoritate ſenatus ſublata ſunt, et a Clodio, homine turbulentiſſimo, conuellendaeque reipublicae nato, decem poſt annis reſtituta. Cicero in L. Piſonem, ibique Aſconius. Dio lib. XXXVIII. Idemque poſt etiam a Claudio Caeſare ea ſcribit abrogata. Hoc loco ἑταιρικὰ infra ἑταιρείας vocat Plutarchus, vt et in Ageſilao. Dio quoque noſter in ſimili re ita loquitur. Factiones enim iſtas et cateruas, Caeſarianas, Pompeianas et Craſſianas, quae contra democratiam et ariſtocratiam conſpirarant, et τρικάρανον illud moliebantur, ἑταιρικὰ nominat, lib. XXXVII. extremo. Guarinus mihi haec commemorandi anſam praebuit, quia ſenſum loci minime expreſſit.

ναίους, τῶν τε δήμων ἀπαλλαξομένους, καὶ δυναστεύσοντας ἐν ταῖς πατρίσι. τούτων δὲ τὴν πίστιν ἑκάστῳ δι' ἔργων παρεῖχε, τοὺς ἤδη γεγονότας φίλους αὐτῷ καὶ ξένους εἰς μεγάλα πράγματα καὶ τιμὰς καὶ στρατηγίας ἀνάγων, καὶ συναδικῶν καὶ συνεξαμαρτάνων αὐτὸς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων πλεονεξίας· ὥστε προσέχειν ἅπαντας αὐτῷ καὶ χαρίζεσθαι καὶ ποθεῖν, ἐλπίζοντας οὐδενὸς ἀτυχήσειν τῶν μεγίστων, ἐκείνου κρατοῦντος. διὸ καὶ Καλλικρατίδαν οὔτ' εὐθὺς ἡδέως εἶδον ἐλθόντα τῷ Λυσάνδρῳ διάδοχον τῆς ναυαρχίας, οὔτε, ὡς ὕστερον διδοὺς [καὶ] πεῖραν ἀνὴρ ἐφαίνετο πάντων ἄριστος καὶ δικαιότατος, ἠρέσκοντο τῷ τρόπῳ τῆς ἡγεμονίας, ἁπλοῦν τι καὶ Δώριον ἐχούσης καὶ ἀληθινόν. ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν ἀρετὴν, ὥσπερ ἀγάλματος ἡρωϊκοῦ κάλλος ἐθαύμαζον, ἐπόθουν δὲ τὴν ἐκείνου σπουδὴν, καὶ τὸ φιλέταιρον καὶ χρειῶδες ἐζήτουν, ὥστε ἀθυμεῖν ἐκπλέοντος αὐτοῦ καὶ δακρύειν.

6. Ὁ δὲ τούτους τε τῷ Καλλικρατίδᾳ δυσμενεστέρους ἐποίει ἔτι μᾶλλον, καὶ τῶν ὑπὸ Κύρου χρημάτων αὐτῷ δεδομένων εἰς τὸ ναυτικὸν, τὰ περιόντα πάλιν εἰς Σάρδεις

essent, solutos ipsos fore populari imperio, et principatum in patriis suis habituros. Horum autem faciebat cuique fidem, re ipsa prouehens hos, qui ad amicitiam se iam ipsius contulerant, hospitesque ad magnas opes, et honores, et imperia: atque illorum causa efferendorum socium se fraudum et flagitiorum praebens. Itaque ad illum conferebant se omnes, illi inseruiebant, illum desiderabant, sperantes, illo victore nihil adeo esse arduum, quod non essent assequuturi. Quapropter Callicratidam neque ab initio, quum Lysandri successor ad classem venisset, viderunt libenter, neque, postquam specimen viri dedit omnium optimi et iustissimi, ratio placuit imperii eius, quod Doricam et minime fucatam simplicitatem haberet. Sed huius virtutem, vt signum heroicum fabrefactum extollebant, illius vero exoptabant fauorem, studiumque in amicos et beneficentiam requirebant, vt moerore et lacrymis prosequerentur decedentem.

At ille cum hos a Callicratida magis alienauit, tum datae sibi a Cyro pecuniae ad stipendium nauticum remisit residuum Sardes,

ἀνέπεμψεν· αὐτὸν αἰτεῖν, εἰ βȣ́λοιτο, τὸν Καλλικρατίδαν, καὶ σκοπεῖν, ὅπως θρέψῃ τȣ̀ς ϛρατιώτας κελεύσας. τέλος δὲ ἀποπλέων ἐμαρτύρατο πρὸς αὐτὸν, ὅτι θαλασσοκρατȣ͂ν τὸ ναυτικὸν παραδίδωσιν. ὁ δὲ, βȣλόμενος ἐλέγξαι τὴν Φιλοτιμίαν ἀλαζονικὴν καὶ κενὴν ȣ̓͂σαν· Οὐκ ȣ̓͂ν, ἔφη, λαβὼν ἐν ἀριϛερᾷ Σάμον, καὶ περιπλεύσας εἰς Μίλητον, ἐκεῖ μοι παράδος τὰς τριήρεις. δεδιέναι γὰρ ȣ̓ χρὴ παραπλέοντας ἡμᾶς τȣ̀ς ἐν Σάμῳ πολεμίȣς, εἰ θαλασσοκρατȣ͂μεν. πρὸς ταῦτα εἰπὼν ὁ Λύσανδρος, ὅτι ȣ̓κ αὐτὸς, ἀλλ' ἐκεῖνος ἄρχοι τῶν νεῶν, ἀπέπλευσεν εἰς Πελοπόννησον, ἐν πολλῇ τὸν Καλλικρατίδαν ἀπορίᾳ καταλιπών. ȣ̓́τε γὰρ οἴκοθεν ἀφῖκτο χρήματα κομίζων, ȣ̓́τε τὰς πόλεις ἀργυρολογεῖν καὶ βιάζεσθαι μοχθηρὰ πραττȣ́σας ὑπέμεινε. λοιπὸν ȣ̓͂ν ἦν, ἐπὶ θύρας ἰόντα τῶν βασιλέως ϛρατηγῶν, ὥσπερ Λύσανδρος, αἰτεῖν. πρὸς ὃ πάντων ἀφυέϛατος ἐτύγχανεν, ἀνὴρ ἐλευθέριος καὶ μεγαλόφρων, καὶ πᾶσαν ὑφ' Ἑλλήνων ἧτταν Ἕλλησιν ἡγȣ́μενος εὐπρεπεϛέραν εἶναι, τȣ͂ κολακεύειν καὶ φοιτᾶν ἐπὶ θύρας ἀνθρώπων βαρβάρων, πολὺ χρυσίον, ἄλλο δ' ȣ̓δὲν καλὸν ἐχόντων. ἐκβιαζόμενος δὲ ὑπὸ τῆς ἀπορίας,

des, ipſum iubens Callicratidam petere, ſi ei viſum eſſet, et videre, qua ratione toleraret milites. Denique teſtificatus apud aſſiſtentes eſt in diſceſſu, claſſem ſe ei maris potientem tradere. Hic vero ad reuincendam arrogantiam illius et vanam ambitionem: Ergo ſiniſtra (inquit) praeter Samum naviga Miletum, atque claſſem illic mihi trade. Nam ſi obtinemus mare, non eſt, quod praeuecti Samum ſedentem illic hoſtem formidemus. Ad quae quum reſpondiſſet Lyſander, non ſe, ſed ipſum praeeſſe claſſi, in Peloponneſum vela fecit, Callicratida in magnis relicto difficultatibus. Siquidem neque domo ſtipendium ſecum attulerat, neque ſuſtinebat a ciuitatibus exigere et exprimere afflictis. Ita reliquum erat, vt mendicatum, ſicut Lyſander, iret ad praefectos regios: ad quod minime omnium erat accommodatus, ingenuus vir et magnanimus, qui quamuis accipere a Graecis calamitatem honeſtius ducebat, quam adulari et ſectari homines barbaros, quibus auri affluentia, praeterea nihil eſſet praeclari. At inopia compulſus perrexit

in

ἀναβὰς εἰς Λυδίαν, εὐθὺς ἐπορεύετο εἰς τὴν οἰκίαν τῦ Κύρυ, καὶ φράζειν προσέταξεν, ὅτι Καλλικρατίδας ὁ ναύαρχος ἥκει διαλεχθῆναι βυλόμενος αὐτῷ. τῶν δ' ἐπὶ θύραις τινος [18] εἰπόντος· Ἀλλ' ὐ σχολὴ νῦν, ὦ ξένε, Κύρῳ· πίνει γάρ· ἀφελέςατά πως ὁ Καλλικρατίδας· Ἀλλ' ὐδὲν, ἔφη, δεινόν· αὐτῦ γὰρ ἑςὼς ἀναμενῶ, μέχρι πίῃ. τότε μὲν ὖν δόξας ἀγροῖκός τις εἶναι, καὶ καταγελασθεὶς [19] ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀπῆλθεν. ἐπεὶ δὲ καὶ δεύτερον ἐλθὼν ἐπὶ θύρας, ὐ παρείθη, βαρέως ἐνεγκὼν, εἰς Ἔφεσον ᾤχετο, πολλὰ μὲν ἐπαρώμενος κακὰ τοῖς πρώτοις ἐντρυφηθεῖσιν ὑπὸ βαρβάρων, καὶ διδάξασιν αὐτὺς ὑβρίζειν δια πλῦτον. ὀμνύων δὲ πρὸς τὺς παρόντας, ἦ μὴν ὅταν πρῶτον εἰς Σπάρτην παραγένηται, πάντα ποιήσειν ὑπὲρ τῦ διαλυθῆναι τὺς Ἕλληνας, ὡς φοβεροὶ τοῖς βαρβάροις εἶεν αὐτοὶ, καὶ παύσαιντο τῆς ἐκείνων ἐπ' ἀλλήλυς δεόμενοι δυνάμεως.

in Lydiam, ac confestim domum ad Cyrum profectus, Callicratidam nauarchum adesse, et cupere eum conuentum iussit significari. Cui quum vnus ex admissionalibus respondisset: non vacat nunc, hospes, Cyro: nam potat: simpliciter Callicratidas: bene habet, inquit, ego hic, dum potauerit, exspectabo. Atque ibi opinione de se praebita insulsitatis, derisus a barbaris recessit. Iterum autem vbi ad fores venit, neque est admissus, grauiter ferens abscessit Ephesum, multum exsecratus in capita illorum, qui se primi summiserant barbaris insultandos, et qui docuerant eos ipsis ex opulentia arroganter vti. Iurauit insuper apud assistentes, vt primum Spartam redisset, omnia moliturum se ad reconciliandos Graecos, quo formidabiles essent ipsi barbaris, nec deinceps illorum in se mutuo peterent opem.

Verum

18 τῶν δ' ἐπὶ θύραις τινὸς] Xylander vertit: *Eorum, qui ad fores stabant:* annotatque: In Themistocle et Pelopida, et alibi saepe, auctor ita nominat aulicos magni nominis: quales forte sunt, quos vulgo *camerarios*, aut *cubicularios* dicimus. Sed et ianitor videtur accipi posse hac dictione. Hic quia parum refert, ad verbum verti. Paulo post Guarinus ἐντρυφηθεῖσι male reddidit.

19 καταγελασθεὶς] Ed. Fl. καὶ καταγελασθείς. et quidem copula deesse videtur. [nam a vulgatis καὶ abest.]

20 Ἐν

7. Ἀλλὰ Καλλικρατίδας μὲν ἄξια τῆς Λακεδαίμονος διανοηθεὶς, καὶ γενόμενος τοῖς ἄκροις ἐνάμιλλος τῶν Ἑλλήνων διὰ δικαιοσύνην καὶ μεγαλοψυχίαν καὶ ἀνδρείαν, μετ᾽ ȣ̓ πολὺν χρόνον ἐν Ἀργινȣ́σαις [20] καταναυμαχηθεὶς ἠφανίσθη. τῶν δὲ πραγμάτων ὑποφερομένων, οἱ σύμμαχοι πρεσβείαν πέμποντες εἰς Σπάρτην, ᾐτȣ̃ντο Λύσανδρον ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν, ὡς πολὺ προθυμότερον ἀντιληψόμενοι τῶν πραγμάτων, ἐκείνȣ στρατηγȣ̃ντος. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Κῦρος ἀξιῶν ἐπέστελλεν. ἐπεὶ δὲ νόμος ἦν ȣ̓κ ἐῶν δὶς τὸν αὐτὸν ναυαρχεῖν, ἐβȣ́λοντό τε χαρίζεσθαι τοῖς συμμάχοις οἱ Λακεδαιμόνιοι, τὸ μὲν ὄνομα τῆς ναυαρχίας Ἀράκῳ τινὶ [21] περιέθεσαν, τὸν δὲ Λύσανδρον, ἐπιστολέα τῷ λόγῳ, τῷ δ᾽ ἔργῳ κύριον ἁπάντων ἐξέπεμψαν. τοῖς μὲν ȣ̓̃ν πλείστοις τῶν πολιτευομένων καὶ δυναμένων ἐν ταῖς πόλεσι πάλαι ποθȣ́μενος ἧκεν. ἤλπιζον γὰρ ἔτι μᾶλλον ἰσχύσειν δι᾽ αὐτȣ̃, παντάπασι τῶν δήμων κα-

Verum Callicratidas, qui digna Lacedaemone volutauerat consilia; ac iustitiae, celsitudinis animi, virtutis laude erat cum summis Graeciae viris comparandus, breui post conflictu nauali ad Arginusas superatus atque e medio sublatus est. Labascentibus rebus, socii missis Spartam legatis, nauarchum postulauerunt Lysandrum. Illo duce ostenderunt longe se rem suscepturos alacrius. Misit cum iisdem postulatis et Cyrus. Sed quia bis eundem classi vetabat lex praefici, nec sociorum voluntati deesse Lacedaemonii volebant, nomen praefecturae accommodauerunt Araco cuidam, Lysandrum verbo legatum, re eum summa potestate misere. Aduentus eius fuit plurimis, qui quidem respub. administrabant, et factiosis per ciuitates iamdudum optatus Erexerant enim in spem se, euersa vbique ex toto populari potentia, maiores se eo adiutore nactu-

20 Ἐν Ἀργινȣ́σαις] Guarinus: *in Arginusis.* Nomen hoc varie scribitur, vt ostendi in Stephano de vrbibus. Meam lectionem puto rectissimam. Historia est apud Xenophontem (sicut et priora) lib. I. rerum Graecarum. Meminit Cicero lib. I. Officiorum. *Xylander.*

21 Ἀράκῳ τινὶ] Sic vocat et Xenophon. Male Diodorus Siculus *Aratum* habet.

22 ὡς

ταλυθέντων. τοῖς δὲ τὸν ἁπλοῦν καὶ γενναῖον ἀγαπῶσι τῶν ἡγεμόνων τρόπον, ὁ Λύσανδρος τῷ Καλλικρατίδᾳ παραβαλλόμενος ἐδόκει πανοῦργος εἶναι καὶ σοφιστής, ἀπάταις τὰ πολλὰ διαποικίλλων τοῦ πολέμου, καὶ τὸ δίκαιον ἐπὶ τῷ λυσιτελοῦντι μεγαλύνων· εἰ δὲ μή, τῷ συμφέροντι χρώμενος ὡς καλῷ, καὶ τὸ ἀληθὲς οὐ φύσει τοῦ ψεύδους κρεῖττον ἡγούμενος, ἀλλ' ἑκατέρου τῇ χρείᾳ τὴν τιμὴν ὁρίζων. τῶν δ' ἀξιούντων μὴ πολεμεῖν μετὰ δόλου τοὺς ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότας, καταγελᾶν ἐκέλευεν. ὅπου γὰρ ἡ λεοντῆ μὴ ἐφικνεῖται, προσραπτέον ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν.

8. Τοιαῦτα δ' αὐτοῦ καὶ τὰ περὶ Μίλητον ἱστόρηται. τῶν γὰρ φίλων καὶ ξένων, οἷς ὑπέσχετο συγκαταλύσειν τε τὸν δῆμον, καὶ συνεκβαλεῖν τοὺς διαφόρους, μεταβαλλομένων καὶ διαλλαγέντων τοῖς ἐχθροῖς, φανερῶς μὲν ἥδεσθαι προσεποιεῖτο καὶ συνδιαλλάττειν, κρύφα δὲ λοιδορῶν αὐτοὺς καὶ κακίζων, παρώξυνεν ἐπιθέσθαι τοῖς πολλοῖς. ὡς δ' ᾔσθετο γινομένην τὴν ἐπανάστασιν, ὀξέως βοηθήσας καὶ παρεισελθὼν εἰς τὴν πόλιν, οἷς πρώτοις ἐπιτύχοι τῶν νεωτεριζόντων, ἐχαλέπαινε τῇ φωνῇ,

nacturos opes. At illis, qui ingenium probabant in ducibus simplex et generosum, Lysandrum, quando committebatur cum Callicratida, astutum apparebat esse et versutum, qui picturaret perpetraretque magna ex parte res bellicas dolis, et innocentiam compendii gratia celebraret; alias pro recto vteretur vtili, nec verum falso duceret per se potius, sed vtrumque metiretur emolumento. Illos vero, qui turpe ducerent, Herculis progeniem in bello adhibere dolum, ridiculos existimabat. Quo enim pertinere leonina nequeat, ibi assuendam vulpinam.

Talem se praebuisse et Mileti proditum est. Nam quum amici et hospites eius, quibus operam suam ad opprimendum populum et aduersarios pellendos fuerat pollicitus, mutato consilio, redissent cum aemulis suis in gratiam, propalam gratulari se et promouere simulabat velle reconciliationem eorum; remotis tamen arbitris proscindens eos conuiciis et insectans, stimulauit, vt multitudinem adorirentur. Vt vero primum sensit motum, accurrit propere ad subueniendum, ingressusque vrbem in primos, in quos incurrit, res nouas molientium, verbis est inuectus,

καὶ προσῆγε τραχυνόμενος, ὡς ἐπιθήσων δίκην αὐτοῖς· τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευε θαῤῥεῖν, καὶ μηδὲν ἔτι προσδοκᾷν δεινὸν, αὐτοῦ παρόντος. ὑπεκρίνετο δὲ ταῦτα καὶ διεποίκιλλε, τοὺς δημοτικωτάτους καὶ κρατίστους βουλόμενος μὴ φεύγειν, ἀλλ' ἀποθανεῖν, ἐν τῇ πόλει μείναντας. ὃ καὶ συνέβη· πάντες γὰρ ἀπεσφάγησαν οἱ καταπιστεύσαντες. ἀπομνημονεύεται δὲ ὑπ' Ἀνδροκλείδου λόγος, πολλήν τινα κατηγορῶν τοῦ Λυσάνδρου περὶ τοὺς ὅρκους εὐχέρειαν. ἐκέλευε γὰρ, ὥς φασι [22], τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾷν· ἀπομιμούμενος Πολυκράτη τὸν Σάμιον, οὐκ ὀρθῶς τύραννον στρατηγός. οὐδὲ Λακωνικὸν τὸ χρῆσθαι τοῖς θεοῖς ὥσπερ τοῖς πολεμίοις, μᾶλλον δὲ ὑβριστικώτερον. ὁ γὰρ ὅρκῳ παρακρουόμενος, τὸν μὲν ἐχθρὸν ὁμολογεῖ δεδιέναι, τοῦ δὲ θεοῦ καταφρονεῖν.

9. Ὁ δ' οὖν Κῦρος εἰς Σάρδεις μεταπεμψάμενος τὸν Λύσανδρον, τὰ μὲν ἔδωκε, τὰ δὲ ὑπέσχετο, νεανιευσά-

vectus, appellauitque illos aſpere, quaſi ſumturus de iis ſupplicium. Reliquos confirmauit, dicens, ne quicquam praeterea ſe praeſente exſpectarent mali. Hac ſimulatione et vafritie vſus eſt, ſtruens, ne illi, qui maxime ſtatum popularem fouebant et principes eſſent, fugam capeſſerent, ſed manerent in oppido, ibique interficerentur: quod euenit. Omnes enim, qui fidem eius erant ſequuti, necati ſunt. Dictum eius commemoratur ab Androclide, quod leuem prodit fuiſſe apud Lyſandrum iuriſiurandi religionem. Siquidem conſulebat, (vt aiunt) pueros talis, viros iureiurando decipere: Polycratem Samium ſubſequens, parum recte tyrannum dux. Nec erat Laconicis moribus conſentaneum, cum diis ſicut cum hoſtibus agere, immo vero improbius. Nam iureiurando qui circumuenit, hoſtem ſe timere, deum vero fatetur contemnere.

At Cyrus, euocato Sardes Lyſandro, hinc pecuniam largitus eſt, hinc promiſſis onerat, oſtentans in ipſius gratiam,

22 ὥς φασι] Lege φησι: praeceſſit enim: μνημονεύεται ὑπὸ Ἀνδροκλείδου λόγος.

μενος· εἰς τὴν ἐκείνȣ χάριν· καὶ εἰ μηδὲν ὁ πατὴρ διδῴη, καταχορηγήσειν τὰ οἰκεῖα· κἂν ἐπιλίπῃ πάντα, κατακόψειν ἔφη τὸν θρόνον, ἐφ᾽ ᾧ καθήμενος ἐχρημάτιζε, χρυσȣ̃ν καὶ ἀργυρȣ̃ν ὄντα. τέλος δὲ, εἰς Μήδειαν ἀναβαίνων πρὸς τὸν πατέρα, τȣ̀ς τε φόρȣς ἀπέδειξε τῶν πόλεων λαμβάνειν ἐκεῖνον· καὶ τὴν αὐτȣ̃ διεπίστευσεν ἀρχήν· ἀσπασάμενος δὲ, καὶ δεηθεὶς, μὴ ναυμαχεῖν Ἀθηναίοις, πρὶν αὐτὸν ἀφικέσθαι πάλιν, ἀφίξεσθαι δὲ ναῦς ἔχοντα πολλὰς ἔκ τε Φοινίκης καὶ Κιλικίας, ἀνέβαινεν ὡς βασιλέα. Λύσανδρος δὲ, μήτε ναυμαχεῖν ἀγχωμάλῳ πλήθει δυνάμενος, μήτ᾽ ἀργὸς καθέζεσθαι μετὰ νεῶν τοσȣ́των, ἀναχθεὶς ἐνίας προσηγάγετο τῶν νήσων, Αἴγινάν τε καὶ Σαλαμῖνα προσμίξας κατέδραμεν. εἰς δὲ τὴν Ἀττικὴν ἀποβὰς, καὶ τὸν Ἆγιν ἀσπασάμενος, κατέβη γὰρ ἐκ Δεκελείας πρὸς αὐτὸν, ἐπεδείξατο [23] πεζῷ παρόντι τὴν τȣ̃ ναυτικȣ̃ ῥώμην, ὡς πλέων, ᾗ βȣ́λοιτο, κρατῶν τῆς θαλάττης. ȣ̓ μὴν ἀλλὰ τȣ̀ς Ἀθηναίȣς αἰσθόμενος

tiam, ſi nihil daret pater, ſua ſe in ipſum profuſurum: quod ſi omnibus deficeretur, conflaturum ſolium, quo ſedebat, quum vacaret poſtulationibus, aureum et argenteum. Denique ad parentem perrecturus in Mediam, vectigalia attribuit ei oppidorum, prouinciamque ſuam eius fidei commiſit. Amplexus eum, precatuſque, ne claſſe ante reditum ſuum confligeret cum Athenienſibus, magnam ſe oſtendit in reditu ex Phoenicia et Cilicia adducturum claſſem: atque ita ad genitorem contendit. Lyſander autem, qui cum pari numero nauium non poſſet dimicare, nec tanta cum claſſe deſidere ſegnis, prouectus in altum nonnullas inſulas adſciuit. Aeginam et Salamina aggreſſus depopulatus eſt. In Atticam terram exſcenſione facta, ſalutatoque Agide, (nam deſcendit ille ad eum ex Decelea, quo praeſentibus pedeſtribus copiis vires oſtentaret nauales, quaſi ſupra votum polleret mari) vt tamen affectari ſe Athenienſes accepit, fugam raptim

23 ἐπιδεῖξαι] Sic, praeeuntibus Vulcob. Anonym. et Muret. locum refinge: ἐπέδειξε τῷ πεζῷ παρόντι τὴν τȣ̃ ναυτικȣ̃ ῥώμην, ὡς πλέων, ᾗ βȣ́λοιτο, καὶ κρατῶν θαλάττης. Fl. etiam habet πλέων, non [vt vulg. dant] πλέον.

24 Ἀθη-

διώκοντας [24] αὐτὸν, ἄλλῳ δρόμῳ διὰ νήσων ἔφευγεν εἰς τὴν Ἀσίαν. καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἔρημον καταλαβὼν, ἐπεχείρει Λαμψακηνοῖς, αὐτὸς ἐκ θαλάτῆς ταῖς ναυσί· Θώραξ δὲ τῷ πεζῷ στρατῷ συνανύσας, εἰς τὸ αὐτὸ, προσέβαλε τοῖς τείχεσιν. ἑλὼν δὲ τὴν πόλιν κατὰ κράτος, διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἔδωκεν. ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων στόλος ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν τριήρων ἐτύγχανε μὲν ἄρτι καθωρμισμένος εἰς Ἐλεοῦντα τῆς Χεῤῥονήσου· πυνθανόμενοι δὲ ἀπολωλέναι τὴν Λάμψακον, εὐθὺς εἰς Σηστὸν καταίρουσι. κἀκεῖθεν ἐπισιτισάμενοι, παρέπλευσαν εἰς Αἰγὸς ποταμοὺς, ἀντιπέρας τῶν πολεμίων ἔτι ναυλοχούντων [25] περὶ τὴν Λάμψακον. ἐστρατήγουν δὲ τῶν Ἀθηναίων ἄλλοι τε πλείους, καὶ Φιλοκλῆς, ὁ πείσας ποτὲ ψηφίσασθαι τὸν δῆμον, ἀποκόπτειν τὸν δεξιὸν ἀντίχειρα τῶν ἁλισκομένων κατὰ πόλεμον, ὅπως δόρυ μὲν φέρειν μὴ δύνωνται, κώπην δ' ἐλαύνωσι.

10. Τότε μὲν οὖν ἀνεπαύοντο πάντες, ἐλπίζοντες εἰς τὴν ὑστεραίαν ναυμαχήσειν. ὁ δὲ Λύσανδρος ἄλλα μὲν

raptim medias per insulas intendit in Asiam. Quia vero Hellespontum offendit sine praesidio, oppugnauit Lampsacum classe ex mari. Terrestribus viribus Thorax quoque eodem tempore occurrens murum adortus est. Vrbe expugnata, concessit militibus praedam. Classis Atheniensium, quae nauium erat centum octoginta, modo Eleunta Chersonesi oppidum decurrerat. Ibi captum Lampsacum esse certiores facti, succedunt illico Sestum. Inde commeatu sumto nauigauerunt in Aegos fluuium e regione hostibus castra etiamnum circa Lampsacum habentibus. Duces Atheniensium inter alios complures Philocles erat, ille, qui populum induxerat pridem ad sciscendum, vt captis bello praecideretur dexter pollex, quo lanceam ferre non possent, remigare possent.

Curabant id temporis omnes corpora, pugnam in diem posterum exspectantes. At Lysander, quum aliud in animo haberet,

24 Ἀθηναίους διώκοντας] Ita supplet Dacerius ex SGerm. Ἀθηναίους αἰσθόμενος διώκοντας.

25 ναυμαχούντων est in Iuntina sola.

διενοεῖτο, προσέταττε δὲ ναύταις καὶ κυβερνήταις, ὡς ἀγῶνος ἅμα ἡμέρᾳ γενησομένου περὶ ὄρθρον, ἐμβαίνειν εἰς τὰς τριήρεις, καὶ καθέζεσθαι κόσμῳ καὶ σιωπῇ δεχομένους τὸ παραγγελλόμενον· ὡς δ' αὔτως, καὶ τὸ πεζὸν ἐν τάξει παρὰ τὴν θάλατταν ἡσυχάζειν. ἀνίσχοντος δὲ τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν Ἀθηναίων μετωπηδὸν ἁπάσαις ἐπιπλεόντων, καὶ προκαλουμένων, ἀντιπρώρους ἔχων τὰς ναῦς καὶ πεπληρωμένας ἔτι νυκτὸς, οὐκ ἀνήγετο. πέμπων δὲ ὑπηρετικὰ παρὰ τὰς πρώτας τῶν νεῶν, ἀτρεμεῖν ἐκέλευε, καὶ μένειν ἐν τάξει, μὴ θορυβουμένους, μηδ' ἀντεκπλέοντας. οὕτω δὲ περὶ δείλην ἀποπλεόντων ὀπίσω τῶν Ἀθηναίων, οὐ πρότερον ἐκ τῶν νεῶν τοὺς στρατιώτας ἀφῆκεν, εἰ μὴ δύο [26] καὶ τρεῖς τριήρεις, ἃς ἔπεμψε κατασκόπους, ἐλθεῖν ἰδόντας ἀποβεβηκότας τοὺς πολεμίους. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν ἐγίνοντο ταὐτὰ [27], καὶ τῇ τρίτῃ μέχρι τετάρτης. ὥστε πολὺ τοῖς Ἀθηναίοις ἐγγενέσθαι θάρσος, καὶ καταφρόνησιν, ὡς δεδιότων καὶ συνεσταλμένων τῶν πολεμίων. ἐν τούτῳ δ' Ἀλκιβιάδης· ἐτύγχανε γὰρ

beret, edixit nautis et gubernatoribus, quasi primo diluculo pugnaturus, vt conscenderent, et ad imperium accipiendum sine strepitu silentio sederent; copiae terrestres item instructae quiescerent. Oriente sole, quum Athenienses, fronte in hostem directa, cum tota classe adessent, prouocarentque eos, Lysander infestis proris stantes, et iam de nocte completas tenens naues, non est euectus in altum, sed actuarias circummisit ad eas naues, quae in prima acie stabant, praecipiens, ne mouerent se, tantum instructae consisterent, nec tumultuarentur, vel irruerent in hostem. Ita recipientibus se sub vesperum Atheniensibus, non ante egredi e nauibus permisit milites, quam duae aut tres naues, quas miserat speculatum, rediissent, quum descendisse vidissent in terram hostes. Idem postero et tertio die vsque ad quartum est actum. Qua re elati Athenienses, coeperunt hostes quasi exterritos et pauescentes despicere. Inter haec Alcibiades, qui circa

26 εἰ μὴ δύο] Muret. ἢ δύο.

27 ἐγίνοντο τοσαῦτα] Forte τὰ αὐτά.

28 με-

περὶ Χεῤῥόνησον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τείχεσι διαιτώμενος· ἵππῳ προσελάσας πρὸς τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων, ᾐτιᾶτο τοὺς στρατηγούς, πρῶτον μὲν οὐ καλῶς, οὐδ' ἀσφαλῶς στρατοπεδεύειν ἐν αἰγιαλοῖς δυσόρμοις καὶ ἀναπεπταμένοις· ἔπειτα πόῤῥωθεν ἐκ Σηστοῦ τὰ ἐπιτήδεια λαμβάνοντας ἁμαρτάνειν, δέον εἰς λιμένα καὶ πόλιν Σηστὸν δι' ὀλίγου περιπλεύσαντας, ἀπωτέρω γενέσθαι τῶν πολεμίων, ἐφορμούντων στρατεύματι μοναρχουμένῳ, καὶ πάντα πρὸς φόβον ὀξέως ἀπὸ συνθήματος ὑπηρετοῦντι. ταῦτα δ' αὐτοῦ διδάσκοντος, οὐκ ἐπείθοντο. Τυδεὺς δὲ καὶ πρὸς ὕβριν ἀπεκρίνατο, φήσας, οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἑτέρους στρατηγεῖν.

11. Ὁ μὲν οὖν Ἀλκιβιάδης ὑποπτεύσας τι καὶ προδοσίας ἐν αὐτοῖς, ἀπηλλάττετο. πέμπτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῶν Ἀθηναίων ποιησαμένων τὸν ἐπίπλουν, καὶ πάλιν ἀπερχομένων, ὥσπερ εἰώθεσαν, ὀλιγώρως πάνυ καὶ καταφρονητικῶς, ὁ Λύσανδρος ἐκπέμπων τὰς κατασκόπους ναῦς, ἐκέλευσε τοὺς τριηράρχους, ὅταν ἴδωσι τοὺς Ἀθηναίους ἐκβεβηκότας, ἐλαύνειν ἀποστρέψαντας ὀπίσω τάχει παντὶ, καὶ γενομένους κατὰ μέσον τὸν πόρον, ἀσπίδα χαλκῆν ἐπάρασθαι πρώραθεν, ἐπίπλου σύμβολον. αὐτὸς δὲ τοὺς

circa Cherſoneſum in ſuo praeſidio agebat, equo ad caſtra Atheniensium aduectus reprehendit duces, quod non recte, neque tuto, ſtationem in litoribus haberent importuoſis et apertis. Inde peccarent, qui procul neceſſaria peterent ex Seſto. Debere ipſos ad portum et oppidum Seſtum breui circumuectos reducere longius ſe ab hoſtibus, qui immineant exercitu ſuccincti in vnum intento imperatorem, cunctaque cum metu obnixe ſigno dato exſequenti. Haec illo docente nihil ſunt moti. Tydeus etiam contumelioſe reſpondit, non ipſum, ſed alios claſſi praeeſſe.

Ita Alcibiades, ſuſpectos quoque eos proditionis habens, abſceſſit. Quinto autem die, quum euecti Athenienſes fuiſſent et remearent, vt ſoliti erant, ſane quam ſolute et contemtim, emiſit Lyſander nauigia ſpeculatoria, quorum praefectis imperauit, vbi Athenienſes deſcenſionem vidiſſent feciſſe, propere vt recurrerent, ac, quum ad medium perueniſſent curſum, ſuſtollerent ex prora clypeum aereum, quod ſignum incurrendi eſſet. Inde ipſe guber

κυβερνήτας καὶ τριηράρχους ἐπιπλέων ἀνεκαλεῖτο, καὶ παρώρμα συνέχειν ἕκαστον ἐν τάξει τὸ πλήρωμα καὶ τοὺς ναύτας καὶ τοὺς ἐπιβάτας· ὅταν δὲ σημανθῇ, μετὰ προθυμίας καὶ ῥώμης [28] ἐλαύνειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὡς δὲ ἥ τε ἀσπὶς ἀπὸ τῶν νεῶν ἤρθη, καὶ τῇ σάλπιγγι τὴν ἀναγωγὴν ἐσήμαινεν ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος, ἐπέπλεον μὲν αἱ νῆες, ἡμιλλῶντο δὲ οἱ πεζοὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐπὶ τὴν ἄκραν. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ἠπείρων διάστημα, ταύτῃ πεντεκαίδεκα σταδίων ἐστὶ, καὶ ταχέως ὑπὸ σπουδῆς καὶ προθυμίας τῶν ἐλαυνόντων συνήρητο. Κόνων δὲ πρῶτον [29], ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, ἀπὸ τῆς γῆς ἰδὼν ἐπιπλέοντα τὸν στόλον, ἐξαίφνης ἀνεβόησεν ἐμβαίνειν, καὶ περιπαθῶν τῷ κακῷ, τοὺς μὲν ἐκάλει, τῶν δὲ ἐδεῖτο, τοὺς δὲ ἠνάγκαζε πληροῦν τὰς τριήρεις. ἦν δὲ οὐδὲν ἔργον αὐτοῦ τῆς σπουδῆς, ἐσκεδασμένων τῶν ἀνθρώπων· ὡς γὰρ ἐξέβησαν, εὐθὺς, ἅτε μηδὲν προσδοκῶντες, ἠγόραζον, ἐπλανῶντο περὶ τὴν χώραν, ἐκάθευδον ὑπὸ ταῖς σκηναῖς, ἠριστοποιοῦντο, πορ-

gubernatores et nautas circumuectus adhortatur et excitat, vt quisque classiarios suos, nautas et milites, compositos contineat, vbi datum signum sit, impigre et acriter concitent in hostem naues. Vt itaque clypeus elatus e nauibus est, et tuba ex naui praetoria classicum cecinit, incurrerunt naues, properauerunt copiae terrestres secundum litus occupare promontorium. Interuallum eo loco inter duas continentes quindecim est stadiorum, quod cito est studio et alacritate remigum confectum. Primus Conon, praetor Atheniensis, conspecto ex terra classis incursu, exclamauit protinus, conscenderent, anxiusque eo malo hos ciebat, illos orabat, alios cogebat naues complere. Verum dilapsis militibus, nihil proficiebat sedulitas eius. Nam simul atque exierant de nauibus, mox, vt qui nihil exspectarent tale, ambulabant in foro frequentes, alii in agris vagabantur, alii somno strati in tabernaculis iacebant, pars prandium para-

28 μετὰ προθυμίας καὶ ῥώμης] Malim ῥύμης. Vide Not. Vol. II. 156.

29 Κόνων δὲ πρῶτον] Vulcob. Anon. et Muret. melius πρῶτος. *Moses Dusoul.*

30 τῶν

ῥωτάτω τοῦ μέλλοντος ἀπειρίᾳ τῶν [30] ἡγουμένων ὄντες. ἤδη δὲ κραυγῇ καὶ ῥοθίῳ προσφερομένων τῶν πολεμίων, ὁ μὲν Κόνων ὀκτὼ ναυσὶν [31] ὑπεξέπλευσε, καὶ διαφυγὼν ἀπεπέρασεν εἰς τὴν Κύπρον πρὸς Εὐαγόραν· ταῖς δὲ ἄλλαις ἐπιπεσόντες οἱ Πελοποννήσιοι, τὰς μὲν κενὰς παντάπασιν ᾕρουν, τὰς δ᾽ ἔτι πληρουμένας ἔκοπτον. οἱ δ᾽ ἄνθρωποι πρός τε ταῖς ναυσὶν ἀπέθνησκον, ἄνοπλοι καὶ σποράδες ἐπιβοηθοῦντες, ἔν τε τῇ γῇ φεύγοντες ἀποβάντων τῶν πολεμίων ἐκτείνοντο. λαμβάνει δὲ ὁ Λύσανδρος τρισχιλίους ἄνδρας αἰχμαλώτους μετὰ τῶν στρατηγῶν· ἅπαν δὲ τὸ ναύσταθμον, ἄνευ τῆς παράλου [32], καὶ τῶν μετὰ Κόνωνος ἐκφυγουσῶν. ἀναδησάμενος δὲ τὰς ναῦς, καὶ διαπορθήσας τὸ στρατόπεδον, μετ᾽ αὐλοῦ καὶ παιά-

parabant, ducum imperitia remotiſſimi a futuri cogitatione. Iam clamor exaudiebatur et impetus irruentium hoſtium, quum Conon octo nauibus ſubduxit ſe ex conflictu, ſaluuſque in Cyprum euaſit ad Euagoram. In reliquas coorti Peloponneſii, partim omnino vacuas capiunt, partim, dum complentur, lacerant. Milites hinc apud naues inermes atque incompoſite ſuppetias venientes cadunt, in continente ab hoſtibus deſcenſione facta, fuga conciduntur. Capit Lyſander cum ducibus tria millia capitum et totam claſſem, excepta Paralo, et iis nauibus, quae euolauerant cum Conone. Nauibus puppi abſtractis et caſtris direptis, recepit ſe ad tibias et cantilenas trium-

30 τῶν abeſt a Iunt. ſola.

31 Κόνων ὀκτὼ ναυσὶν] Ita in Alcib. etiam. Diod. Sic. autem Cononem cum X. nauibus euaſiſſe tradit.

32 Ἄνευ τῆς παράλου] Guarinus nimis quam abſurde πάραλον hic *oram maritimam* vertit. Eſt autem πάραλος, *paralus*, nauis, (ſicut etiam *Salaminia*, de qua eſt in hiſtoria Alcibiadis, et *Theoris*) nomen frequens apud hiſtoricos. Publica fuit Athenienſium nauis, publicis muneribus, vt legationibus, nunciis, aliiſque id genus rebus, deſtinata ob velocitatem. Multa de ea habet Suidas, et non negligenda. Et qui ea naui vehebantur, πάραλοι dicebantur, vt apud Thucydidem lib. vlt. τὴν πάραλον ναῦν καὶ Χαιρέαν ἀποπέμπουσιν οἱ Σάμιοι etc. Mox: τῶν παράλων τινὰς οἱ τετρακόσιοι δύο ἢ τρεῖς ἔδησαν, τοὺς δὲ ἄλλους, ἀφελόμενοι τὴν ναῦν, etc. *Xyland.*

33 ἐλκ-

νων ἀνέπλευσεν εἰς Λάμψακον, ἔργον ἐλαχίστῳ πόνῳ [33] μέγιστον ἐξειργασμένος, καὶ συνηρηκὼς ὥρᾳ μιᾷ χρόνον μήκιστον καὶ ποικιλώτατον, πάθεσί τε καὶ τύχαις ἀπιστότατον τῶν πρὸ αὐτοῦ πολέμων, ὃς μυρίας μορφὰς ἀγώνων καὶ πραγμάτων μεταβολὰς ἀμείψας, καὶ στρατηγοὺς, ὅσους [34] οὐδὲ οἱ σύμπαντες οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς Ἑλλάδος, ἀναλώσας, ἑνὸς ἀνδρὸς εὐβουλίᾳ καὶ δεινότητι συνῄρητο. διὸ καὶ θεῖον τινὲς ἡγήσαντο τοῦτο τὸ ἔργον.

12. Ἦσαν δέ τινες οἱ τοὺς Διοσκόρους ἐπὶ τῆς [35] Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τοῦ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι λέγοντες. οἱ δὲ καὶ τὴν τοῦ λίθου πτῶσιν ἐπὶ τῷ πάθει τούτῳ

triumphales Lampſacum, quum rem tenuiſſimo labore praeclariſſimam peregiſſet, ac bellum vna hora compleuiſſet longiſſimum maximeque varium, cladibuſque et caſibus prae bellis prioribus ſupra omnem fidem nouum. Quod quum ſexcentas certaminum alternaſſet formas et viciſſitudines, et tot Graeciae duces, quot ne vniuerſa quidem ſuperiora, confeciſſet, vnius eſt conſilio et virtute perpetratum viri. Quare hoc opus exiſtimauerunt quidam diuinum.

Fuerunt etiam, qui Caſtorem et Pollucem vtrinque in Lyſandri naui, vbi primum portu euectus in hoſtes eſt, micaſſe ſidera in clauo ferant. Alii etiam lapidem delapſum autumant huius cladis

33 ἐλαχίστῳ φόνῳ] Viderunt Interpp. legendum eſſe πόνῳ: quod firmat Dacerius ex SGerm. Illud φόνῳ non verum eſſet, cum plurimos in proelio cecidiſſe conſtet. [Etiam in vetuſtioribus editionibus, vt Iuntina et Aldina, legitur πόνῳ perſpicue.]

34 ὅσους deeſt Iuntinae ſoli.

35 Διοσκόρους ἐπὶ τῆς] Vt conſtent verba, (inquit Cl. Hemſterhuſius in notis ad Luciani Dial. p. 80.) et omnia rite cohaereant, vel poſt ἑκατέρωθεν addendum reor εἶδον, vel vltima ſic refingenda: ὡς ἄστρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι ἔλεγον. Prius tamen facilitate ſua magis arridet. Mihi quidem neutrum videtur neceſſarium, nec quicquam in ſententia vitioſum, aut impeditum: modo obſerues, id in priore parte Διοσκόρους vocari, quod poſtea tanquam ἐξηγητικῶς vocatur ἄστρα. Quod ſi quicquam immutandum ſit, delerem ἄστρα, vt a ſciolo margini adſcriptum, quo explicaret Διοσκόρους.

36 λι-

σημεῖον φασὶ γενέσθαι. κατηνέχθη γὰρ, ὡς ἡ δόξα τῶν πολλῶν, ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος ὡς Αἰγὸς ποταμοὺς, καὶ δείκνυται μὲν ἔτι νῦν, σεβομένων αὐτὸν τῶν Χεῤῥονησιτῶν. λέγεται δ' [36] Ἀναξαγόραν προειπεῖν, ὡς τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐνδεδεμένων [37] σωμάτων, γενομένου τινὸς ὀλισθήματος, ἢ σάλου, ῥίψις ἔσται καὶ πτῶσις ἑνὸς ἀποῤῥαγέντος. εἶναι δὲ καὶ τῶν ἄστρων ἕκαστον οὐκ ἐν ᾗ πέφηνε [38] χώρᾳ· λιθώδη γὰρ ὄντα καὶ βαρέα, λάμπειν

cladis fuiſſe oſtentum. Decidit coelo (vt multorum fert opinio) ad Aegos fluuium ingens lapis, qui hodie quoque oſtenditur, et habetur apud Cherſoneſitas magna in veneratione. Anaxagoram praenunciaſſe perhibent, incluſorum coelo corporum lubrica aliqua iactatione aut fluctuatione vnum abruptum praeceps delapſurum. Iam non eſſe quodque ſidus in eo, quo natum loco eſt. Nam lapidea quum ſidera ſint et ponderoſa, reflexu et reſultu

36 λέγεται δὲ Ἀναξ. . .] Ex Plinio, lib. II. cap. 58. colligitur, ſexaginta circiter ante hanc naumachiam annis id factum: niſi intelligere velis Anaxagoram id praedixiſſe, quod multis poſt annis euenturum eſſet. Locus eſt obſcurus ſatis, et parum dextre conuerſus a Guarino. Ex Platone et Ariſtotele atque Plutarcho non eſt obſcurum, quid ſenſerit Anaxagoras: idque nos expreſſiſſe vtcunque ſpero. Διάττοντας [paulo poſt] non eſſe *radiantes*, ſed ſubito *erumpentes*, atque cum ſaltu quaſi traiicientes ſtellas notum eſt. Deinde lego ἀνάφλεξις. ῥίψις δὲ καὶ πτῶσις. et pro πολύπλους, πολυπλόκους. *Xylander.* Conſtans apud Veteres fama erat, praedictos ab Anaxagora eiuſmodi lapidum de coelo in terram caſus. Vide Diog. Laert. II. 10. et Menagii Notas. Sed multa ſunt hoc in loco obſcura. In Op. Mor. 1636. tradit noſter, Anaxagoram putaſſe, lapides e terra in coelum a vertigine ſublatos in aſtra mutari. Hic, quomodo rurſus decidant interdum. Aliquando, inquiebat, vno abrupto, diſſilient, quae nunc illic arcte ſibi inuicem adhaerent. Ea enim eſt vocis vis ἐνδεδεμένων, quam adhibet in Op. Mor. 774. ita enim in Mſſ. legitur, non ἐνδεδυμένος.

37 ἐνδεδυμένων Iuntina ſola.

38 πέφηνε] Anon. Mur. et SGerm. πέφυκε. quod ſecuti ſunt Interpp. ſed non ſatis commode enarrarunt. Vertendum enim erat: *aptum natum eſt*, non ſimpliciter *natum*. Vi enim illa factum eſt, vt cum caeteris frigidis et grauibus corporibus, de quibus mox noſter, non ſint excreta.

μὲν ἀντερείσει καὶ περικλάσει τοῦ αἰθέρος, ἕλκεσθαι δὲ ὑπὸ βίας σφιγγόμενον [39] δίνῃ καὶ τόνῳ τῆς περιφορᾶς, ὥς που καὶ τὸ πρῶτον ἐκρατήθη μὴ πεσεῖν δεῦρο, τῶν ψυχρῶν καὶ βαρέων ἀποκρινομένων τοῦ παντός. ἔστι δέ τις πιθανωτέρα δόξα ταύτης, εἰρηκότων ἐνίων, ὡς οἱ διάττοντες ἀστέρες, οὐ ῥύσεις εἰσὶν, οὐδ' ἐπινέμησις [40] αἰθερίου πυρὸς ἐν ἀέρι κατασβεννυμένου περὶ τὴν ἔξαψιν αὐτὴν, οὐδὲ ἀέρος εἰς τὴν ἄνω χώραν πλήθει λυθέντος ἔκπρησις [41] καὶ ἀνάφλεξις, ῥίψις δὲ καὶ πτῶσις οὐρανίων σωμάτων, οἷον ἐνδόσει τινὶ τόνου καὶ παρατρόπου κινήσεως, ἐκ παλμῶν φερομένων οὐ πρὸς [42] τὸν οἰκούμενον τόπον τῆς γῆς, ἀλλὰ τῶν πλείστων ἐκτὸς εἰς τὴν μεγάλην ἐκπιπτόντων θάλατταν· διὸ καὶ λανθάνουσι. τῷ δ' Ἀναξαγόρᾳ μαρτυρεῖ καὶ Δάμαχος [43] ἐν τοῖς περὶ εὐσεβείας, ἱστορῶν,

reſultu fulgere ea aetheris; vi trahi autem, vertigine et circumuectionis adſtricta impetu: ſicut ab initio, quum ab vniuerſitate diſtraherentur frigida et grauia, retenta fuerunt, ne delaberentur huc. Verum opinio eſt probabilior altera nonnullorum, qui volunt, ſtellarum traiectiones non fluorem, non ignis aetherei depaſtionem eſſe in aere reſtincti, dum accenduntur, non aeris in ſuperiorem regionem copia diſperſi ſuccenſionem et inflammationem, ſed lapſum et caſum corporum coeleſtium, quaſi remiſſione quadam contentionis atque motus circularis, ex tremoribus non ad terram habitabilem tendentium, ſed extra fere in oceanum delabentium, quod in cauſa ſit, vt ignorentur. Suffragatur tamen Anaxagorae Damachus, qui in libris de religione ſcribit,

39 σφιγγόμενον] Malim cum Vulcob. Anon. et Mur. σφιγγόμενα. *Moſes Duſoul.*

40 ἐπινέμησις] Anon. et Mur. melius ἐπινεμήσεις. *Moſ. Duſ.*

41 ἐκπρῆξις Iunt. Aldina.

42 οὐ πρὸς] Amplector, quod exhibent Anon. et Mur. οὐκ ἀεὶ πρὸς.

43 Δάμαχος.] De Damacho nihil mihi aliundé conſtat. Suſpicor, eſſe eum Daimachum (Δαΐμαχον) cuius Indica Athen. citat L. IX. Sed et ſupra in comp. Solonis et Poplic. Daimachus quidam Plataeenſis citatur. *Xyl.* Daimachum etiam ſcribi vult Voſſius. Vide et Menag. ad Diog. Laert. I. 30.

44 πο-

ὅτι, πρὸ τοῦ πεσεῖν τὸν λίθον, ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα
καὶ πέντε συνεχῶς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἑωρᾶτο πύρινον σῶμα
παμμέγεθες, ὥσπερ νέφος φλογοειδὲς, οὐ σχολάζον, ἀλ-
λὰ πολυπλόκους [44] καὶ κεκλασμένας φορὰς φερόμενον,
ὡς τὰ ὑπὸ σάλου καὶ πλάνης ἀποῤῥηγνύμενα πυροειδῆ
σπάσματα φέρεσθαι πολλαχοῦ καὶ ἀστράπτειν, ὥσπερ οἱ
διάττοντες ἀστέρες· ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τῆς γῆς ἔβρισε, καὶ
παυσάμενοι φόβου καὶ θάμβους οἱ ἐπιχώριοι συνῆλθον, ὤφθη
πυρὸς μὲν οὐδὲν ἔργον, οὐδ' ἴχνος τοσοῦτον, λίθος δὲ κείμενος,
ἄλλως μὲν μέγας, οὐθὲν δὲ μέρος, ὡς εἰπεῖν, ἐκείνης τῆς πυ-
ροειδοῦς περιοχῆς ἔχων. ὅτι μὲν οὖν εὐγνωμόνων ὁ Δάμαχος
ἀκροατῶν δεῖται, δῆλός ἐστιν· εἰ δ' ἀληθὴς ὁ λόγος, ἐξελέγ-
χει κατὰ κράτος τοὺς φάσκοντας ἔκ τινος ἀκρωρείας ἀπο-
κοπείσης πνεύμασι καὶ ζάλαις πέτραν, ὑπολειφθεῖσαν δ',
ὥσπερ οἱ στρόβιλοι, καὶ φερομένην, ᾗ πρῶτον ἐνέδωκε καὶ
διελύθη τὸ περιδινῆσαν, ἐκριφῆναι καὶ πεσεῖν. εἰ μὴ νὴ
Δία πῦρ μὲν ἦν ὄντως τὸ φαινόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέ-
ρας, σβέσις δὲ καὶ φθορὰ μεταβολὴν ἀέρι παρέσχεν εἰς
πνεύματα βιαιότερα καὶ κινήσεις, ὑφ' ὧν συνέτυχε καὶ

ſcribit, priuſquam hic lapis deflueret, viſum continuos quinque
et ſeptuaginta dies eximiae magnitudinis corpus in coelo inſtar
flammeae nubis igneum, non torpidum illud quidem, ſed huc
illuc identidem agitatum, vt fluctuatione iactationeque auulſa
fragmenta ignita in diuerſas rapta partes fuerint et micuerint
traiectarum ſtellarum modo. Poſtquam eo loci delatus eſt, et
remoto pauore concurrerunt incolae, nullum ignis indicium, nec
tam grande veſtigium deprehenſum eſt. Tantum lapis iacebat,
ingens ille quidem, ſed ambitus illius flammei partem retinebat
ferme nullam. Caeterum Damachum hinc liquet benignos re-
quirere auditores. Quod ſi vera ſunt, quae hic attulit, refellit
egregie illos, qui dictitant, ex vertice montis alicuius ventis et pro-
cellis deſectum ſaxum, inde more turbinis derelictum, vbi vis rotans
elanguit et reſoluta fuit, laxatum decidiſſe. Niſi ſane id, quod viſum
fuit ad multos dies, reuera ignis erat, reſtinctio autem et marcor eius
mutationem praebuit aeri in ventos violentiores et motus, atque ita
accidit,

44 πολύπλους Iunt. Ald. eaedem in continenti dant πυῤῥοειδῆ.

 45 poſt

τὸν λίθον ἐκριφῆναι. ταῦτα μὲν οὖν ἑτέρῳ γένει γραφῆς διακριβωτέον.

13. Ὁ δὲ Λύσανδρος, ἐπεὶ τῶν τρισχιλίων Ἀθηναίων, οὓς ἔλαβεν αἰχμαλώτους, ὑπὸ τῶν συνέδρων θάνατος κατέγνωστο, καλέσας Φιλοκλέα τὸν στρατηγὸν [45], ἠρώτησεν αὐτὸν, τίνα τιμᾶται δίκην ἑαυτῷ, τοιαῦτα περὶ Ἑλλήνων συμβεβουλευκὼς τοῖς πολίταις. ὁ δ' οὐδέν τι πρὸς τὴν συμφορὰν ἐνδοὺς, ἐκέλευσε μὴ κατηγορεῖν, ὧν οὐδείς ἐστι δικαστὴς, ἀλλὰ νικῶντα πράττειν, ἅπερ ἂν νικηθεὶς ἔπασχεν· εἶτα λουσάμενος καὶ λαβὼν χλαμύδα λαμπρὰν, πρῶτος ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἡγεῖτο τοῖς πολίταις, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος. ἐκ δὲ τούτου πλέων ὁ Λύσανδρος ἐπὶ τὰς πόλεις, Ἀθηναίων μὲν οἷς ἐπιτύχοι, ἐκέλευε πάντας εἰς Ἀθήνας ἀπιέναι· φείσεσθαι γὰρ οὐδενὸς, ἀλλ' ἀποσφάξειν, ὃν ἂν ἔξω λάβῃ τῆς πόλεως. ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ συνήλαυνεν ἅπαντας εἰς τὸ ἄστυ, βουλόμενος ἐν τῇ πόλει ταχὺ λιμὸν ἰσχυρὸν γενέσθαι καὶ σπάνιν, ὅπως μὴ πράγματα παράσχοιεν αὐτῷ τὴν πολιορκίαν εὐπόρως ὑπομένοντες. καταλύων δὲ τοὺς δήμους, καὶ τὰς ἄλλας πολιτείας, ἕνα

accidit, vt eiacularetur lapis. Caeterum haec alio ſunt ſcribendi genere diſcutienda.

At Lyſander, poſtquam Athenienſes captiui tria millia de concilii ſententia addicti vltimo ſupplicio ſunt, Philoclem praetorem appellauit, rogauitque, quid meritum cenſeat ſe, qui talia de Graecis conſilia ciuibus ſuaſiſſet: ille vero nihil calamitate infractus: Noli obiicere, inquit, crimina, quorum iudex eſt nemo, ſed ea victor age, quae eras paſſurus victus. Lotus inde, ac ſplendida amictus chlamyde, primus ad ceruicem praebendam, vt tradit Theophraſtus, ciues ſuos anteceſſit. Hinc Lyſander vrbes circumuectus, quos offendit Athenienſes, his imperauit, vt concederent omnes Athenas, parſurum ſe denuncians nemini, quem extra vrbem deprehendiſſet. Id agebat, atque in vrbem cunctos redigebat, eo conſilio, quo breui ingentem famem et arctam annonam ibi efficeret, ne affluente commeatu obſidionem ferentes, eam redderent ſibi laborioſam. Iam deleto paſſim populi iure et aliis reipublicae

45 poſt στρατηγὸν addit αὐτῶν Vulcob.

μὲν ἁρμοστὴν ἑκάστῃ Λακεδαιμόνιον κατέλιπεν, δέκα δ' ἄρχοντας ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ συγκεκροτημένων κατὰ πόλιν ἑταιρειῶν. καὶ ταῦτα πράττων ὁμοίως ἔν τε ταῖς πολεμίαις καὶ ταῖς συμμάχοις γεγενημέναις πόλεσι, παρέπλει σχολαίως, τρόπον τινὰ κατασκευαζόμενος ἑαυτῷ τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν. οὔτε γὰρ ἀριστίνδην, οὔτε πλουτίνδην ἀπεδείκνυε τοὺς ἄρχοντας, ἀλλ' ἑταιρίαις καὶ ξενίαις χαριζόμενος τὰ πράγματα, καὶ κυρίους ποιῶν τιμῆς τε καὶ κολάσεως, πολλαῖς δὲ παραγινόμενος αὐτὸς σφαγαῖς, καὶ συνεκβάλλων τοὺς τῶν φίλων ἐχθρούς, οὐκ ἐπιεικὲς ἐδίδου τοῖς Ἕλλησι δεῖγμα τῆς Λακεδαιμονίων ἀρχῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς [46] Θεόπομπος ἔοικε ληρεῖν, ἀπεικάζων τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσιν, ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντες, ὄξος ἐνέχεαν. εὐθὺς γὰρ ἦν τὸ γεῦμα δυσχερὲς καὶ πικρόν, οὔτε τοὺς δήμους κυρίους τῶν πραγμάτων ἐῶντος εἶναι τοῦ

publicae formis, Harmoſtas Lacedaemonios ſingulis oppidis reliquit, praeterea ex conflatis ab ſe per oppida ſodalitiis denos rectores. Dum haec agit apud vrbes iuxta ſocias ac hoſtiles, circumuehebatur lente, imperium Graeciae quodammodo ſibi ſtruens. Neque enim ex optimatibus, vel ex cenſu, creabat rectores, verum illis ex ſodalitiis et hoſpitibus ſuis condonabat reſpublicas, permittebatque his vitae et necis arbitrium. Qui, dum multorum ipſe caedi interfuit, et praeſto fuit amicis, quum aduerſarios exterminarent, non placidum inſtar Graecis dedit Lacedaemoniorum imperii. Immo comicum Theopompum nugari dicas, qui cum cauponibus confert Lacedaemonios; quod, quum potum guſtandum ſuauiſſimum praebuiſſent libertatis, acetum infuderint. Statim enim fuit ingrata et amara praeguſtatio: quando nec populos dominos reliquit Lyſander rerum-

publica-

46 ὁ κωμικὸς Θ.] Vide omnino Mureti Var. Lect. VII. 17. vbi ex Theodori Metochitae libro, *Theopompi hiſtorici* hac ipſa de re ſermonem refert; ad quem hic alludi mihi certum videtur, corruptamque proinde vocem ὁ κωμικὸς, legendumque ὁ ἱστορικός. *Moſes Duſoul.*

47 Σα-

Λυσάνδρυ, καὶ τῶν ὀλίγων τοῖς θρασυτάτοις καὶ φιλονεικοτάτοις τὰς πόλεις ἐγχειρίζοντος.

14. Διατρίψας δὲ περὶ ταῦτα χρόνον ὐ πολὺν, καὶ προπέμψας εἰς Λακεδαίμονα τὐς ἀπαγγελῦντας, ὅτι προσπλεῖ μετὰ νεῶν διακοσίων, συνέμιξε περὶ τὴν Ἀττικὴν Ἄγιδι καὶ Παυσανίᾳ, τοῖς βασιλεῦσιν, ὡς ταχὺ συναιρήσων τὴν πόλιν. ἐπεὶ δ' ἀντεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, λαβὼν τὰς ναῦς, πάλιν εἰς Ἀσίαν διεπέρασε, καὶ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων ὁμαλῶς ἁπασῶν κατέλυε τὰς πολιτείας, καὶ καθίστη δεκαδαρχίας, πολλῶν μὲν ἐν ἑκάστῃ σφαττομένων, πολλῶν δὲ φευγόντων· Σαμίυς [47] δὲ πάντας ἐκβαλὼν, παρέδωκε τοῖς φυγάσι τὰς πόλεις. Σηστὸν δ' Ἀθηναίων ἐχόντων ἀφελόμενος, ὐκ εἴασεν οἰκεῖν Σηστίυς, ἀλλὰ τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῷ κυβερνήταις καὶ κελευσταῖς ἔδωκε τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν νέμεσθαι. πρὸς ὃ καὶ πρῶτον ἀντέκρυσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τὺς Σηστίυς αὖθις ἐπὶ τὴν χώραν κατήγαγον. ἀλλ' ἐκεῖνά γε τῦ Λυσάνδρυ πάντες ἡδέως ἑώρων οἱ Ἕλληνες, Αἰγινή-

publicarum, et paucorum tradidit audaciſſimis quibuſque et violentiſſimis vrbes.

Haud longo in his conſumto ſpatio, praemiſſiſque Lacedaemonem nunciis adeſſe ſe ducentis nauibus, coniunxit ſe circa Atticam terram Agidi et Pauſaniae regibus, breui ſperans vrbem ſe capturum. Sed quum defenderent ſe fortiter Athenienſes, rediit in Aſiam. Ibi ciuitatum reſpub. demolitus eſt aeque omnium, conſtituitque decemuiratus. Multi paſſim necabantur, multi ſolum vertebant. Samios vniuerſos exterminauit, oppida conceſſit exſulibus. Seſtum Athenienſibus ademtam non permiſit colere Seſtiis, ſed attribuit gubernatoribus et hortatoribus ſuis oppidum et agrum poſſidendum. Quem actum reſciderunt Lacedaemonii primum, Seſtioſque iterum in ſedes reduxerunt ſuas. At vero actiones iſtae gratae Lyſandri Graecis fuere, quod Aeginetae

47 Σαμίυς. . . .] Caue credas, eas res geſtas eo ordine, quo eas ponit hoc loco Plutarchus: nam Sami obſidio et expugnatio multo poſterior fuit longorum murorum euerſione, vt videre eſt apud Xenoph. Hellen. II. *Palmerius.*

τας τε διὰ πολλȣ̃ χρόνȣ τὴν αὑτῶν πόλιν ἀπολαμβάνοντας, καὶ Μηλίȣς καὶ Σκιωναίȣς ὑπ᾽ αὐτȣ̃ συνοικιζομένȣς, ἐξελαυνομένων Ἀθηναίων, καὶ τὰς πόλεις ἀποδιδόντων. ἤδη δὲ καὶ τȣ̀ς ἐν ἄςει κακῶς ἔχειν ὑπὸ λιμȣ̃ πυνθανόμενος, κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ· καὶ παρεςήσατο τὴν πόλιν, ἀναγκασθεῖσαν, ἐφ᾽ οἷς ἐκεῖνος ἐκέλευε, ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις. καίτοι Λακεδαιμονίων ἐςὶν ἀκȣ̃σαι λεγόντων [48], ὡς Λύσανδρος μὲν ἔγραψε τοῖς ἐφόροις τάδε· Ἀλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι· Λυσάνδρῳ δ᾽ ἀντέγραψαν οἱ ἔφοροι· Ἀρκεῖ τό γε ἑαλώκειν [49]. ἀλλ᾽ εὐπρεπείας χάριν ȣ̔́τος ὁ λόγος πέπλαςαι. τὸ δ᾽ ἀληθινὸν δόγμα τῶν ἐφόρων ȣ̔́τως εἶχε· Τάδε τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ἔγνω, καββαλόντες τὸν Πειραῖα [50], καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ ἐκβάντες ἐκ πασῶν τῶν πόλεων, τὰν αὐτῶν γᾶν ἔχοντες· ταῦτα καὶ δρῶντες τὰν εἰράναν ἔχοιτε, ἃ χρὴ δοῖτε, καὶ τȣ̀ς φυγάδας ἀνέντες, περὶ τᾶν ναῶν τῷ πλήθεος ὁκοῖόν τι κατῆνι [51] δοκέοι, ταῦτα ποιέετε.

netae longo interuallo reciperent oppidum ſuum, Meliique et Scionaei reuocarentur, expulſis Athenienſibus et oppida reddentibus. Vt iam laborari Athenis intellexit fame, Piraeum decurrit, compulitque vrbem ad deditionem, et coegit pacem, quibus vellet conditionibus, accipere. Atqui Lacedaemonios audias dicentes, Lyſandrum ad Ephoros in hunc modum ſcripſiſſe: Captae ſunt Athenae: ad Lyſandrum vero ſcripſiſſe Ephoros: Satis eſt captas eſſe. Verum ea ſunt in ſpeciem ſubornata. At germanum Ephororum decretum ita habet: Magiſtratus Lacedaemoniorum haec decreuere. Piraeum et longos muros demolimінor, omnibus oppidis exceditote, agrum veſtrum colitote. Haec ſi faxitis, pacem habetote. Quae oportet, datote, fugitiuos redditote, de nauium numero quicquid ſtatuere videbitur, id facitote.

48 Καίτοι Λακεδαιμονίων ἐςὶν ἀκȣ̃σαι λεγόντων] Xylander vertit: *Lacedaemonios inuenias, qui dicant*: et annotat: Contra mentem Plutarchi verſum ante fuit. Non enim laudat, ſed vituperat Plutarchus id commentum, et non ab Ephoris, aut Lyſandro, ſed iis, qui hoc ferrent, fictum ſermonem indicat. *Xyl.*

49 ἑαλωκένοι Anon.

50 εἰς τὸν Πειραιᾶ Iuntina.

51 οἰκεῖόν τι κατῆνι] MS. Fl. et Mur. ὁκοῖόν τι. H. Stephanus κατῆ-

ταύτην δὲ προσεδέξαντο τὴν σκυτάλην οἱ Ἀθηναῖοι, Θηραμένους τοῦ Ἄγνωνος [52] συμβουλεύσαντος. ὅτε καί φασιν ὑπό τῶν νέων τινὸς δημαγωγῶν Κλεομένους [53] ἐρωτώμενον [54], εἰ τολμᾷ τἀναντία Θεμιστοκλεῖ πράττειν καὶ λέγειν, παραδιδοὺς τὰ τείχη τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἃ Λακεδαιμονίων ἀκόντων ἐκεῖνος ἀνέστησεν, εἰπεῖν· Ἀλλ' οὐδὲν, ὦ μειράκιον, ὑπεναντίον ἐγὼ πράττω Θεμιστοκλεῖ. τὰ γὰρ αὐτὰ τείχη κἀκεῖνος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πολιτῶν ἀνέστησε, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ σωτηρίᾳ καταβάλλομεν. εἰ δὲ τὰ τείχη τὰς πόλεις εὐδαίμονας ἐποίει, πασῶν ἔδει πράττειν κάκιστα τὴν Σπάρτην, ἀτείχιστον οὖσαν.

facitote. Hanc ſcytalam Athenienſes Theramene Anconis autore acceperunt. Quo tempore rogatum ferunt eum a Cleomene iuuene concionatore, num contra ac Themiſtocles agere et ſuadere auderet, atque tradere Lacedaemoniis muros, quos ille Lacedaemoniis ſtruxerat inuitis, reſpondiſſe: Nihil equidem, adoleſcens, diuerſum ago, ac Themiſtocles: quippe eoſdem muros tam ille ad ciuium ſalutem excitauit, quam nos ad ſalutem eorundem diruimus. Quod ſi vrbes moenia redderent beatas, Spartam, quae muris caret, omnium eſſe oportet miſerrimam.

Itaque

κατῆνον etiam reperiri ſcriptum ait. Cl. Editor ſuſpicabatur legendum ὁκοῖόν τι κατῆνο, pro κατ' ἐκεῖνο, vt ſignificetur, *quicquid de iſta re ſtatuatur.* Ego ὁκοῖόν τι καὶ τηνεῖ legendum cenſeo, vel potius κατηνεῖ, vt καὶ et τηνεῖ in vnum coaleſcant. Dorice enim τηνεῖ eſt *illic. Moſes Duſoul.* [Integra H. Stephani annotatio ita habet: Pro οἰκεῖόν τι inuenitur ſcriptum ὁκοῖόν τι, nec non κατῆνον pro κατῆνι. Illud ὁκοῖόν τι mihi reponendum videtur: at de κατῆνον adhuc ἐπέχω: niſi pro καθῆκον eſſe dicamus. Vnus interpretum vertit: *De nauium numero quicquid ſtatuere videbitur, id facitote.* Alter: *Quod de nauium numero ſtatutum fuerit, id facite.*]

52 Ἄγκωνος] Caeteri omnes, et noſter ipſe (206, 3.) *Agnonis* filium faciunt Theramenem. Ἄγνωνος itaque et hic ſcribendum. quod Palmerium non fugerat. Et ita haberi in SGerm. teſtis eſt Dacerius. Recte etiam in Mur. eſt.

53 Κλεομένους] Forſan Κλεομήδους. Cleomedes enim quidam in XXX. Tyrannis recenſetur a Xenophonte, p. Ed. St. 270, 32.

54 ἐρωτώμενον, cum Mur. legendum eſt, pro ἐρωτωμένου, quod in imprr. eſt. *Moſes Duſoul.*

55 τὴν

15. Ὁ δ᾽ οὖν Λύσανδρος ὡς παρέλαβε τάς τε ναῦς ἁπάσας, πλὴν δώδεκα, καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ Μουνυχιῶνος μηνὸς, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ἐνίκων τὸν βάρβαρον, ἐβούλευσεν εὐθὺς καὶ τὴν πολιτείαν μεταστῆσαι. δυσπειθῶς δὲ καὶ τραχέως φερόντων, ἀποστείλας πρὸς τὸν δῆμον, ἔφη, τὴν πόλιν εἰληφέναι παρασπονδοῦσαν· ἑστάναι γὰρ τὰ τείχη, τῶν ἡμερῶν, ἐν αἷς ἔδει καθῃρῆσθαι, παρῳχημένων. ἑτέραν οὖν ἐξ ἀρχῆς προθήσειν γνώμην περὶ αὐτῶν, ὡς τὰς ὁμολογίας λελυκότων. ἔνιοι δὲ καὶ προτεθῆναι φασὶν ὡς ἀληθῶς ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ γνώμην ἐν τοῖς συμμάχοις· ὅτε καὶ τὸν Θηβαῖον Ἐρίανθον εἰσηγήσασθαι, τὸ μὲν ἄστυ κατασκάψαι, τὴν δὲ χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον. εἶτα μέντοι συνουσίας γενομένης τῶν ἡγεμόνων, παρὰ πότον [καὶ] τινος Φωκέως ᾄσαντος ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἠλέκτρας τὴν πάροδον [55], ἧς [56] ἡ ἀρχὴ·

Itaque Lyſander, nauibus extra duodecim omnibus et muris potitus Athenienſium, die ſexto decimo menſis Munychionis, quo die ſuperauerant quondam proelio nauali ad Salamina barbaros, illico propoſuit, vt rempub. immutaret. Detrectantibus id Athenienſibus indignantibuſque, ſignificauit per nuncios populo, comperiſſe foedus ſe ab ipſis violatum. Quippe ſtare muros circumactis diebus, quibus ſolo aequatos eſſe oportuiſſet. Quare, ſicut pace ſoluta, de integro de ipſis ſe ad concilium relaturum. Nonnulli autem vere referunt eum propoſuiſſe in concilio ſociorum de redigendis in ſeruitutem Athenienſibus. Quo tempore Thebanum Erianthum ſuaſiſſe, vt vrbem ſolo aequarent, agrum relinquerent pecori paſcendum. Poſt tamen quum epularentur vna duces, atque inter pocula Phocenſis quidam ex Euripidis Electra ingreſſum chori caneret, cuius eſt exordium:

Aga-

55 τὴν πάροδον] Xylander vertit: *chori primam in ſcena vocem:* et annotat: Hoc de vocabulo apud Dionis lib. XLVII. dixi. Exſtant verſus in Electra, quae nuper demum ſeorſim edita eſt: eique teſtimonium erunt, genuinam eſſe eam.

56 ἧς...] Verſ. 167.

57 τὴν

Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα, ἤλυθον Ἠλέκτρα
Ποτὶ σὰν ἀγρότειραν αὐλάν·

πάντας ἐπικλασθῆναι, καὶ φανῆναι σχέτλιον ἔργον, τὴν οὕτως εὐκλεᾶ καὶ τοιούτους ἄνδρας φέρουσαν ἀνελεῖν καὶ διεργάσασθαι [57] πόλιν. ὁ δ' οὖν Λύσανδρος, ἐνδόντων τῶν Ἀθηναίων πρὸς ἅπαντα, πολλὰς μὲν ἐξ ἄστεος μεταπεμψάμενος αὐλητρίδας, πάσας δὲ τὰς ἐν τῷ στρατοπέδῳ συναγαγὼν, τὰ τείχη κατέσκαπτε, καὶ τὰς τριήρεις κατέφλεγε πρὸς τὸν αὐλὸν, ἐστεφανωμένων καὶ παιζόντων ἅμα τῶν συμμάχων, ὡς [58] ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἄρχουσαν τῆς ἐλευθερίας. εὐθὺς δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε, τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ καταστήσας ἄρχοντας· ἐμβαλὼν δὲ φρουρὰν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ Καλλίβιον ἁρμοστὴν, ἄνδρα Σπαρτιάτην, ἐπιστήσας. ἐπεὶ δὲ οὗτος Αὐτόλυκον, τὸν ἀθλητὴν, ἐφ' ᾧ τὸ συμπόσιον [59] ὁ Ξενοφῶν πεποίηκε, τὴν βακτηρίαν διαράμενος παίσειν ἔμελλεν, ὁ δὲ, τῶν σκελῶν συναράμενος, ἀνέτρεψεν αὐτὸν, οὐ συνηγανάκτησεν ὁ Λύσανδρος,

Agamemnonis adeo O soboles, Electra,
Ad agrestis culminis atria tua:

fractos omnes fuisse, ac rem censuisse indignam, tam claram totque et talium alumnam virorum delere et exscindere vrbem. Igitur Lysander, nihil recusantibus Atheniensibus, euocauit multas ex vrbe tibicinas, omnes etiam ex castris coegit. Tum muros diruit, naues incendit ad tibiam, simul coronatis ouantibusque sociis, tanquam libertatis foret dies ille auspicium. Mox rempub. mouit, ac triginta vrbi, decem Piraeo praeposuit rectores: arci imposuit praesidium, cui Harmostem dedit Callibium, Spartiatem. Qui quum Autolycum athletam, in quem condidit conuiuium suum Xenophon, sublato baculo caedere pararet, hic cruribus eum sublatum prostrauit in terram. Nec de eo doluit Lysander, immo

57 τὴν πόλιν] Expungendum censeo articulum τὴν. *H. Stephanus.*

58 ὡς] Vid. Xen. Ed. St. 270, 21.

59 τὸ συμπ. ὁ Ξεν.] In libello, cuius titulus *Symposion*, finxit Xenophon id, quod hic dicit Plutarchus. *Xyl.* Vide Xen. Sympos. (509, 16.) *Mos. Dus.*

60 ἐπὶ

ἀλλὰ καὶ συνεπετίμησε, φήσας, αὐτὸν ἐκ ἐπίςασθαι [τὸν Καλλίβιον] ἐλευθέρων ἄρχειν. ἀλλὰ τὸν μὲν Αὐτόλυκον οἱ τριάκοντα, τῷ Καλλιβίῳ χαριζόμενοι, μικρὸν ὕςερον ἀνεῖλον.

16. Ὁ δὲ Λύσανδρος ἀπὸ τέτων γενόμενος, αὐτὸς μὲν ἐπὶ Θράκης ἐξέπλευσε [60], τῶν δὲ χρημάτων τὰ περιόντα, καὶ ὅσας δωρεὰς αὐτὸς, ἢ ςεφάνες ἐδέξατο, πολλῶν, ὡς εἰκὸς, διδόντων ἀνδρὶ δυνατωτάτῳ καὶ τρόπον τινὰ κυρίῳ τῆς Ἑλλάδος, ἀπέςειλεν εἰς Λακεδαίμονα διὰ Γυλίππε τε ςρατηγήσαντος περὶ Σικελίαν. ὁ δὲ, ὡς λέγεται, τὰς ῥαφὰς τῶν ἀγγείων κάτωθεν ἀναλύσας, καὶ ἀφελὼν συχνὸν ἀργύριον ἐξ ἑκάςε, πάλιν συνέρραψεν, ἀγνοήσας, ὅτι γραμματίδιον ἐνῆν ἑκάςῳ τὸν ἀριθμὸν σημαῖνον. ἐλθὼν δ' εἰς Σπάρτην, ἃ μὲν ὑφῄρητο, κατέκρυψεν ὑπὸ τὴν κέραμον τῆς οἰκίας, τὰ δ' ἀγγεῖα παρέδωκε τοῖς ἐφόροις, καὶ τὰς σφραγῖδας ἐπέδειξεν. ἐπεὶ

immo etiam caſtigauit iſtum, dicens, ignorare Callibium, ſe liberis hominibus imperare. Caeterum triginta viri breui poſt interfecerunt in Callibii gratiam Autolycum.

At Lyſander, rebus hiſce compoſitis, contendit in Thraciam. Quod reliquum erat pecuniae, item quaecunque munera et coronas acceperat, (donauerant autem ei complures, potentiſſimo nimirum viro et Graeciae quodammodo domino) Lacedaemonem per Gylippum, qui dux fuerat in Sicilia, miſit. Is (vt fama eſt) ſacculorum ſuturas in fundo ſoluit, ac ſurripuit ex vnaquaque magnam vim argenti: mox conſuit iterum eas, neſcius, additum in ſingulis libellum, qui numerum indicabat. Ingreſſus Spartam, ea, quae interuerterat, condidit ſub tecto domus ſuae. Sacculos Ephoris tradidit et oſtendit ſignatos. Quibus aper-

60 ἐπὶ Θ. ἐξέπλευσε] Hoc loco inſerenda fuit hiſtoria de Thaſo a Lyſandro capta, et de Thaſiorum Atticiſſantium laniena, quam narrat Polyaenus I. 4. De ea ſiluit Plutarchus, vel fauore in Lyſandri famam, vel obliuione, non enim ignorantia. *Palm.* Xenophon, non in Thraciam inde, ſed πρὸς Σάμον, profectum eſſe ait. p. 270, 33.

δ' ἀνοιξάντων καὶ ἀριθμέντων διεφώνει πρὸς τὰ γράμματα τὸ πλῆθος τῦ ἀργυρίε, καὶ παρεῖχε τοῖς ἐφόροις ἀπορίαν τὸ πρᾶγμα, φράζει θεράπων τῦ Γυλίππε πρὸς αὐτὲς αἰνιξάμενος, ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιτάζεσθαι πολλὰς γλαῦκας [61]. ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ χάραγμα τῦ πλείςε τότε νομίσματος, διὰ τὲς Ἀθηναίες, γλαῦκες.

17. Ὁ μὲν ἒν Γύλιππος αἰσχρὸν ἕτω καὶ ἀγεννὲς ἔργον ἐπὶ λαμπροῖς τοῖς ἔμπροσθεν καὶ μεγάλοις ἐργασάμενος, μετέςησεν ἑαυτὸν ἐκ Λακεδαίμονος. οἱ δὲ φρονιμώτατοι τῶν Σπαρτιατῶν ἐχ ἥκιςα καὶ διὰ τῦτο τὴν τῦ νομίσματος ἰσχὺν φοβηθέντες, ὡς ἐχὶ τῶν τυχόντων ἁπτομένην πολιτῶν. τόν τε Λύσανδρον ἐλοιδόρεν, καὶ διεμαρτύραντο τοῖς ἐφόροις ἀποδιοπομπεῖσθαι πᾶν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον, ὥσπερ κῆρας ἐπαγωγίμες. οἱ δὲ προὔθεσαν γνώμην· καὶ Θεόπομπος μέν φησι Σκιραφίδαν, Ἔφορος δὲ Φλογίδαν εἶναι τὸν ἀποφηνάμενον, ὡς ἐ χρὴ

apertis et inito numero, quum discreparet ab indicibus argenti summa, haberetque res Ephoros suspensos, seruus Gylippi significauit iis per aenigma, sub Ceramico multas cubare noctuas. Nummi autem id temporis Atheniensium gratia erant noctua fere signati.

Atque Gylippus quidem, post res gestas tam insignes et amplas, tam foedo et pudendo facinore admisso, solum vertit. At Spartiatarum prudentissimi eo nomine vel praecipue nummorum exhorrescentes vim, quae ciues labefactasset non vulgares, et Lysandrum sunt insectati, et testato denunciauerunt Ephoris reiiciendum, quasi exitiales quasdam pestes introductas, aurum et argentum. Hi rem ad concilium retulerunt. Sciraphidam Theopompus refert, Ephorus Phlogidam fuisse, qui non recipien-

61 Ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιτάζεσθαι πολλὰς γλαῦκας] Locus est Athenis, nomine Ceramicus, cuius multa etiam apud Latinos mentio: ceramus autem laterem, etiam tectum, seu tegulam significat. Id innuebat Gylippi seruus, ab hero argentum esse subter tegulas abditum. Sed allusio in Graecis vocibus facilius, quam Latinis intelligitur. *Xylander.*

62 δρα-

προσδέχεσθαι νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ χρῆσθαι τῷ πατρίῳ. τοῦτο δ' ἦν σιδηροῦν, πρῶτον μὲν ὄξει μεταβαπτόμενον ἐκ πυρὸς, ὅπως μὴ καταχαλκεύοιτο, ἀλλὰ διὰ τὴν βαφὴν ἄστομον καὶ ἀδρανὲς γένοιτο· ἔπειτα βαρύσταθμον, καὶ δυσπαρακόμιστον, καὶ ἀπὸ πολλοῦ τινος πλήθους καὶ ὄγκου μικράν τινα ἀξίαν δυνάμενον. κινδυνεύει δὲ καὶ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον οὕτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων νομίσμασι σιδηροῖς, ἐνίων δὲ χαλκοῖς, ἀφ' ὧν παραμένει πλῆθος ἔτι καὶ νῦν τῶν κερμάτων ὀβολοὺς καλεῖσθαι, δραχμὴν δὲ τοὺς ἓξ ὀβολούς [62]· τοσοῦτον [63] γὰρ ἡ χεὶρ περιεδράττετο. τῶν δὲ Λυσάνδρου φίλων ὑπεναντιουμένων, καὶ σπουδασάντων ἐν τῇ πόλει καταμεῖναι τὰ χρήματα, δημοσίᾳ μὲν ἔδοξεν εἰσάγεσθαι νόμισμα τοιοῦτον, ἂν δέ τις ἁλῷ κεκτημένος ἰδίᾳ, ζημίαν ὥρισαν θάνατον· ὥσπερ τοῦ Λυκούργου τὸ

piendam in vrbem monetam auream vel argenteam cenſuit, ſed retinendam patriam. Ea ferrea erat, primum aceto tincta adhuc candens, vt neque procudi, neque duci ob tincturam, neque poſſet tractari malleo, ponderoſa deinde et ad portandum inhabilis, cuius eſſet magnus numerus et moles exigui pretii. Ac vetus moneta fuit fortaſſis omnis eiuſcemodi, quia obeliſcis vtebantur ferreis nummis, quidam aereis. Vnde durat ad haec vſque tempora, vt numerus nummulorum oboli vocetur, et drachma ſex oboli. Tantum enim circumplectebatur manus. At quando Lyſandri neceſſarii interceſſerunt, et inſtiterunt, vt pecunia illa retineretur in vrbe, viſum fuit in vſum publicum, vt admitterent id genus nummos; ſi quis eos poſſidere compertus eſſet priuatim, in eum poenam capitalem ſanxere. Quaſi vero nummos Lycur-

62 δραχμὴν δὲ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς] παρὰ τὸ δράττομαι, *comprehendo* nimirum. Citat hunc locum Euſtath. in III. Iliadis. Atque idem in primum librum eiuſdem operis indicat, inter ὀβελὸν, *veru*, et ὀβολὸν, *obolum*, eſſe differentiam a poſterioribus ſeruatam: et in α. Vlyſſ. ὀβολὸν παρὰ τὴν βολὴν dictum tradit. Conſuli iſta loca et diiudicari a diligentibus poſſunt: nobis ſatis eſt indicaſſe. *Xylander.*

63 τοσοῦτον] Vulc. Anon. et Mur. τοσούτων. recte.

νόμισμα φοβηθέντος, οὐ τὴν ἐπὶ τῷ νομίσματι φιλαργυρίαν, ἣν οὐκ[64] ἀφῄρει τὸ μὴ κεκτῆσθαι τὸν ἰδιώτην, ὡς τὸ κεκτῆσθαι τὴν πόλιν εἰσεποιεῖτο, τῆς χρείας ἀξίαν προσλαμβανούσης καὶ ζῆλον. οὐ γὰρ ἦν, δημοσίᾳ τιμώμενον ὁρῶντας, ἰδίᾳ καταφρονεῖν ὡς ἀχρήστου· καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα νομίζειν ἑκάστῳ μηδενὸς ἄξιον πρᾶγμα, τὸ κοινῇ οὕτως εὐδοκιμοῦν καὶ ἀγαπώμενον. ἀλλὰ καὶ πολλῷ τάχιον ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιῤῥέουσιν οἱ ἐθισμοὶ τοῖς ἰδιωτικοῖς βίοις, ἢ τὰ καθ᾽ ἕκαστον ὀλισθήματα καὶ πάθη τὰς πόλεις ἀναπίμπλησι πραγμάτων πονηρῶν. τῷ γὰρ ὅλῳ συνδιαστρέφεσθαι τὰ μέρη μᾶλλον, ὅταν ἐνδῷ πρὸς τὸ χεῖρον, εἰκός· αἱ δ᾽ ἀπὸ μέρους εἰς ὅλον ἁμαρτίαι πολλὰς ἐνστάσεις[65] καὶ βοηθείας ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων ἔχουσιν. οἱ δὲ ταῖς μὲν οἰκίαις τῶν πολιτῶν, ὅπως οὐ πάρεισιν εἰς αὐτὰς νόμισμα, τὸν φόβον ἐπέστησαν φύλακα καὶ τὸν νόμον· αὐτὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἀνεκπλήκτους καὶ ἀπαθεῖς πρὸς ἀργύριον οὐ διετήρησαν, ἐμβαλόντες εἰς ζῆλον, ὡς σεμνοῦ δή τινος καὶ μεγάλου, τοῦ

Lycurgus formidasset, non autem nummorum comitem auaritiam et cupiditatem, quae non ita detrahebatur, quod non teneret eos priuatus, vt, quia haberet respub. incendebatur, accedente ad vsum eius dignitate et admiratione. Neque enim fieri poterat, cui esse dignationem cernebant publicè, id vt priuate respuerent pro inutili; atque vt ad rem priuatam sibi quisque flocci faceret id, quod publice tanti esset et adeo carum. Immo vero mores ex publicis studiis longe citius influunt in vitam priuatam, quam priuatae offensae et affectiones ciuitates referciunt rerum turpitudine. Quippe rapit secum vniuersitas haud dubie partes potius, vbi vergit in deterius: partis vero in vniuersitatem peccata multas correctiones et remedia accipiunt a sanis. At hi ciuium aedibus, ne in eas penetrarent nummi, metum apposuerunt custodem et legem; animos vero eorum incorruptos a pecunia et immotos non seruarunt, qui in diuitiarum, quasi amplae rei et eximiae, coniecerunt omnes

64 οὐκ ἀφ.] οὐχ οὕτως ἀφ. melius in Anon. et Mur.

65 ἐντάσεις] Legendum cum SGerm. ἐνστάσεις. *Dacerius.*

66 Ἀκαν-

πλουτεῖν ἅπαντας. περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ δι' ἑτέρας που γραφῆς ἡψάμεθα Λακεδαιμονίων.

18. Ὁ δὲ Λύσανδρος ἔστησεν ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐν Δελφοῖς αὐτοῦ χαλκῆν εἰκόνα, καὶ τῶν ναυάρχων ἑκάστου, καὶ χρυσοῦς ἀστέρας τῶν Διοσκούρων, οἳ πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ἠφανίσθησαν. ἐν δὲ τῷ Βρασίδου καὶ Ἀκανθίων [66] θησαυρῷ τριήρης ἔκειτο διὰ χρυσοῦ πεποιημένη καὶ ἐλέφαντος, δυοῖν πηχῶν, ἣν Κῦρος αὐτῷ νικητήριον ἔπεμψεν. Ἀλεξανδρίδης [67] δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι, τάλαντον ἀργυρίου καὶ μνᾶς πεντήκοντα δύο, καὶ πρὸς τούτοις ἕνδεκα στατῆρας· οὐχ ὁμολογούμενα γράφων τοῖς περὶ τῆς πενίας τοῦ ἀνδρὸς ὁμολογουμένοις. τότε δ' οὖν ὁ Λύσανδρος, ὅσον οὐδεὶς τῶν πρόσθεν Ἑλλήνων δυνηθεὶς, ἐδόκει φρονήματι καὶ ὄγκῳ μείζονι κεχρῆσθαι τῆς δυνάμεως. πρώτῳ [68] μὲν γὰρ, ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις, Ἑλλήνων βωμοὺς αἱ πόλεις ἀνέστη-

omnes admirationem. De his etiam alio quodam noſtro ſcripto perſtrinximus Lacedaemonios.

Porro Lyſander Delphis ſtatuam ſuam aeream et cuiuſque nauarchorum ſuorum, ſtellas quoque aureas Tyndaridarum fratrum de manubiis dedicauit: quae fuerunt ante pugnam Leuctricam ſublatae. In Braſidae et Acanthiorum theſauro triremis ſacrata bicubitalis fuit ex auro et ebore facta, quam Cyrus ei victoriae cauſa gratulatoriam miſerat. Alexandrides Delphus depoſuiſſe ibidem tradit Lyſandrum argenti talentum, minas duas et quinquaginta, inſuper ſtateras vndecim. Sed parum conuenientia ſcribit iis, quae recepta ſunt de illius paupertate. Porro Lyſander, cuius tunc erat maior potentia, quam cuiuſquam fuiſſet ſuperiorum Graecorum, maiorem potentia ſua viſus eſt arrogantiam et faſtum vſurpaſſe. Primo enim Graecorum aras ei (vt Duris tradit) ciuitates vt

66 Ἀκανθίωνος θησ. Iunt. Ἀκανθίων σησαυρῷ Ald.

67 Ἀλεξανδρίδης] Hanc ſcripturam ſequitur. Voſſius. In Vulcob. et Mur. Ἀναξανδρίδης ſcribitur.

68 πρῶτον] Vulc. Anon. et Mur. rectius πρώτῳ: et mox, ante βωμοὺς, ἐκείνῳ.

 69 ᾠδὴ

σαν, ὡς θεῷ, καὶ θυσίας ἔθυσαν. εἰς δὲ πρῶτον παιᾶνες ᾔσθησαν, ὧν ἑνὸς ἀρχὴν ἀπομνημονεύουσι τοιάνδε·

Τὸν Ἑλλάδος ἀγαθέας στραταγὸν ἀπ' εὐρυχώρου Σπάρτας ὑμνήσομεν, ὢ ἰὴ [69] παιάν.

Σάμιοι δὲ τὰ παρ' αὐτοῖς Ἡραῖα, Λυσάνδρεια καλεῖν ἐψηφίσαντο. τῶν δὲ πολιτῶν [70] Χοίριλον μὲν ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς κοσμήσοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς. Ἀντιλόχῳ δὲ ποιήσαντι μετρίους τινὰς εἰς αὐτὸν στίχους, ἡσθεὶς ἔδωκε πλήσας ἀργυρίου τὸν πῖλον. Ἀντιμάχου δὲ τοῦ Κολοφωνίου, καὶ Νικηράτου τινὸς Ἡρακλεώτου ποιήμασι Λυσάνδρεια διαγωνισαμένων ἐπ' αὐτῷ [71], τὸν Νικήρατον ἐστεφάνωσεν. ὁ δ' Ἀντίμαχος ἀχθεσθεὶς ἠφάνισε τὸ ποίημα. Πλάτων δὲ, νέος ὢν τότε, καὶ θαυμάζων τὸν Ἀντίμαχον ἐπὶ τῇ ποιητικῇ, βαρέως φέροντα τὴν ἧτταν ἀνελάμβανε καὶ παρεμυθεῖτο, τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι φάμενος τὴν ἄγνοιαν, ὥσπερ τὴν τυφλότητα τοῖς μὴ

vt deo erexerunt, victimasque immolauerunt. In eum primum decantati paeanes fuere: quorum vnius exordium commemorant huiusce modi:

Ducem bonae Pelasgiae laetis ab ampla plausibus
Sparta canemus inclytum.

Samii sciuerunt, vt Iunonia apud ipsos Lysandria dicerentur. Ex ciuibus perpetuo in comitatu suo Choerilum habebat, qui res gestas celebraret carmine. Antilocho, qui certum numerum versuum in laudem suam condiderat, laetus pileum dedit argenti plenum. Quum Antimachus Colophonius et Niceratus quidam Heracleotes carminibus Lysandria in honorem eius certarent, donauit Niceratum corona: ea re Antimachus offensus, aboleuit poema. Plato autem, qui iuuenis id temporis erat, et Antimachum ob artem poeticam colebat, ablatam sibi palmam moleste ferentem alleuauit excitauitque, ignaris dicens malum esse ignorantiam, sicut coecitatem non

69 ὠὴ Vulcob.

70 πολιτῶν] Anon, Mur. et SGerm. ποιητῶν. quod rectius; quanquam Choerilus hic πολίτης dici vere potuerit. [πολιτῶν prima dedit Aldina. Iuntina dat ambigue ποιτῶν. quod perinde ad vtramque lectionem trahi possit.]

71 αὐτοῦ Vulcob.

72 εἰ-

βλέπουσιν. ἐπεὶ μέντοι ὁ κιθαρῳδὸς Ἀριστόνους, ἑξάκις Πύθια νενικηκὼς, ἐπηγγέλλετο τῷ Λυσάνδρῳ φιλοφρονούμενος, ἂν νικήσῃ πάλιν, Λυσάνδρου κηρύξειν ἑαυτὸν, ἢ δοῦλον εἰπεῖν [72].

19. Ἀλλ' ἡ μὲν φιλοτιμία τοῦ Λυσάνδρου τοῖς πρώτοις καὶ ἰσοτίμοις ἦν ἐπαχθὲς [73] μόνον, ὑπεροψίας δὲ πολλῆς ἅμα τῇ φιλοτιμίᾳ διὰ τοὺς θεραπεύοντας ἐγγενομένης τῷ ἤθει καὶ βαρύτητος, οὔτε τιμῆς, οὔτε τιμωρίας μέτρον ἦν παρ' αὐτῷ δημοτικὸν, ἀλλὰ φιλίας μὲν ἆθλα καὶ ξενίας, ἀνυπεύθυνοι δυναστεῖαι πόλεων καὶ τυραννίδες ἀνεξέταστοι, θυμοῦ δὲ μία πλήρωσις, ἀπολέσθαι τὸν ἀπεχθανόμενον· οὔτε γὰρ φυγεῖν ἐξῆν. ἀλλὰ καὶ Μιλησίων ὕστερον τοὺς τοῦ δήμου προϊσταμένους δεδιὼς, μὴ φύγωσι, καὶ προαγαγεῖν τοὺς κεκρυμμένους βουλόμενος, ὤμοσε μὴ ἀδικήσειν· πιστεύσαντας δὲ καὶ προελθόντας, ἀποσφάξαι τοῖς ὀλιγαρχικοῖς παρέδωκεν, οὐκ ἐλάττονας ὀκτακοσίων συναμφοτέρους ὄντας. ἦν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐν ταῖς πόλεσι δημο-

non videntibus. Iam citharoedus Ariſtonous, qui Pythiis victor ſexies fuerat, in gratiam oſtendit ſe Lyſandri, ſi rurſus viciſſet, pronunciaturum, vel dicturum, Lyſandri ſeruum ſe eſſe.

At ambitio erat Lyſandri principibus modo et paribus odioſa. Quia vero immenſa arrogantia et ſupercilium vna cum ambitione infundebant ſe ob clientelas moribus eius, neque honorum, vel ſuppliciorum, ciuilis erat apud eum modus, ſed amicitiae et hoſpitii principatus ciuitatum ſoluti et effrenati dominatus praemia erant, irae autem vna expletio mors inimici: nam effugii non erat locus. Immo vero illi, qui apud Mileſios poſtea tuebantur partes populi, veritus, ne profugerent, et quo extraheret deliteſcentes, iurauit, non violaturum ſe eos. Quos fide ſua prodeuntes tradidit illis, qui de factione erant paucorum potentium, necandos, quorum erat ex ambabus partibus non intra octingentos numerus. Edebatur praeterea aliorum popularium oppidatim

72 εἶπεν Aurat. et Anon.

73 ἐπαχθὲς] Vulcob. et Mur. ἐπαχθής: quod melius puto. Sed nondum ſincerus hic locus mihi videtur. *Moſes Duſoul.*

74 κριθ-

τικῶν φόνος ἐκ ἀριθμητὸς [74], ἅτε δὴ μὴ κατ᾽ ἰδίας μόνον αἰτίας αὐτῦ κτείνοντος, ἀλλὰ πολλαῖς μὲν ἔχθραις, πολλαῖς δὲ πλεονεξίαις τῶν ἑκασταχόθι φίλων χαριζομένυ τὰ τοιαῦτα καὶ συνεργῦντος. ὅθεν εὐδοκίμησεν Ἐτεοκλῆς ὁ Λακεδαιμόνιος, εἰπὼν, ὡς ἐκ ἂν ἡ Ἑλλὰς δύο Λυσάνδρυς ἤνεγκε. τὸ δ᾽ αὐτὸ τῦτο καὶ περὶ Ἀλκιβιάδυ φησὶ Θεόφραστος εἰπεῖν Ἀρχίστρατον [75]. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ὕβρις ἦν καὶ τρυφὴ σὺν αὐθαδείᾳ τὸ μάλιστα δυσχεραινόμενον· τὴν δὲ Λυσάνδρυ δύναμιν ἡ τῦ τρόπυ χαλεπότης φοβερὰν ἐποίει καὶ βαρεῖαν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ἄλλοις ὐ πάνυ προσεῖχον ἐγκαλῦσιν· ἐπεὶ δὲ Φαρνάβαζος ἀδικέμενος ὑπ᾽ αὐτῦ τὴν χώραν ἄγοντος καὶ φέροντος, ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην κατηγόρυς, ἀγανακτήσαντες οἱ ἔφοροι, τῶν μὲν φίλων αὐτῦ καὶ συστρατήγων ἕνα, Θώρακα, λαβόντες ἀργύριον ἰδίᾳ κεκτημένον [76], ἀπέκτειναν, ἐκείνῳ δὲ σκυτάλην ἀπέπεμψαν, ἥκειν κελεύοντες. ἔστι δ᾽ ἡ σκυτάλη τοιῦτον. ἐπὰν ἐκπέμ-

datim infinita caedes. Nempe repraesentabat non ex propriis tantum offensionibus necem, sed frequentibus odiis, frequentibus cupiditatibus amicorum, quos passim habebat, ea donabat facinora, illorumque in his erat adiutor. Vnde celebrata vox est Eteoclis Lacedaemonii, Graeciam ferre duos Lysandros non potuisse. Idem de Alcibiade Theophrastus Archistratum autor est dixisse. Caeterum acerbissimum in hoc, petulantia erat et cum procacitate coniunctus luxus: Lysandri vero potentiam efficiebat amaritudo morum horrendam et atrocem. Atqui de reliquorum criminationibus non laborabant magnopere Lacedaemonii. Vbi vero Pharnabazus ob iniurias eius, quod prouinciam suam vastaret, misit Spartam accusatores, infensi Ephorum vnum ex amicis Lysandri et collegis, Thoracem, quod habere eum domi compertum fuit argentum, necauerunt, ipsumque Lysandrum missa scytala reuocauerunt domum. Scytala autem res est huiuscemodi: Quum

74 ἀριθμητικὸς Iuntina sola, item paulo post χαριζομένων.

75 Ἀρχίστρατον] Lege Ἀρχέστρατον, vt in Alcib. scribitur et in Mur.

76 κρατημένον (sic) et in continenti ἐκεῖνον vitiose dat Iuntina.

77 ἐπὶ

ψωσι ναύαρχον, ἢ στρατηγὸν, οἱ ἔφοροι, ξύλα δύο στρογγύλα μῆκος καὶ πάχος ἀκριβῶς ἐπισώσαντες, ὥστε ταῖς τομαῖς ἐφαρμόζειν πρὸς ἄλληλα, τὸ μὲν αὐτοὶ φυλάττουσι, θάτερον δὲ τῷ πεμπομένῳ διδόασι. ταῦτα δὲ τὰ ξύλα σκυτάλας καλοῦσιν. ὅταν οὖν ἀπόῤῥητόν τι καὶ μέγα φράσαι βουληθῶσι, βιβλίον, ὥσπερ ἱμάντα, μακρὸν καὶ στενὸν ποιοῦντες, περιελίττουσι τῇ παρ' αὐτοῖς σκυτάλῃ, οὐδὲν διάλειμμα ποιοῦντες, ἀλλὰ πανταχόθεν κύκλῳ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς τῷ βιβλίῳ καταλαμβάνοντες. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἃ βούλονται, καταγράφουσιν εἰς τὸ βιβλίον, ὥσπερ ἐπὶ τῇ [77] σκυτάλῃ περικείμενον. ὅταν δὲ γράψωσιν, ἀφελόντες τὸ βιβλίον, ἄνευ τοῦ ξύλου πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀποστέλλουσι. δεξάμενος δ' ἐκεῖνος, ἄλλως μὲν οὐδὲν ἀναλέξασθαι δύναται τῶν γραμμάτων, συναφὴν οὐκ ἐχόντων, ἀλλὰ διεσπασμένων· τὴν δὲ παρ' αὐτῷ σκυτάλην λαβὼν, τὸ τμῆμα τοῦ βιβλίου περὶ αὐτὴν περιέτεινεν, ὥστε τῆς ἕλικος εἰς τάξιν ὁμοίως ἀποκαθισταμένης ἐπιβάλλοντα τοῖς πρώτοις τὰ δεύτερα, κύκλῳ τὴν ὄψιν ἐπάγειν τὸ συνεχὲς ἀνευρίσκουσαν. καλεῖται δὲ ὁμω-

Quum praefectum classis, vel ducem, Ephori mittunt in expeditionem, ligna bina parant rotunda pari prorsus longitudine et crassitudine, vt desecta inter se quadrent. Horum alterum ipsi retinent, alterum tradunt ei, quem dimittunt. Ligna haec scytalas appellant. Vbi iam arcana et ardua mandare volunt, codicillos faciunt instar corrigiae longos et strictos: his scytalam suam circumplicant, nullo interstitio relicto, sed superficiem eius amplectuntur vndique codicillis. Inde quod libuerit, in circumiecto scytalam codice exarant. Vbi scripsere, detractos codicillos mittunt ad ducem absque ligno. Acceptos ille alias nequaquam valet legere, quod commissuram non habeant literae, sed diuulsae sint: adhibet autem scytalam suam, et segmento eam circumplicat codicillorum. Ita spira in eandem reposita seriem, primis cohaerentia secunda in orbem offerunt oculis contextum. Codicillus dicitur

77 ἐπὶ τῇ σκ.] Pro ἐπὶ necessario legendum ἐστὶ, quod sententia requirit; neque praepositione opus est.

νύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλη τὸ βιβλίον, ὡς τῷ μετρȣ̃ντι τὸ μετρȣ́μενον.

20. Ὁ δὲ Λύσανδρος, ἐλθȣ́σης τῆς σκυτάλης πρὸς αὐτὸν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, διεταράχθη, καὶ μάλιςα τὰς τȣ̃ Φαρναβάζȣ δεδιὼς κατηγορίας, ἐσπȣ́δασεν εἰς λόγȣς αὐτῷ ὡς λύσων συνελθεῖν [78] τὴν διαφοράν. καὶ συνελθὼν ἐδεῖτο γράψαι περὶ αὐτȣ̃ πρὸς τȣ̀ς ἄρχοντας [79] ἑτέραν ἐπιςολὴν, ὡς ȣ̓δὲν ἠδικημένον, ȣ̓δ' ἐγκαλȣ̃ντα. πρὸς Κρῆτα δ' ἄρα, τὸ τȣ̃ λόγȣ, κρητίζων ἠγνόει τὸν Φαρνάβαζον. ὑποσχόμενος γὰρ ἅπαντα ποιήσειν, φανερῶς μὲν ἔγραψεν, οἵαν ὁ Λύσανδρος ἠξίωσεν ἐπιςολὴν, κρύφα δ' εἶχεν ἑτέραν αὐτόθι γεγραμμένην· ἐν δὲ τῷ τὰς σφραγῖδας ἐπιβάλλειν, ἐναλλάξας τὰ βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει, δίδωσιν ἐκείνην αὐτῷ τὴν κρύφα γεγραμμένην. ἀφικόμενος ȣ̃ν ὁ Λύσανδρος εἰς Λακεδαίμονα, καὶ πορευθεὶς, ὥσπερ ἔθος ἐςὶ, πρὸς τὸ ἀρχεῖον, ἀπέδωκε τοῖς ἐφόροις τὰ γράμματα τȣ̃ Φαρναβάζȣ, πεπεισμένος ἀνῃρῆσθαι τὸ μέγιςον αὐτȣ̃ τῶν ἐγκλημάτων. ἠγαπᾶ-

dicitur item, ac lignum, ſcytala, ſicut menſuratum eodem, quo menſura, nomine.

At Lyſander, allata ad eum in Helleſpontum ſcytala, perculſus, et Pharnabazi potiſſimum formidans crimina, affectauit ad dirimendam controuerſiam cum eo propere congredi. In colloquio orauit eum, vt literas de ſe ad magiſtratus alteras, nulla ipſum iniuriam affectum eſſe, neque quicquam ſcriberet queri. Caeterum ignorabat cum Cretenſe, vt eſt in prouerbio, cretizare Pharnabazo: qui omnia recepit ſe facturum, atque in propatulo quidem, qualem flagitabat Lyſander, epiſtolam conſcripſit, clam vero alteram habebat iam exaratam, et inter ſignandum commutauit codicillos nihil inter ſe ſpecie diſcrepantes, tradiditque Lyſandro illum occulte ſcriptum. Reuerſus Lacedaemonem Lyſander, atque (vt moris eſt) ad curiam profectus, reddidit Ephoris Pharnabazi literas, pro certo habens, maximum crimen ſuum eſſe ſopitum. Pharnaba-

78 εἰς λόγȣς αὐτῷ συνελθεῖν, ὡς λύσων τὴν διαφ. Anon.

79 poſt ἄρχοντας inſerit αὐτόθι Vulcob.

80 ἐκ

το γὰρ ὁ Φαρνάβαζος ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, προθυμότατος ἐν τῷ πολέμῳ τῶν βασιλέως ϛρατηγῶν γεγενημένος. ἐπεὶ δ᾽ ἀναγνόντες οἱ ἔφοροι τὴν ἐπιϛολὴν, ἔδειξαν αὐτῷ, καὶ συνῆκεν, ὡς

Οὐκ ἄρ᾽ Ὀδυσσεύς ἐϛιν αἱμύλος μόνον [80],

τότε μὲν ἰσχυρῶς τεθορυβημένος ἀπῆλθεν· ἡμέραις δ᾽ ὀλίγαις ὕϛερον ἐντυχὼν τοῖς ἄρχουσιν, ἔφη δεῖν αὐτὸν εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, καὶ τῷ θεῷ θῦσαι θυσίας, ἃς ηὔξατο πρὸ τῶν ἀγώνων. ἔνιοι μὲν οὖν ὡς ἀληθῶς φασὶν αὐτῷ [81] πολιορκοῦντι τὴν τῶν Ἀφυταίων [82] πόλιν ἐν Θρά-

nabazum enim Lacedaemonii, quod inter regios praefectos fuiſſet in bello promtiſſimus, carum habebant. Vt vero lectas literas Ephori oſtenderunt Lyſandro, et hic animaduertit,

Non ſolum Vlyſſem mentis eſſe callidae,

in praeſentia quidem vehementer perplexus digreſſus eſt. Paucis poſt diebus adiit magiſtratus, propoſuitque, neceſſarium ſibi iter eſſe ad Ammonis delubrum, et ſacrificia, quae ante proelia vouerat, reddenda. Ac nonnulli vere aiunt, quum in Thracia Aphygaeorum oppidum circumſideret, in ſomno adſtitiſſe

80 οὐκ ... μόνον] Senarius eſt, quem ex Euripidis Palamede transſcriptum ſuſpicatur Xylander. Bryanus. [Integra Xylandri annotatio haec eſt: Apparet, Iambicum eſſe verſum ex aliqua tragoedia, quem hic prouerbialiter citat; quaſi diceret: Senſit Lyſander, non ſe ſolum eſſe vafrum, ſed et aliis iſtas artes notas eſſe et vſitatas. Ita Vlyſſis, qui callidiſſimus erat, eoque nomine ſe ipſum praedicare ſolebat, dolus eſt a Palamede deprehenſus, inſaniam ſimulantis, ne iret ad bellum Troianum. Nota eſt fabula, et ex antiquo poeta verſus ea de re Cic. lib. III. Offic. recitat. Ac fieri poteſt, vt hic verſiculus ſit de Palameda Euripidis transſcriptus.] Pro μόνον ego μόνος lego. *Moſes Duſoul.*

81 αὐτὸν] Lege αὐτῷ. Sic enim ſatius eſt, quam ſi *ipſum* deum ei adſtitiſſe dicat Plutarchus. Et ita Mur.

82 Ἀφυγαίων] Sic in Graeco eſt. Eſtque ſecutus id mendum, vt pleraque, Guarinus, et inquirendi labore ſuperſedit. Secutus eſt etiam Amiotus. Eſt autem haud dubie legendum Ἀφυταίων. quod ex Pauſania et Stephano noſtro deprehendi, tametſi apud vtrumque mendum eſt. Itaque eadem opera trium auctorum locos caſtigabimus. Pauſanias

κῃ τὰς ὕπνους παραστῆναι τὸν Ἄμμωνα· διὸ καὶ τὴν πολιορκίαν ἀφεὶς, ὡς τοῦ θεοῦ προστάξαντος, ἐκέλευε τοὺς Ἀφυταίους Ἄμμωνι θύειν, καὶ τὸν θεὸν ἐσπούδασεν εἰς τὴν Λιβύην πορευθεὶς ἐξιλάσασθαι. τοῖς δὲ πλείστοις ἐδόκει πρόσχημα ποιεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλως δὲ τοὺς ἐφόρους δεδοικὼς, καὶ τὸν οἴκοι ζυγὸν οὐ φέρων, οὐδ' ὑπομένων ἄρχεσθαι, πλάνης ὀρέγεσθαι καὶ περιφοιτήσεως τινός· ὥσπερ ἵππος ἐκ νομῆς ἀφέτου καὶ λειμῶνος αὖθις ἥκων ἐπὶ φάτνην, καὶ πρὸς τὸ σύνηθες ἔργον αὖθις ἀγόμενος. ἣν μὲν γὰρ Ἔφορος τῆς ἀποδημίας ταύτης αἰτίαν ἀναγράφει, μετὰ μικρὸν ἀφηγήσομαι.

tiſſe ei Iouem Ammonem. Vnde ſoluta obſidione, velut dei iuſſu praecepit Aphygaeis Ammoni ſacra facere, deumque maturauit in Africam profectus placare. Plerique crediderunt, velamento vſum dei, quum alioqui Ephoros timeret, neque ferre ciuile iugum, neque parere ſuſtineret, oberrare expetiiſſe et vagari alicubi, equi in modum, qui ex liberis paſcuis et pratis ad praeſepe redit, et ad ſolitas reducitur operas. Nam quam Ephorus allegat huius cauſam peregrinationis, mox ediſſeram.

Quum

ſanias in Lacon. *A Mineruae* (inquit) *ocularis* (de qua dixi in Lycurgo) *progreſſus fano ad Ammonis ſacrarium venies. Videntur ſane ab initio Lacedaemonii maxime omnium Graecorum oraculo Ammonis, quod in Libya eſt, vſi: et Lyſandro, Aphytin, Pallenae oppidum, obſidenti, per quietem viſus eſt Ammon dicere, expedire ipſi et Spartae, bellum contra Aphytaeos deſinere:* et quae ſequuntur. Ἄφυτιν τὸν ἐν Παλλήνῃ eſt in Graeco: ſed articulus maſculini generis fecit, vt nomen viri, non oppidi videretur. Ἄφυτιν τὴν etc. legendum eſt. Quod ex Strabonis epitoma apparet: ea enim Pallenen peninſulam eſſe, quatuorque in ea vrbes ſitas, Aphytin, Mendam, Scionam, Sanem, docet. Stephanus autem: Aphyte (inquit) aut Aphytis, vrbs eſt Thraciae, ad Pellenem. Eſt et ibi Apollinis oraculum. Non Apollinis, ſed Ammonis (Ἄμμωνος pro Ἀπόλλωνος) lego: quum perſpicue prioribus addat Pauſanias, Aphytaeos Ammonis colendi ſtudio non cedere Ammoniis Africanis. *Xylander.* Hunc errorem viderunt et Palmerius et Bochartus. Et Ἀφυταίων eſt in Mur. et p. 44. 3. Ἀφυταίους.

21. Μόλις δὲ καὶ χαλεπῶς ἀφεθῆναι διαπραξάμενος ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ἐξέπλευσεν. οἱ δὲ βασιλεῖς, ἀποδημήσαντος αὐτοῦ, συμφρονήσαντες, ὅτι ταῖς ἑταιρίαις τὰς πόλεις κατέχων, διὰ παντὸς ἄρχει καὶ κύριός ἐστι τῆς Ἑλλάδος, ἔπρασσον, ὅπως ἀποδώσουσι τοῖς δημόταις τὰ πράγματα, τοὺς ἐκείνου φίλους ἐκβαλόντες. οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν πρὸς ταῦτα κινήματος γενομένου, καὶ πρῶτον τῶν ἀπὸ Φυλῆς [83] Ἀθηναίων ἐπιθεμένων τοῖς τριάκοντα, καὶ κρατούντων, ἐπανελθὼν διὰ ταχέων ὁ Λύσανδρος, ἔπεισε τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς ὀλιγαρχίαις βοηθεῖν, καὶ τοὺς δήμους κολάζειν. καὶ πρώτοις τοῖς τριάκοντα πέμπουσιν ἑκατὸν τάλαντα πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ στρατηγὸν αὐτῶν, Λύσανδρον. οἱ δὲ βασιλεῖς φθονοῦντες, καὶ δεδιότες, μὴ πάλιν ἕλῃ τὰς Ἀθήνας, ἔγνωσαν ἐξιέναι τὸν ἕτερον αὐτῶν. ἐξῆλθε δὲ ὁ Παυσανίας, λόγῳ μὲν ὑπὲρ τῶν τυράννων ἐπὶ τὸν δῆμον, ἔργῳ δὲ καταλύσων τὸν πόλεμον,

Quum dimiſſionem aegre et non citra laborem impetrauiſſet ab Ephoris, conſcendit. Reges, eo abſente, qui conſiderauerunt, ſodalitiis eum tenentem oppida perpetuo imperio et dominatui Graeciae incubare, ſtruebant, vt, expulſis familiaribus illius, reſpub. redderent popularibus. Verum enimuero, quum nouus hinc eſſet excitatus motus, et primum Athenienſes, ex Phyla mouentes, triginta rectores eſſent adorti, eoſque proelio fudiſſent, regreſſus propere Lyſander fuit autor Lacedaemoniis, vt rebuſpub. quas adminiſtrabant pauci, ſubuenirent, poenaſque exigerent a populis. Primo igitur triginta rectoribus in belli ſubſidium centum talenta mittunt, ac ducem praeficiunt eis Lyſandrum. At reges, malignitate et metu, ne iterum caperet ille Athenas, ſtatuerunt, vt alter ipſorum ſuſciperet expeditionem. Ac profectus eſt Pauſanias, verbo contra populum Athenienſem pro tyrannis, reuera ad dirimendum bellum, ne amico-

rum

83 Φυλῆς] Quid in mentem venerit Xylandro, cur Pylam neſcio quam hic nobis pro Phyla obtruderet, non ſatis poſſum mirari. Certe quem ipſe teſtem adducit Xen. (Hell. II.) Phylam ſaepius inculcat; Pylam caſtellum, quod equidem ſciam, nuſquam illic nominat. *Moſes Duſoul.*

84 ἑτέ-

ὡς μὴ πάλιν ὁ Λύσανδρος διὰ τῶν φίλων κύριος γένοιτο τῶν Ἀθηνῶν. τοῦτο μὲν οὖν διεπράξατο ῥαδίως, καὶ τοὺς Ἀθηναίους διαλλάξας, καὶ καταπαύσας τὴν στάσιν, ἀφείλετο τοῦ Λυσάνδρου τὴν φιλοτιμίαν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἀποστάντων πάλιν τῶν Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν αἰτίαν ἔλαβεν, ὡς ἐγκεχαλινωμένον τῇ ὀλιγαρχίᾳ τὸν δῆμον ἀνεὶς αὖθις ἐξυβρίσαι καὶ θρασύνεσθαι· τῷ δὲ Λυσάνδρῳ προσεθήκατο δόξαν ἀνδρὸς οὐ πρὸς ἑτέρων [84] χάριν, οὐδὲ θεατρικῶς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῇ Σπάρτῃ συμφέρον αὐθεκάστως στρατηγοῦντος.

22. Ἦν δὲ καὶ τῷ λόγῳ θρασὺς, καὶ καταπληκτικὸς πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας. Ἀργείοις μὲν γὰρ ἀμφιλογουμένοις περὶ γῆς ὅρων, καὶ δικαιότερα τῶν Λακεδαιμονίων οἰομένοις λέγειν, δείξας τὴν μάχαιραν· Ὁ ταύτης, ἔφη, κρατῶν, βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται. Μεγαρέως δ' ἀνδρὸς ἔν τινι συλλόγῳ παῤῥησίᾳ χρησαμένου πρὸς αὐτόν· Οἱ λόγοι σου, εἶπεν, ὦ ξένε, πόλεως δέονται. τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ἐπαμφοτερίζοντας ἠρώτα, πότερον

ſum opera redigeret Lyſander denuo in poteſtatem ſuam Athenas. Quod quidem perfecit facile: reductiſque in gratiam Athenienſibus, atque compoſita ſeditione, ambitionem Lyſandri praeſcidit. Rebellantibus vero breui de integro Athenienſibus, inſimulatus Pauſanias eſt, quod frenato paucorum potentia populo ad inſolentiam et licentiam feneſtram aperuiſſet; Lyſandro vero adiunxit exiſtimationem tanquam viri non ad aliorum gratiam, neque ad faſtum, verum ex vſu ciuitatis Spartanae ſeuere imperantis.

Fuit etiam eius ferox et fulminans ad reluctantes oratio. Siquidem ambigentibus de agri finibus Argiuis, et aequiora, quam Lacedaemonios, ratis ſe adferre, monſtrato gladio: Qui hoc (inquit) potitur, hic de finibus agri optime diſſerit. Quum ciuis Megarenſis in concilio libere cum eo ageret: Oratio tua, (inquit) hoſpes, indiget vrbe. Fluctuantes Boeotios, vtri parti adhaererent, interrogauit, directis

84 ἑτέρων] Forſan ἑταίρων, quorum ſodalitia ab eo ſedulo erant opprimendis plebeiis inſtituta. Vid. p. praec. l. 3.

85 τῶν

ὀρθοῖς τοῖς δόρασιν, ἢ κεκλιμένοις, διαπορεύηται τὴν χώραν αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ, τῶν Κορινθίων ἀφεστώτων [85], παρερχομένους πρὸς τὰ τείχη τοὺς Λακεδαιμονίους ἑώρα προσβάλλειν ὀκνοῦντας, καὶ λαγώς τις ὤφθη διαπηδῶν τὴν τάφρον· Οὐκ αἰσχύνεσθε, ἔφη, τοιούτους φοβούμενοι πολεμίους, ὧν οἱ λαγωοὶ δι' ἀργίαν τοῖς τείχεσιν ἐγκαθεύδουσιν; Ἐπεὶ δ' Ἆγις ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἀδελφὸν μὲν Ἀγησίλαον καταλιπὼν, υἱὸν δὲ νομιζόμενον Λεωτυχίδην, ἐραστὴς τοῦ Ἀγησιλάου γεγονὼς ὁ Λύσανδρος, ἔπεισεν αὐτὸν ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς βασιλείας, ὡς Ἡρακλείδην ὄντα γνήσιον. ὁ γὰρ Λεωτυχίδας διαβολὴν εἶχεν ἐξ Ἀλκιβιάδου γεγονέναι, συνόντος αὐτοῦ κρύφα τῇ Ἄγιδος γυναικὶ Τιμαίᾳ, καθ' ὃν χρόνον φεύγων ἐν Σπάρτῃ διέτριβεν. ὁ δ' Ἆγις, ὥς φασι, χρόνου μὲν λογισμῷ τὸ πρᾶγμα συνελὼν, ὡς οὐ κυήσειεν ἐξ αὐτοῦ, παρημέλει τοῦ Λεωτυχίδου, καὶ φανερὸς ἦν ἀναινόμενος αὐτὸν, παρά γε [86] τὸν λοιπὸν χρόνον· ἐπεὶ δὲ νοσῶν εἰς Ἡραίαν ἐκο-

rectis haſtis fines ipſorum peragraret, an inclinatis. Quum Corinthii deſciuiſſent, et accedens ad muros Lyſander Lacedaemonios ſegnes cerneret ad oppugnationem, lepus autem conſpectus eſſet foſſam transſilire: Ecquid pudet vos (inquit) eos formidare hoſtes, quorum ob ignauiam moenibus indormiunt lepores? Porro quum rex Agis fato functus eſſet, fratre ſuperſtite Ageſilao, et Leotychide, qui habebatur filius eius, impulit Lyſander Ageſilaum, cuius fuerat amator, vt iuſtam Herculis progeniem, ad regnum aſſerendum. Flagrabat enim Leotychides infamia, quaſi ſuſceptus ex Alcibiade, qui, quo tempore exſul Spartae agebat, ſtupri clandeſtinam conſuetudinem cum vxore Agidis Timaea habuerat. Agis autem (vti fama eſt) collegit rem ex tempore, non eſſe eam ex ſe praegnantem. Vnde Leotychidem negligebat, ac non obſcure reliquo tempore abdicabat. At vbi aeger eſt Heraeam delatus, iam morti vicinus

85 τῶν Κορινθίων ἀφεστώτων] Guarinus: *incumbentibus:* vitioſam ſecutus, vt ſolet, lectionem, quae et in Apophthegmatis Plutarchi hoc ipſo de dicto eſt, ἐφεστώτων pro ἀφεστώτων. *Xylander*. Vulcob. et Mur. recte ἀφεστώτων habent.

86 παρά τε] Non τε legendum, ſed γε. nihil enim additur. In

μίσθη, καὶ τελευτᾷν ἔμελλε, τὰ μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ νεανίσκου [87], τὰ δὲ ὑπὸ τῶν φίλων ἐκλιπαρηθεὶς, ἐναντίον πολλῶν ἀπέφηνεν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Λεωτυχίδαν, καὶ δεηθεὶς τῶν παρόντων ἐπιμαρτυρῆσαι ταῦτα πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀπέθανεν. οὗτοι μὲν οὖν ἐμαρτύρουν ταῦτα τῷ Λεωτυχίδῃ, τὸν δ' Ἀγησίλαον, λαμπρὸν ὄντα τἄλλα, καὶ συναγωνιςῇ τῷ Λυσάνδρῳ χρώμενον, ἔβλαπτε Διοπείθης, ἀνὴρ εὐδόκιμος ἐπὶ χρησμολογίᾳ, τοιόνδε μάντευμα προσφέρων εἰς τὴν χωλότητα τοῦ Ἀγησιλάου·

Φράζεο δὴ, Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
Μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάψῃ [88] χωλὴ βασιλεία.
Δηρὸν γὰρ μόχθοι [89] σε κατασχήσουσιν ἄελπτοι,
Φθισίβροτόν [90] τ' ἐπὶ κῦμα κυλινδόμενον πολέμοιο.

vicinus hinc ab ipſo adoleſcente, hinc ab amicis obſecrantibus inductus eſt, vt, adhibitis multis, filium agnoſceret Leotychidem, et quum oraſſet adſiſtentes, vt horum eſſent apud Lacedaemonios teſtes, exſpirauit. Et quidem teſtificabantur hi Leotychidi ea: inſuper Ageſilaum, inclytum alias virum et adiutore ſubnixum Lyſandro, celebris vates laedebat Diopithes, qui hoc vaticinium in Ageſilai citauit clauditatem:

Tu quamuis animo tumeas, o Sparta, ſuperbo,
Te validam pedibus prorſus circumſpice claudum
Ne laedat reguum: longi te namque labores
Et ſubiti cingent, Martiſque agitaberis vndis.

Igitur

In permultis locis ita errari, obſeruauit iam pridem H. Steph.

87 αὐτοῦ νεανίσκου] Lege cum Mur. αὐτοῦ τοῦ ν.

88 Μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάψῃ] Σέθεν quidem genitiuus eſt, et ἀρτίποδος *celerem pedibuſque promtum* ſignificat, (Hom. Iliad. ι. Ἡ δ' Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος —) vt videatur ad Spartam hoc debere referri: tametſi βλάπτω cum genitiuo conſtrui non meminerim me legiſſe. Poſſunt tamen eſſe genitiui abſolute poſiti. Ita quidem legitur infra initio Ageſilai et apud Pauſaniam lib. III. Vtrobique enim, nec non in Plut. Oper. Moral. p. 710. idem oraculum refertur. *Xylander.* Vide not. ad p. 369. vbi σ' ἀντ' pro σέθεν legendum patebit. *Moſes Duſoul.*

89 μόχθοι] Pro hac voce eſt in Ageſilao νοῦσοι. *Xylander.*

90 Φθισίβροτον] Pro hac voce recte habet (vt metri ratio requirit) φθερσίβροτον Pauſanias. *Xyl.*

91 αὐ-

Πολλῶν ȣ̓ν ὑποκατακλινομένων πρὸς τὸ λόγιον, καὶ τρεπομένων πρὸς τὸν Λεωτυχίδην, ὁ Λύσανδρος ȣ̓κ ὀρθῶς ἔφη τὸν Διοπείθη τὴν μαντείαν ὑπολαμβάνειν· ȣ̓ γὰρ ἂν προσπταίσας τις ἄρχῃ Λακεδαιμονίων, δυσχεραίνειν τὸν θεὸν, ἀλλὰ χωλὴν εἶναι τὴν βασιλείαν, εἰ νόθοι καὶ κακῶς γεγονότες βασιλεύσωσιν Ἡρακλείδαις. τοιαῦτα λέγων καὶ δυνάμενος πλεῖστον, ἔπεισε· καὶ γίνεται βασιλεὺς Ἀγησίλαος.

23. Εὐθὺς ȣ̓ν αὐτὸν ἐξώρμα [91] καὶ πρȣ̈́τρεπεν ὁ Λύσανδρος εἰς τὴν Ἀσίαν στρατεύειν, ὑποτιθεὶς ἐλπίδας, ὡς καταλύσοντι Πέρσας, καὶ μεγίστῳ γενησομένῳ. πρός τε τȣ̀ς ἐν Ἀσίᾳ φίλȣς ἔγραψεν, αἰτεῖσθαι κελεύων παρὰ Λακεδαιμονίων στρατηγὸν Ἀγησίλαον, ἐπὶ τον πρὸς τȣ̀ς βαρβάρȣς πόλεμον. οἱ δ᾽ ἐπείθοντο, καὶ πρέσβεις ἔπεμπον εἰς Λακεδαίμονα δεομένȣς. ὃ δοκεῖ τῆς βασιλείας ȣ̓κ ἔλαττον Ἀγησιλάῳ καλὸν ὑπάρξαι διὰ Λύσανδρον. ἀλλ᾽ αἱ φιλότιμοι φύσεις ἄλλως μὲν ȣ̓ κακαὶ πρὸς τὰς ἡγεμονίας εἰσὶ, τὸ δὲ φθονεῖν τοῖς ὁμοίοις διὰ δό-

Igitur multis oraculo aſſentientibus atque ad Leotychidem verſis, negauit Diopithem Lyſander ſortes recte accipere. Neque enim, ſi, qui offenſauerit pedem, regnet apud Lacedaemonios, id deum auerſari, ſed eſſe regnum claudum, ſi adulterini et degeneres inter poſteros Herculis agant regnum. His ſuaſionibus et opibus ingentibus ſuis peruicit, vt rex ſalutaretur Ageſilaus.

Extemplo igitur inſtigat eum ſtimulatque Lyſander ad bellum Aſiaticum, ſpem oſtendens fore, Perſas vt debellaret, atque euaderet omnium hominum primus. Scripſit etiam ad ſuos in Aſia amicos, vt ad mouendum barbaris bellum ducem poſcerent Ageſilaum. Cuius illi impulſu legatos miſerunt Lacedaemonem cum hiſce poſtulatis. Quod decus regno non inferius apparet acceptum tuliſſe Ageſilaum Lyſandro. Atqui ambitioſa ingenia caetero non inutilia ad imperia ſunt, ſed inuidentia parium gloriae cauſa non mediocria rebus

91 αὐτὸς ἐξώρμα] Frigidum hoc. Lege αὐτόν. et, ſi lubet, conſule Luciani Soloeciſtam. Mur. annotatt. agnoſcunt etiam αὐτόν. [et perſpicue id exhibent Iuntina atque Aldina.]

4. Ἠνία μὲν οὖν ταῦτα τὸν Μάριον· ἔτι δὲ ἡγούμενος ἐλάττονα τοῦ φθονεῖσθαι [13] τὸν Σύλλαν, ἐχρῆτο πρὸς τὰς στρατείας· τὸ μὲν δεύτερον ὑπατεύων, πρεσβευτῇ· τὸ δὲ τρίτον, χιλιάρχῳ. καὶ πολλὰ δι' ἐκείνου τῶν χρησίμων κατωρθοῦτο. πρεσβεύων τε γὰρ, ἡγεμόνα Τεκτοσάγων Κόπιλλον εἷλε, καὶ χιλιαρχῶν, μέγα καὶ πολυάνθρωπον ἔθνος Μαρσοὺς ἔπεισε φίλους γενέσθαι καὶ συμμάχους Ῥωμαίων. ἐκ δὲ τούτων, τὸν Μάριον αἰσθόμενος ἀχθόμενον αὐτῷ, καὶ μηκέτι προϊέμενον ἡδέως πράξεων ἀφορμὰς, ἀλλ' ἐνιστάμενον τῇ αὐξήσει, Κάτλῳ, τῷ συνάρχοντι τοῦ Μαρίου, προσένειμεν ἑαυτὸν, ἀνδρὶ χρηστῷ μὲν, ἀμβλυτέρῳ δὲ πρὸς ἀγῶνας. ὑφ' οὗ [14] τὰ πρῶτα καὶ μέγιστα πιστευόμενος, εἰς δύναμιν ἅμα δόξῃ προήει. καὶ πολέμῳ μὲν αἱρεῖ πολὺ μέρος τῶν ἐν ταῖς Ἄλπεσι βαρβάρων· ἐπιλιπούσης δὲ τῆς ἀγορᾶς, ἀναδεξάμενος τὴν ἐπιμέλειαν, τοσαύτην ἐποίησε περιουσίαν, ὥστε τῶν Κάτλου

Quanquam autem ſtimularunt eà Marium, minus tamen adhuc, quam ſe, ratus inuidioſum Syllam, legatum eum ad exercitum in ſecundo conſulatu habuit, et in tertio tribunum militum, eiuſque opera multa praeclare confecit: ſiquidem legatus ducem Tectoſagarum Copillum cepit, in tribunatu magnam gentem et populoſam ad amicitiam et ſocietatem a populo Romano petendam Marſos impulit. Inde autem infeſtum ſibi Marium animaduertens, atque inuitum ſibi aliquam occaſionem deferre rei gerendae, ſed obſiſtere incremento ſuo; ad collegam ſe Marii contulit Catulum, bonum illum quidem virum, ſed ad proelia ſegniorem. Hic delegauit ei praecipuas quaſque et maximas res. Ita pariter opes et gloriam ſuam amplificauit. Ac bello complures barbarorum Alpinorum nationes ſubegit. Quum etiam inopia commeatus laboraretur, ea ſuſcepta procuratione tantam praeſtitit affluentiam, vt Catuli

13 ἔλαττον αὐτοῦ φθονεῖσθαι] Emendationem Petauii plauſu maximo admittendam cenſeo, iubentis ἐλάττονα τοῦ φθονεῖσθαι ſcribere. Exſtat ea in Not. ad Themiſt. Or. XXI. p. 526. Vide in Pompeio, quid ſit μεῖζον φθόνου, (446, 14.) et in Arato, πολιτικοῦ φθόνου μείζων, (V. 325. vlt.) *Editor* [is eſt *Bryanus*] et *Moſes Duſoul.*

14 ἀφ' οὗ Vulcob.

15 Φη-

στρατιωτῶν ἐν ἀφθόνοις διαγόντων, καὶ τοῖς Μαρίου προσπαρασχεῖν. ἐφ' ᾧ φησὶν αὐτὸν [15] *ἰσχυρῶς ἀνιάσαι τὸν Μάριον. ἡ μὲν οὖν ἔχθρα βραχεῖαν οὕτω καὶ μειρακιώδη λαβοῦσα τὴν πρώτην ὑπόθεσιν καὶ ἀρχὴν, εἶτα χωροῦσα δι' αἵματος ἐμφυλίου, καὶ στάσεων ἀνηκέστων ἐπὶ τυραννίδα καὶ σύγχυσιν ἁπάντων πραγμάτων, ἀπέδειξε τὸν Εὐριπίδη σοφὸν ἄνδρα* [16] *καὶ πολιτικῶν ἐπιστήμονα νοσημάτων, διακελευσάμενον φυλάττεσθαι τὴν φιλοτιμίαν, ὡς ὀλεθριωτάτην καὶ κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις.*

5. *Ὁ δὲ Σύλλας, οἰόμενος αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῶν πολεμικῶν δόξαν ἐπὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις διαρκεῖν, καὶ δοὺς ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς στρατείας εὐθὺς ἐπὶ τὴν τοῦ δήμου πρᾶξιν, ἐπὶ στρατηγίαν πολιτικὴν ἀπεγράψατο, καὶ διε-*

tuli militibus abundantibus, etiam praeberet Marii copiis: quare dicitur admodum agitasse Marium. Haec igitur simultas ex tam leui scaturiens et friuola occasione atque fonte, inde per sanguinem ciuilem et seditiones atrocissimas in tyrannidem erumpens et totius confusionem imperii, sapientem virum Euripidem fuisse, et morborum ciuilium probauit gnarum, qui ambitionem iubet, vt funestissimum et infestissimum vtentibus ea daemonium deuitare.

At Sylla, gloriam, quam bello quaesiuerat, ratus ad negotia vrbana abunde esse, confestim a militia traduxit se ad populum ambiendum, ac praeturam petiuit: vbi

15 φησὶν αὐτὸν] Doctiss. Editor coniiciebat αὐτὸν legi debere. Ego vero αὐτὸς necessario requiri puto; cum nihil sit aliud, ad quod φησὶν illud referri possit. Sylla enim ipse haud dubie intelligitur id in Commentariis annotasse. Quod ni ita foret, non φησὶν dixisset, sed φασὶν, alio prorsus sensu, quem secutus est Latinus Interpres. *Moses Dusoul.*

16 ἀπέδειξε τὸν Εὐριπίδη σοφὸν ἄνδρα etc.] Alludit ad pulcherrimos eius in Phoenissis versus, quibus a studio contendendi Iocasta et ab ambitione dehortatur filium Eteoclem, et ad aequalitatis studium adducere laborat. Noti sunt versus, et ab optimis passim scriptoribus allegantur. φιλοτιμίαν deam iniustam et perniciosam Euripides ibi vocat: noster δαίμονα, id est genium, malum ac pestiferum. *Xylander.*

17 ἀγο-

ψεύσθη· τὴν δ' αἰτίαν τοῖς λόχοις ἀνατίθησι. Φησὶ γὰρ αὐτοὺς, εἰδότας τὴν πρὸς Βόκχον Φιλίαν, καὶ προσδεχομένους, εἰ πρὸ τῆς στρατηγίας ἀγορανομήσει [17], κυνηγέσια λαμπρὰ, καὶ Λιβυκῶν ἀγῶνας θηρίων, ἑτέρους ἀποδεῖξαι στρατηγοὺς, ὡς αὐτὸν ἀγορανομεῖν ἀναγκάσοντας. ἔοικε δὲ τὴν ἀληθῆ τῆς ἀποτεύξεως αἰτίαν οὐχ ὁμολογῶν ὁ Σύλλας ἐλέγχεσθαι τοῖς πράγμασι. ἐνιαυτῷ γὰρ κατόπιν ἔτυχε τῆς στρατηγίας, τοῦ δήμου τὸ μέν τι θεραπείᾳ, τὸ δὲ καὶ χρήμασι προσαγαγόμενος. διὸ δὴ καὶ στρατηγοῦντος αὐτοῦ, καὶ πρὸς Καίσαρα μετ' ὀργῆς εἰπόντος, ὡς χρήσεται τῇ ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐξουσίᾳ, γελάσας ὁ Καῖσαρ· Ὀρθῶς, ἔφη, τὴν ἀρχὴν ἰδίαν νομίζεις· ἔχεις γὰρ αὐτὴν πριάμενος. μετὰ δὲ τὴν στρατηγίαν εἰς τὴν Καππαδοκίαν ἀποστέλλεται, τὸν μὲν ἐμφανῆ λόγον ἔχων πρὸς τὴν στρατείαν, Ἀριοβαρζάνην καταγαγεῖν· αἰτίαν δ' ἀληθῆ, Μιθριδάτην ἐπισχεῖν πολυπραγμονοῦντα, καὶ περιβαλλόμενον ἀρχὴν καὶ δύναμιν οὐκ ἐλάττονα τῆς ὑπαρχούσης. ἰδίαν μὲν οὖν δύναμιν οὐ πολλὴν ἐπήγετο,

vbi repulſam eſt paſſus, cuius cauſam adſcribit multitudini. Ait enim, illam, quod ſuam ſciret cum Boccho amicitiam, et ſi ante praeturam aedilis curulis factus eſſet, magnificas venationes et Africanarum belluarum exſpectaret ſpectacula, alios deſignaſſe praetores, quo compelleret ipſum ad aedilitatis petitionem. Caeterum haud veram repulſae ab ipſo proditam cauſam apparet rebus ipſis conuinci Syllam. Anno enim poſt, populi fauorem partim blandimentis, partim largitionibus emeritus, praetor factus eſt. Quare, quum in praetura ad Caeſarem diceret ira incenſus, ſua ſe poteſtate in illum vſurum, arridens Caeſar: Recte (inquit) praeturam exiſtimas tuam: nempe eam emiſti. Peracta praetura, legatus in Cappadociam mittitur ſpecioſo expeditionis titulo ad Ariobarzanem in regnum reducendum, reuera vt multa molientem Mithridatem, imperiumque et vires adiungentem haud minores, quam eſſent praeſentes, reprimeret. Copias haud magnas adduxerat ſecum, ſed promta vſus

17 ἀγορανομοίη Vulcob. lectio vulgata ab Aldina profecta eſt. In Iuntina ſic legitur ἀγορανομοίους.

18 τῷ

χρησάμενος δὲ τοῖς συμμάχοις προθύμοις, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν Καππαδοκῶν, πλείονας δ' αὖθις Ἀρμενίων προσβοηθοῦντας ἀποκτείνας, Γόρδιον μὲν ἐξήλασεν, Ἀριοβαρζάνην δ' ἀπέδειξε βασιλέα. διατρίβοντι δ' αὐτῷ παρὰ τὸν Εὐφράτην, ἐντυγχάνει Πάρθος Ὀρόβαζος, Ἀρσάκου βασιλέως πρεσβευτὴς, οὔπω πρότερον ἀλλήλοις ἐπιμεμιγμένων τῶν γενῶν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς μεγάλης δοκεῖ Σύλλα τύχης γενέσθαι, τὸ πρώτῳ [18] Ῥωμαίων ἐκείνῳ Πάρθους συμμαχίας καὶ φιλίας δεομένους διὰ λόγων ἐλθεῖν. ὅτε καὶ λέγεται τρεῖς δίφρους προθέμενος, τὸν μὲν Ἀριοβαρζάνῃ, τὸν δ' Ὀροβάζῳ, τὸν δ' αὑτῷ, μέσος ἀμφοῖν καθεζόμενος χρηματίζειν. ἐφ' ᾧ τὸν μὲν Ὀρόβαζον ὕστερον ὁ τῶν Πάρθων βασιλεὺς ἀπέκτεινε· τὸν δὲ Σύλλαν οἱ μὲν ἐπῄνεσαν, ἐντρυφήσαντα τοῖς βαρβάροις, οἱ δὲ ὡς φορτικὸν ᾐτιάσαντο, καὶ ἀκαίρως φιλότιμον. ἱστορεῖται δέ τις ἀνὴρ τῶν μετ' Ὀροβάζου καταβεβηκότων, Χαλκιδεὺς [19], εἰς τὸ τοῦ Σύλλα πρόσωπον ἀπι-

vſus opera ſociorum, magno numero ipſorum Cappadocum, maiori Armeniorum, qui Gordio ſuppetias venerant, interfecto, eiecit eum, et Ariobarzanem conſtituit regem. Agentem apud Euphratem conuenit Parthus Orobazus, regis Arſacis legatus; quum nihil ante eam diem commercii inter vtramque gentem interceſſiſſet. Sed et id magnae felicitati Syllae videtur tribuendum, quod inter Romanos cum illo primo ad ſocietatem et amicitiam petendam congreſſi Parthi ſint. Ibi dicitur tres ſedes poſuiſſe, vnam Ariobarzani, alteram Orobazo, ſibi tertiam, mediuſque inter duos ſedens audientiam dediſſe legato. Quamobrem necauit poſtmodum rex Parthorum Orobazum. Syllam alii praedicauerunt, quod barbaros faſtuoſe tractauerat, alii vt arrogantem et intempeſtiue ambitioſum culpauerunt. Memoriae proditum eſt, quendam ex comitatu Orobazi, Chalcidenſem, inſpecto Syllae vultu,

18 τῷ πρώτῳ] Vulcob. et Mur. τὸ optime.

19 Χαλκιδεὺς] Exiſtimo, Chalcide Syriae hunc oriundum fuiſſe, tametſi Stephanus Χαλκιδηνὸν inde deriuet. Sed eius regulae non ſunt edicta praetorum. Meminit huius Chalcidis, et regionis Chalcidenes, Plinius, lib. V. cap. XXIII. in deſcriptione Coelae Syriae, et Strabo lib. XVI. *Xylander*.

20 ἐν-

δὼν, καὶ ταῖς κινήσεσι τῆς τε διανοίας καὶ τȣ̃ σώματος ȣ̓ παρέργως ἐπιςήσας, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῆς τέχνης ὑποθέσεις τὴν φύσιν ἐπισκεψάμενος, εἰπεῖν, ὡς ἀναγκαῖον εἴη τȣ̃τον τὸν ἄνδρα μέγιςον γενέσθαι· θαυμάζειν δὲ καὶ νῦν πῶς ἀνέχεται μὴ πρῶτος ὢν ἁπάντων. ἀναχωρήσαντι δ' αὐτῷ δίκην ἔλαχε [20] δώρων Κηνσωρῖνος, ὡς πολλὰ χρήματα συνειληχότι παρὰ τὸν νόμον ἐκ φίλης καὶ συμμάχȣ βασιλείας. ȣ̓ μὴν ἀπήντησεν ἐπὶ τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἀπέςη τῆς κατηγορίας.

6. Ἡ μέντοι πρὸς Μάριον αὐτῷ ςάσις ἀνεῤῥιπίζετο, καινὴν ὑπόθεσιν λαβȣ̃σα τὴν Βόκχȣ φιλοτιμίαν, ὃς τὸν δῆμον ἅμα θεραπεύων ἐν Ῥώμῃ, καὶ τῷ Σύλλα χαριζόμενος, ἀνέθηκεν εἰκόνας ἐν Καπιτωλίȣ [21] τροπαιοφόρȣς, καὶ παρ' αὐταῖς [22] χρυσȣ̃ν Ἰȣγύρθαν ὑφ' ἑαυτȣ̃ Σύλλα παραδιδόμενον. ἐφ' ᾧ τȣ̃ Μαρίȣ βαρυθυμȣμένȣ καὶ καθαιρεῖν ἐπιχειρȣ̃ντος, ἑτέρων δ' ἀμύνειν τῷ Σύλλα, καὶ τῆς πόλεως ὅσον ȣ̓́πω διακεκαυμένης ὑπ' ἀμφοῖν, ὁ συμ-

vultu, animique et corporis haud defunctorie obseruatis motibus, atque ad artis praecepta expensa eius natura praedicasse, fieri non posse, quin summus hic vir futurus esset: mirari etiam se, quemadmodum patiatur et nunc non esse omnium primus. Regressum ad vrbem postulauit Censorinus repetundarum, quod magnam pecuniam contra leges ex amico et socio regno cepisset: haud occurrit tamen ad iudicium, sed accusationem reliquit.

At dissensio eius cum Mario ex noua occasione recruduit, scilicet Bocchi dono. Qui simul ad demerendum populum, et in gratiam Syllae signa victoriae in Capitolio dedicauit, iuxtaque Iugurtham ex auro factum, vt Syllae ab se fuerat traditus. Qua de re exacerbato Mario, et detrahere ea signa parante, aliis vero Syllae auxilium ferentibus, ciuitas pene est ab vtrisque partibus inflammata. Caete-

20 ἐνεκάλησε Vulcob.

21 Καπιτωλίȣ] Vulc. et Mur. rectius Καπιτωλίῳ, vt Stephanus volebat.

22 αὐτοῖς] Mutandum omnino; legendumque αὐτὰς, cum SGerm. vel αὐταῖς cum Vulcob. *Moses Dusoul.*

23 ςρα-

μαχικὸς πόλεμος, πάλαι τυφόμενος, ἐπὶ τὴν πόλιν ἀναλάμψας, τότε τὴν στάσιν ἐπέσχεν. ἐν τούτῳ μεγίστῳ καὶ ποικιλωτάτῳ γενομένῳ, καὶ πλεῖστα κακὰ καὶ βαρυτάτους παρασχόντι κινδύνους Ῥωμαίοις, Μάριος μὲν οὐδὲν ἀποδεῖξαι μέγα δυνηθεὶς, ἤλεγχε τὴν πολεμικὴν ἀρετὴν ἀκμῆς καὶ ῥώμης δεομένην· Σύλλας δὲ πολλὰ δράσας ἄξια λόγου, δόξαν ἔσχεν ἡγεμόνος μεγάλου μὲν παρὰ τοῖς πολίταις, μεγίστου δὲ παρὰ τοῖς φίλοις, εὐτυχεστάτου δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς. ἀλλ' οὐκ ἔπαθε ταυτὸ Τιμοθέῳ τῷ τοῦ Κόνωνος, ὃς εἰς τὴν τύχην αὐτοῦ τὰ κατορθώματα τῶν ἐχθρῶν τιθεμένων, καὶ γραφόντων ἐν πίναξι κοιμώμενον ἐκεῖνον, τὴν δὲ τύχην δικτύῳ τὰς πόλεις περιβάλλουσαν, ἀγροικιζόμενος καὶ χαλεπαίνων πρὸς τοὺς ταῦτα ποιοῦντας, ὡς ἀποστερούμενος ὑπ' αὐτῶν τῆς ἐπὶ ταῖς πράξεσι δόξης, ἔφη ποτὲ πρὸς τὸν δῆμον ἐπανήκων ἐκ στρατείας· Οὐδὲν [23], Ἀθηναῖοι ἄνδρες, τῇ τύχῃ μέτεστι. πρὸς Τιμόθεον μὲν οὖν φασιν, οὕτω φανέντα φιλότιμον, ἀντιμειρακιεύεσθαι τὸ δαιμό-

Caeterum bellum sociale iampridem aduersus vrbem fumans quum flagrasset, compressit seditionem in praesenti. Eo in bello, quod maximum fuit, et maxime variauit, quodque multa vulnera populo Romano, et grauissima intulit discrimina, Marius, qui nihil praeclari designauit, bellicas artes docuit vigore et robore indigere: Sylla vero factis multis eximiis nomen comparauit ducis apud ciues magni, apud socios maximi, et fortunatissimi vel apud hostes. Verum animus ei alius atque Timotheo fuit Cononis filio, qui, quum res ipsius egregie gestas assignarent aemuli fortunae, atque in tabulis dormientem pingerent, fortunam autem reti vrbes implicantem, tulit inurbane, infestusque eius rei autoribus, quasi ab eis spoliaretur rerum gestarum laude, dixit quondam pro concione a bello reuersus: Nullam partem, ciues, vendicare in his fortuna valet. Caeterum cum Timotheo, qui se demonstrauit tantopere ambitiosum, pari licentia ferunt fortunam egisse,

23 στρατείας οὐδὲν] Exciderunt hinc verba aliquot, quae in hunc modum ex Var. Lect. et Mur. inserenda sunt: στρατείας εὖ κεχωρηκέναι δοκούσης. Ἀλλὰ ταύτης γε στρατείας οὐδέν.

24 qui-

νιον, ὥστε μηδὲν ἔτι πρᾶξαι λαμπρὸν, ἀλλ᾽ ὅλως ἀποτυγχάνοντα ταῖς πράξεσι, καὶ προσκρούοντα τῷ δήμῳ, τέλος ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως. Σύλλας δ᾽ οὐ μόνον ἡδέως προσιέμενος τὸν τοιοῦτον εὐδαιμονισμὸν καὶ ζῆλον, ἀλλὰ καὶ συναύξων καὶ συνεπιθειάζων τὰ πραττόμενα, τῆς τύχης ἐξῆπτεν, εἴτε κόμπῳ χρώμενος, εἴθ᾽ οὕτως ἔχων τῇ δόξῃ πρὸς τὸ θεῖον. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφεν, ὅτι τῶν καλῶς αὐτῷ βεβουλεῦσθαι δοκούντων αἱ μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν ἀποτολμώμεναι πράξεις ἔπιπτον εἰς ἄμεινον. ἔτι δὲ καὶ δι᾽ ὧν φησι, πρὸς τύχην εὖ πεφυκέναι μᾶλλον, ἢ πρὸς πόλεμον, τῇ τύχῃ τῆς ἀρετῆς πλέον ἔοικε νέμειν. καὶ ὅλως [ἔοικεν [24]] ἑαυτὸν τοῦ δαίμονος ποιεῖν, ὅς γε καὶ τῆς πρὸς Μέτελλον ὁμονοίας, ἰσότιμον ἄνδρα καὶ κηδεστὴν, εὐτυχίαν τινὰ θείαν αἰτιᾶται [25]· πολλὰ γὰρ αὐτῷ πράγματα παρέξειν ἐπίδοξον ὄντα, πρᾳότατον ἐν τῇ κοινωνίᾳ γενέσθαι τῆς ἀρχῆς [26]. ἔτι δὲ Λευκούλλῳ μὲν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν,

egiſſe, nihil vt deinceps geſſerit inſigne, ſed aduerſa ceciderint omnia: itaque tandem ab infeſto populo exactus in exilium fuerit. Sylla vero non modo lubens eam felicitatis ſuae fauentiſque ſibi fortunae opinionem recipiebat, ſed eam etiam in maius tollebat, ſtudenſque, vt propitii numinis fidem adiungeret, facta ſua fortunae tulit accepta, ſiue per iactantiam id fecit, ſiue eam habuit de diis exiſtimationem. Quandoquidem ſcripſit in commentariis, quae non conſulte, ſed ex tempore aggreſſus temere eſſet, ea rectius cecidiſſe, quam quae deliberaſſe ſibi viſus fuerat mature. Ad haec quum melius dicit ſe ad fortunam comparatum, quam ad bellum, plus eum fortunae tribuere, quam virtuti apparet. Breui in totum videtur ſe mancipaſſe fortunae, qui quidem vel ſuam cum Metello, paris dignitatis viro et ſocero, concordiam ad diuinam aliquam delegat felicitatem. A quo enim magnopere fatigatum iri exſpectauerat ſe, eum collegam leniſſimum expertum. Praeterea Lucullum in commentariis, quos

24 quidam ἔοικεν omittunt. Vulcob.

25 αἰτίαν ποιεῖ Vulcob.

26 πρᾳότατον ἐν τῇ κοινωνίᾳ γενέσθαι τῆς ἀρχῆς] Xylander vertit: *in ſocietate magiſtratus*: et anno-

ὧν ἐκείνῳ τὴν γραφὴν ἀνατέθεικε [27], παραινεῖ μηδὲν οὕτως ἡγεῖσθαι βέβαιον, ὡς ὅ τι ἂν αὐτῷ προστάξῃ νύκτωρ τὸ δαιμόνιον. ἐκπεμπομένου δ᾽ αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως εἰς τὸν συμμαχικὸν πόλεμον, ἱστορεῖ χάσμα τῆς γῆς μέγα γενέσθαι περὶ Λαβέρνην [28]. ἐκ δὲ τούτου πῦρ ἀναβλύσαι πολὺ, καὶ φλόγα λαμπρὰν στηρίξαι [29] πρὸς τὸν οὐρανόν. εἰπεῖν δὴ [καὶ] τοὺς μάντεις, ὡς ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὄψει διάφορος καὶ περιττὸς, ἄρξας ἀπαλλάξει τῇ πόλει ταραχὰς τὰς παρούσας. τοῦτον δὲ αὐτὸν εἶναί φησιν ὁ Σύλλας· τῆς μὲν γὰρ ὄψεως ἴδιον εἶναι τὸ περὶ τὴν κόμην χρυσωπὸν, ἀρετὴν δ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθαι μαρτυρῶν ἑαυτῷ, μετὰ

quos illi dicauit, admonet, nihil perinde firmum vt ducat, ac quod in somnis ei noctu iubeat deus. Quum autem ad bellum sociale cum exercitu mitteretur, tradit apud Lauernam in ingentem sinum terrae labem desedisse, ex quo grandem ignem erupisse et lucidam flammam ad coelum extulisse. Nunciasse vero fatiloquos, virum egregium et forma praecellentem atque insignem praesentibus procellis vrbem, quum summum imperium cepisset, explicaturum. Hunc se ait esse Sylla. Nam faciei suae peculiarem esse auri colore rutilantem comam: virtutem vero non erubescere se si sibi sumat, tantis et

annotat: Nimirum consulatus. Socerum Syllae fuisse Qu. Metellum, paulo post ostenditur: collegam fuisse Syllae in consulatu eius altero, cum aliunde, tum ex Gellio constat, lib. XV. cap. 28. *Xylander.*

27 ita etiam Vulcob. et huc videtur quoque lectio Iuntinae et Aldinae ἀντέθηκε ducere; atque praetuli istam vulgatae ἀνέθηκε.

28 περὶ Λαβέρνην] Lauerna dea fuit Romae culta, furibus praesertim et impostoribus. Id cum alias, tum ex illo Horatiano ad Quinctium patet: *Labra mouet, metuens audiri: pulchra Lauerna, Da mihi fallere, da iustum sanctumque videri: Noctem peccatis et fraudibus obiice nubem.* Hinc et *Lauerniones* (teste Sexto Pompeio Festo) fures dicti, quod in luco eius (quem via Salaria fuisse Acron annotat) praedam diuiderent, siue (vt antiqui loquebantur) luerent. Veri proinde simile est, Lauernalem portam, cuius etiam Varro lib. IV. meminit, hic intelligi. *Xylander.*

29 στηρίσαι] Scribe cum Mur. στηρίξαι: et vsum hunc vocis diligenter obseruato.

πράξεις ὕτω καλὰς καὶ μεγάλας. ταῦτα μὲν ὖν περὶ τῆς θειότητος. τὸν δ' ἄλλον τρόπον ἀνώμαλός τις ἔοικε γεγονέναι καὶ διάφορος πρὸς ἑαυτὸν, ἀφελέσθαι πολλὰ, χαρίσασθαι πλείονα, τιμῆσαι παραλόγως, παραλόγως [30] ἐφυβρίσαι, θεραπεύειν ὧν δέοιτο, θρύπτεσθαι πρὸς τὺς δεομένυς· ὥς' ἀγνοεῖσθαι, πότερον ὑπερόπτης φύσει μᾶλλον, ἢ κόλαξ γέγονε. τὴν μὲν γὰρ ἐν ταῖς τιμωρίαις ἀνωμαλίαν, ἐξ ὧν ἔτυχεν αἰτιῶν, ἀποτυμπανίζοντος αὐτῦ, καὶ πάλιν τὰ μέγιςα τῶν ἀδικημάτων πρᾴως φέροντος, καὶ διαλλαττομένυ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνηκέςοις μετ' εὐκολίας, τὰ δὲ μικρὰ καὶ φαῦλα προσκρύματα σφαγαῖς καὶ δημεύσεσιν ὐσιῶν μετιόντος, ὕτως ἄν τις διαιτήσειεν, ὡς φύσει μὲν ὀργὴν χαλεπὸν ὄντα καὶ τιμωρητικὸν, ὑφιέμενον δὲ τῆς πικρίας λογισμῷ πρὸς τὸ συμφέρον. ἐν αὐτῷ γε τύτῳ τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ, τῶν ςρατιωτῶν αὐτῦ ςρατηγικὸν ἄνδρα πρεσβευτὴν, Ἀλβῖνον ὄνομα [31], ξύλοις καὶ λίθοις διαχρησαμένων, παρῆλθε, καὶ ὐκ ἐπεξ-

et tam praeclaris rebus geſtis. Atque hactenus de eius in deos fiducia. Caeteris moribus diſpar fuit et ſibi inconſtans. Rapere multa, largiri plura, temere honoribus proſequi, pariterque inſultare, colere eos, quos vtiles ſibi ducebat, moroſus eſſe in illos, qui quid ab ipſo peterent; vt neſcias, faſtidioſior natura, an blandior fuerit. Verum de eius in puniendo varietate, quod quauis de cauſa obtruncaret homines, e diuerſo maxima facinora leniter ferret, facile veniam daret atrociſſimis, exiguas et leues offenſiones caedibus et bonorum publicationibus perſequeretur, ita rem poſſis diiudicare; iracundum nempe eum natura fuiſſe et vltore animo, ſed de acerbitate remiſiſſe, vbi ex vſu eſſet. In ipſo hoc bello ſociali quum Albinum, virum praetorium, legatum ſuum, milites ipſius fuſtibus et lapidibus oppreſſiſſent, conniuit, neque

30 ita etiam Anon. ſed in vulgatis; aduerbium tantummodo ſemel legitur.

31 ςρατηγικὸν ἄνδρα πρεσβευτὴν, Ἀλβῖνον ὄνομα] Is fuit A. Poſthumius Albinus. Hiſtoria eſt in epitoma Liuiana LXXV. apud Valerium lib. IX. cap. de temeritate: apud Oroſium lib. V. cap. 18. *Xylander*.

ἦλθεν ἀδίκημα τοσοῦτον· ἀλλὰ καὶ σεμνυνόμενος διεδίδου λόγον, ὡς προθυμοτέροις διὰ τοῦτο χρήσαιτο πρὸς τὸν πόλεμον αὐτοῖς, ἰωμένοις[32] τὸ ἁμάρτημα δι᾽ ἀνδραγαθίας. τῶν δ᾽ ἐγκαλούντων οὐδὲν ἐφρόντιζεν, ἀλλ᾽ ἤδη καταλῦσαι Μάριον διανοούμενος, καὶ τοῦ πρὸς τοὺς συμμάχους πολέμου τέλος ἔχειν δοκοῦντος, ἀποδειχθῆναι στρατηγὸς ἐπὶ Μιθριδάτην, ἐθεράπευε τὴν ὑφ᾽ ἑαυτῷ στρατιάν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ὕπατος μὲν ἀποδείκνυται μετὰ Κοΐντου Πομπηΐου, πεντήκοντα ἔτη γεγονώς[33]. γαμεῖ δὲ γάμον ἐνδοξότατον, Καικιλίαν τὴν Μετέλλου θυγατέρα τοῦ ἀρχιερέως· ἐφ᾽ ᾧ πολλὰ μὲν εἰς αὐτὸν ᾖδον οἱ δημοτικοὶ, πολλοὶ δὲ τῶν πρώτων ἐνεμέσων, οὐκ ἄξιον ἡγούμενοι τῆς γυναικὸς, ὃν ἄξιον ὑπατείας ἔκριναν, ὥς φησιν ὁ Τίτος[34]. οὐ μόνην δὲ ταύτην ἔγημεν, ἀλλὰ πρώτην

neque vindicauit flagitium tantum: immo vero sermonibus glorians distulit, promtiores ideo eos in bello habiturum se virtute peccatum eluentes. Nec eum incusantes mouerunt, sed quum cepisset iam opprimendi Marii consilium, et bello sociali ad exitum perduci iam viso, vt dux contra Mithridatem constitueretur, deliniebat milites suos. Ac reuersus ad vrbem, consul cum Q. Pompeio declaratur, annos iam quinquaginta natus, et nobilissimum coniugium contrahit, Caecilia ducta, Metelli pontificis maximi filia. Ob quod cecinit multa in eum probrose vulgus, multique ex primoribus inuiderunt ei, indignum illa foemina existimantes, (vt Titus Liuius ait) quem consulatu iudicauerant dignum. Non tamen vnam duxit hanc vxorem. Primam habuit

32 ἰώμενος] Vulcob. Anon. SGerm. et Mur. rectius ἰωμένοις. [adde Iuntinam. Aldina prima vitium ad insecutas editiones tradidit.]

33 ὕπατος μὲν — πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς] Consulem non quinquagesimo, sed vndequinquagesimo anno factum, apud Velleium legitur. *Xylander.*

34 ὥς φησιν ὁ Τίτος] Xylander vertit: *vt refert Liuius:* et annotat: Liuium intelligo: tametsi liber is non exstat, neque eius rei in epitoma mentio est. Incidit enim in librum LXXVII. Caeterum Graecis, ac praesertim nostro, familiare est, praenomina pro nominibus ponere, vt et in Quinctio Flaminino creberrime, et alias.

35 Ἰλί-

μὲν, ἔτι μειράκιον ὢν, Ἰλίαν ἔσχε [35], τὴν καὶ θυγάτριον [36] αὐτῷ τεκοῦσαν· εἶτα μετ' ἐκείνην, Αἰλίαν· τρίτην δὲ, Κοιλίαν, ἣν ἀπεπέμψατο μὲν ὡς στεῖραν, ἐντίμως δὲ καὶ μετ' εὐφημίας, καὶ δῶρα προσθείς· ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ἀγαγόμενος τὴν Μετέλλαν, ἔδοξε διὰ τοῦτο τὴν Κοιλίαν οὐ καλῶς αἰτιάσασθαι. τὴν μέντοι Μετέλλαν ἐν πᾶσι θεραπεύων διετέλεσε, ὥστε καὶ τὸν Ῥωμαίων δῆμον, ὅτε τοὺς περὶ Μάριον φυγάδας ἐπεθύμει καταγαγεῖν, ἀρνουμένου τοῦ Σύλλα, δεόμενον ἐπιβοήσασθαι τὴν Μετέλλαν. ἐδόκει δὲ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις, ἑλὼν τὸ ἄστυ, προσενεχθῆναι τραχύτερον, ὅτι τὴν Μετέλλαν ἀπὸ τοῦ τείχους γεφυρίζοντες ἐλοιδόρησαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

7. Τότε δὲ τὴν ὑπατείαν πρὸς τὰ μέλλοντα μικρὸν ἡγούμενος, ἐπτόητο τὴν γνώμην πρὸς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον. ἀντανίστατο δ' αὐτῷ Μάριος, ὑπὸ δοξομανίας καὶ φιλοτιμίας, ἀγηράτων παθῶν, ἀνὴρ τῷ τε σώματι

habuit admodum adolescens Iliam, quae filiolam ei edidit, ab ea Aeliam, Coeliam tertiam: quam vt infoecundam missam fecit, sed citra notam et probrum, additis et muneribus. Verum, quod paucis diebus post Metellam duxit, apparuit eum immerito illam caussam in Coeliam praetendisse. At Metellam coluit omnibus in rebus constantissime. Vnde populus Romanus quum reuocare exsules Marianos desideraret, renuente Sylla recurrit ad Metellam, eamque appellauit. In Athenienses quoque, quod Metellam ex muro perstringentes fuissent insectati conuiciis, capta vrbe consuluit durius: sed haec postea.

Id temporis consulatum ad futura flocci pendens, gestienti animo affectabat bellum Mithridaticum, Huic se Marius prae insana gloriae cupiditate et ambitione, semper vigentibus morbis, opponebat; vir, qui tunc corpore erat inhabili,

35 Ἰλίαν ἔσχε] Non intelligo, quae fuerit Ilia ista, et omnino mendam esse puto: neque tamen inuenio remedium. *Xylander.* pro Ἰλίαν Anon. exhibet Ἰουλίαν.

36 ita et Vulc. et Iunt. sed vulgatis καὶ deest.

βαρὺς, καὶ ταῖς ἔναγχος ἀπειρηκὼς στρατείαις διὰ γῆρας, ἐκδήμων καὶ διαποντίων πολέμων ἐφιέμενος. καὶ τοῦ Σύλλα πρὸς τὰς ἐπιλιπεῖς [37] πράξεις ὁρμήσαντος εἰς τὸ στρατόπεδον, αὐτὸς οἰκουρῶν ἐτεκταίνετο τὴν ὀλεθριωτάτην ἐκείνην, καὶ ὅσα σύμπαντες οἱ πολέμιοι τὴν Ῥώμην οὐκ ἔβλαψαν, ἀπεργασαμένην στάσιν, ὡς καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς [38] προεσήμηνε. πῦρ μὲν γὰρ αὐτόματον ἐκ τῶν τὰ σημεῖα δοράτων ὑποφερόντων ἀνέλαμψε, καὶ κατεσβέσθη μόλις. κόρακες δὲ τρεῖς τοὺς νεοσσοὺς προσαγαγόντες [39] κατέφαγον, τὰ δὲ λείψανα πάλιν εἰς τὴν νεοσσιὰν [40] ἀνήνεγκαν. καὶ μυῶν δ᾽ ἐν ἱερῷ χρυσὸν ἀνακείμενον διαφαγόντων, μίαν οἱ ζάκοροι πάγῃ θήλειαν λαμβάνουσιν· ἡ δ᾽ ἐν αὐτῇ τῇ πάγῃ τεκοῦσα πέντε, κατέφαγε τὰ τρία. τὸ δὲ πάντων μέγιστον, ἐξ ἀνεφέλου καὶ διαίθρου τοῦ περιέχοντος ἤχησε φωνὴ σάλπιγγος, ὀξὺν ἀποτείνουσα καὶ θρηνώδη φθόγγον, ὥστε πάντας ἔκφρονας γενέσθαι, καὶ καταπλῆξαι τὸ μέγεθος. Τυῤῥηνῶν δ᾽ οἱ

habili, et proximis ſuperioribus expeditionibus ob ſenium impar fuerat, externa et tranſmarina bella auens. Hic, dum ad conficienda quaedam, quae reſtabant ei, profectus in caſtra Sylla eſſet, domi reſes funeſtiſſimam illam, quae maiorem perniciem populo Romano inuexit, quam vniuerſa bella, ſeditionem fabrificauit, vt oſtendit iis deus prodigiis. Flamma enim ſponte eluxit ex haſtis, quibus ſigna vehuntur, quae aegre reſtincta eſt. Corui tres pullos in conſpectum hominum apportatos deuorauerunt, et reliquias retulerunt in nidum. Mures aurum in templo ſacratum arroſerunt: foeminam vnam ex his ceperunt aeditui muſcipula: ea in ipſa muſcipula quinque editis, tres deuorauit. Et (quod omnium fuit maximum) ex claro et ſereno coelo vox increpuit tubae acuta et lugubris, vt obſtupeſcerent et cohorreſcerent eius magnitudine omnes. Hetruſci vates mundi

37 ἐπιλιπεῖς] Rectius fortaſſe ſcriberetur ἐπιλοιπεῖς, quod dictum ſit pro ἐπιλοίπους. *H. Steph.*

38 pro αὐτοῖς Anon. dat. εὐθύς.

39 poſt προσαγαγόντες inſerunt εἰς τὴν ὁδὸν Vulc. et Anon.

40 νοσσιὰν Vulc.

41 φρε-

λόγιοι [41] μεταβολὴν ἑτέρου γένους ἀπεφαίνοντο, καὶ μετακόσμησιν [42] ἀποσημαίνειν τὸ τέρας. εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρώπων ὀκτὼ [43] τὰ σύμπαντα γένη διαφέροντα τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι δι' ἀλλήλων, ἑκάστῳ δ' ἀφωρίσθαι χρόνων ἀριθμὸν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου περιόδῳ. καὶ ὅταν αὕτη σχῇ τέλος, ἑτέρας ἐνισταμένης, κινεῖσθαί τι σημεῖον ἐκ γῆς, ἢ οὐρανοῦ, θαυμάσιον· ὡς δῆλον εἶναι τοῖς πεφροντικόσι τὰ τοιαῦτα καὶ μεμαθηκόσιν εὐθὺς, ὅτι καὶ τρόποις ἄλλοις καὶ βίοις ἄνθρωποι χρώμενοι γεγόνασί, καὶ θεοῖς ἧττον, ἢ μᾶλλον τῶν προτέρων μέλοντες. τά τε γὰρ ἄλλα φασὶν ἐν τῇ τῶν γενῶν ἀμείψει λαμβάνειν μεγάλας καινοτομίας, καὶ τὴν μαντικὴν ποτὲ μὲν αὔξεσθαι τῇ τιμῇ, καὶ κατατυγχάνειν ταῖς προαγορεύσεσι [44], καθαρὰ καὶ φανερὰ σημεῖα τοῦ δαιμονίου προσπέμποντος, αὖθις δ' ἐν ἑτέρῳ γένει ταπεινὰ πράττειν, αὐτοσχέδιον οὖσαν τὰ πολλὰ, καὶ δι' ἀμυ-

mundi conuerſionem praedicauerunt portendi hoc oſtento et mutationem in aliam aetatem. Eſſe enim earum octo genera vita et moribus inter ſe diſſidentia. Vnicuique praefinitum a deo certum temporum numerum, qui magni anni ambitu limitetur. Quum vnius terminus adſit, inſtante alia, moueri ex terra vel coelo miraculum, vt illis, quibus haec curae ſunt, et qui haec percepere, perſpicuum illico ſit natos eſſe homines, qui alia vita, aliis ſtudiis vtuntur, et quorum gerant dii maiorem, vel minorem curam, quam eorum, qui praeceſſerunt. Quippe cum alia referunt magnas ex illorum generum capere vicibus nouationes, tum vaticinandi ſcientiam modo inclareſcere et certa praeſagire, liquidis a deo et dilucidis inſignibus praemiſſis, modo alia in aetate abiectam eſſe, quod fere extemporali modo peracta ſit, exilibuſ-

41 φρονιμώτατοι Vulcob.

42 μετακόμησιν Iuntina dat, ſed ſola.

43 αὐτῷ ὀκτὼ] Quid hoc αὐτῷ deſignet, ego certe neſcio. Forſan αὐτοῖς legendum eſt, vt ad Vates referatur. Niſi forſan ἐν τῷ αἰῶνι ſcriptum fuerit. In SGerm. non exſtare αὐτῷ, teſtis eſt Dacerius. *Moſ. Duſ.*

44 προσαγορεύσεσι] Sequendus omnino hic Vulc. qui προαγορεύσεσι habet.

 45 τῶν

δρῶν καὶ σκοτεινῶν ὀργάνων τȣ̃ μέλλοντος ἁπτομένην. ταῦτα μὲν ȣ̃ν οἱ λογιώτατοι Τυῤῥηνῶν, καὶ πλέον τι τῶν ἄλλων εἰδέναι δοκȣ̃ντες, ἐμυθολόγȣν. τῆς δὲ συγκλήτȣ τοῖς μάντεσι περὶ τȣ́των σχολαζȣ́σης καὶ καθημένης ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἐνυȣ̃ς, ςρȣθὸς εἰσέπτη πάντων ὁρώντων, τέττιγα φέρων τῷ ςόματι, καὶ τὸ μὲν ἐκβαλὼν μέρος αὐτȣ̃ κατέλιπε, τὸ δ᾽ ἔχων ἀπῆλθεν. ὑφεωρῶντο δὴ ςάσιν οἱ τερατοσκόποι, καὶ διαφορὰν τῶν κτηματικῶν [45] πρὸς τὸν ἀςικὸν ὄχλον καὶ ἀγοραῖον· φωνάεντα γὰρ τȣ̃τον εἶναι, καθάπερ τέττιγα [46]· τȣ̀ς δὲ χωρίτας, ἀγοραίȣς.

8. Μάριος δὴ [47] παραλαμβάνει Σȣλπίκιον, ἄν-

libusque et inuolutis vestigiis futurum attingat. Haec Hetruriae peritissimi vates, et qui praestare arte videbantur caeteris, fabulabantur. De his dum consulit senatus fatiloquos, atque in aede Bellonae habetur, passer in omnium conspectu cicadam ore ferens intulit se in aedem, cuius partem abiecit, ibique reliquit, cum parte auolauit. Vnde harioli seditionem timebant et secessionem ab vrbana et forensi turba agrestium. Quippe illam more cicadae vocalem esse et agrestes ruri agere.

Igitur Marius adsciuit sibi Sulpitium, hominem, qui nihil

45 τῶν κτηματικῶν] Xylander vertit: *agrorum possessores:* et annotat: Locus hic non satis est apertus: opponit autem κληματικȣ̀ς, hoc est, agrorum possessores, vrbanae et forensi multitudini: et tamen mox χωρῖται et ἀγοραῖοι pro iisdem ponuntur, quum ante videbantur ἀγοραῖοι oppositi τοῖς κληματικοῖς. Sane eos, qui multum agri possiderent, etiam in Agide et Tib. Graccho κτηματικȣ̀ς noster palam appellat: quos eosdem hic suspicari aliquis possit χωρίτας dici, παρὰ τὴν χώραν: quibus opponantur forenses et vrbani homines, qui sunt ἀγοραῖοι. Sane et Guarinus κληματικȣ̀ς agrestes vertit. Ego (nihil enim diffitebor) qui passer vrbanis, cicada agrestibus, aut contra, congruat, non intelligo. Itaque hic iudicium meum suspendo: et aliis, qui locum enucleabunt, non illibenter agam gratias.

46 τέττιγα ....] Sic ex MSS. Codd. refingendus hic locus est: καθάπερ ςρȣθὸν, τȣ̀ς δὲ χωρίτας ἀρȣραίȣς, καθάπερ τέττιγας. [Sic repertum est in Anon.] Ἀρȣραίȣς etiam agnoscit SGerm. In Mur. praue scriptum est ἀκȣραίȣς. Si Var. Lect. consuluisset Dacerius, doctas

θρωπον ὐδενὸς δεύτερον ἐν ταῖς ἄκραις κακίαις· ὥςε μὴ ζητεῖν, τίνος ἐςὶν ἑτέρυ μοχθηρότερος, ἀλλὰ πρὸς τί μοχθηρότατος ἑαυτῦ. καὶ γὰρ ὠμότης καὶ τόλμα καὶ πλεονεξία περὶ αὐτὸν ἦν ἀπερίσκεπτος αἰσχρῦ καὶ παντὸς κακῦ· ὅς γε τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἐξελευθερικοῖς καὶ μετοίκοις πωλῶν ἀναφανδὸν, ἠρίθμει τιμὴν διὰ τραπέζης ἐν ἀγορᾷ κειμένης. ἔτρεφε δὲ [48] καὶ τρισχιλίυς μαχαιροφόρυς, καὶ πλῆθος ἱππικῶν νεανίσκων πρὸς ἅπαν ἑτοίμων περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὓς ἀντισύγκλητον ὠνόμαζε. νόμον δὲ κυρώσας, μηδένα συγκλητικὸν ὑπὲρ δισχιλίας δραχμὰς ὀφείλειν, αὐτὸς ἀπέλιπε μετὰ τὴν τελευτὴν ὀφλήματος μυριάδας τριακοσίας· ὗτος [49] εἰς τὸν δῆμον ἀφεθεὶς ὑπὸ τῦ Μαρίυ, καὶ συνταράξας [50] πάντα τὰ πράγματα, βίᾳ καὶ σιδήρῳ νόμυς ἔγραφεν, ἄλλυς τε

nihil reliqui fecerat ad ſummam improbitatem; vt non quaeras, quo eſſet alio ſceleratior, ſed vbi vinceret ſemetipſe improbitate. Etenim crudelitas et audacia et auaritia coierant in eo, nec, quam turpitudinem, vel quod in ſe admitteret flagitium, quicquam penſi habebat. Nempe ciuitatem Romanam libertinis et inquilinis propalam venundabat, precium, poſita in foro menſa, numerabat: tria millia ſatellitum alebat, manu ex equeſtri pube ad omnia parata erat ſtipatus, quam vocabat Contraſenatum. Hic quum rogationem tuliſſet, ne quis ſenator ſupra duo millia denarium aeris alieni contraheret, debuit ipſe moriens myriadas ter centum. Qui a Mario in populum emiſſus, quum rempublicam totam vi ferroque miſcuiſſet, et alias leges perniciofas tulit,

doctas ſuas de cicadis obſeruationes hic non depromſiſſet. Modeſtior Xylander, ſibi non liquere profeſſus eſt. ἀρυραίυς, γεωργὺς dat Vulcob.

47 δὴ] Immo δημαρχῦντα, vt eſt in Var. Lect. SGerm. et Mur.

48 δὲ abeſt a Iunt.

49 ὗτως] Non dubito ſcriptum fuiſſe hic a Plutarcho ὗτος. Mores enim et ingenium viri, non rationem immittendi a Mario initam, deſcripſit. *Moſes Duſoul.*

50 συντάξας] Tueri conatur hanc ſcripturam Dacerius, et ad Grammaticorum ὀξύμωρον confugit. Ego, cum Interprete Latino, συνταράξας legendum exiſtimo; vt 444, 4. Vol. II. vbi vide Notam.

 51 συν-

μοχθηρὸς, καὶ τὸν διδόντα Μαρίῳ τοῦ Μιθριδατικοῦ πολέμου τὴν ἡγεμονίαν. ἀπραξίας δὲ διὰ ταῦτα τῶν ὑπάτων ψηφισαμένων, ἐπαγαγὼν αὐτοῖς ἐκκλησιάζουσι περὶ τὸν νεὼν τῶν Διοσκούρων ὄχλον, ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸ Πομπηΐου τοῦ ὑπάτου μειράκιον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀνεῖλεν· αὐτὸς δὲ Πομπήϊος λαθὼν ἐξέφυγε. Σύλλας δ' εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Μαρίου συνδιωχθεὶς [51], ἠναγκάσθη προελθὼν τὰς ἀπραξίας λῦσαι· καὶ διὰ τοῦτο τὸν Πομπήϊον ἐπάρχοντα ποιήσας [52] ὁ Σουλπίκιος, οὐκ ἀφείλετο τοῦ Σύλλα τὴν ὑπατείαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ Μιθριδάτην στρατείαν [53] μόνον εἰς Μάριον μετήνεγκε· καὶ πέμπει χιλιάρχους εὐθὺς εἰς Νῶλαν, παραληψομένους τὸ στράτευμα, καὶ πρὸς τὸν Μάριον ἄξοντας.

9. Φθάσαντος δὲ τοῦ Σύλλα διαφυγεῖν εἰς τὸ στρα-

tulit, et illam de imperio Marii in bello contra Mithridatem. Ob quae iustitio a consulibus edicto, dum concionem ad Castoris habent, immisit in eos multitudinem, atque inter multos alios filium Pompeii consulis adolescentem in foro interfecit: Pompeius ipse clam effugit. Sylla vero, qui confugerat in domum Marii, instantibus aduersariis, coactus est prodire et iustitium soluere. Qua de causa quum Pompeio abrogasset honorem, Syllae reliquit consulatum, tantum munus gerendi belli Mithridatici ad Marium transtulit. E vestigio igitur tribunos misit Nolam, qui exercitum ad Marium ducerent.

Caeterum quod praeuertisset Sylla ad exercitum decurrere,

51 συνδιαχθεὶς Vulcob.

52 ἐπάρχοντα ποιήσας] Pro ποιήσας, non Anon. tantum, sed et Mur. παύσας habent: quae vera scriptura est, si nullum in ἐπάρχοντα mendum latet. Xyl. ἀπάρχοντα legere se et vertere profitetur. [Ita nimirum Xylander vertit: *quum Pompeio consulatum abrogasset:* et annotat: ἐπάρχοντα ποιήσας quid sit, non plane assequor. Praetorem factum a Sulpicio Pompeium, Guarinus ait, nescio, quid, aut quem secutus. Fortassis ἀπάρχοντα scripsit Plutarchus, id est, deiectum magistratu: sed id quo exemplo tuear non habeo. Sententiam quidem eandem apud Amiotum reperio.]

53 τὴν ἐπὶ Μιθριδάτου στρατιὰν Vulcob.

54 παρ

τόπεδον, καὶ τῶν ϛρατιωτῶν, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, καταλευσάντων τὰς χιλιάρχας, οἱ περὶ τὸν Μάριον αὖθις ἐν τῇ πόλει τὰς Σύλλα φίλας ἀνήρεν, καὶ χρήματα διήρπαζον αὐτῶν. ἦσαν δὲ μεταϛάσεις καὶ φυγαὶ, τῶν μὲν εἰς τὴν πόλιν ἀπὸ ϛρατοπέδε, τῶν δ' ἐκεῖσε διαφοιτώντων ἐκ τῆς πόλεως. ἡ δὲ σύγκλητος ἦν μὲν ἐχ αὑτῆς, ἀλλὰ τοῖς Μαρίε καὶ Σελπικίε διῳκεῖτο προϛάγμασι· πυθομένη δὲ τὸν Σύλλαν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλαύνειν, ἔπεμψε δύο τῶν ϛρατηγῶν, Βρᾶτον καὶ Σερβίλιον, ἀπαγορεύσοντας αὐτῷ βαδίζειν. τέτες θρασύτερον Σύλλα διαλεχθέντας ὥρμησαν μὲν ἀνελεῖν οἱ ϛρατιῶται, τὰς δὲ ῥάβδες κατέκλασαν, καὶ τὰς περιπορφύρες ἀφείλοντο, καὶ πολλὰ περιυβρισμένες ἀπέπεμψαν, αὐτόθεν τε δεινὴν κατήφειαν, ὁρωμένες τῶν ϛρατηγικῶν παρασήμων ἐρήμες, καὶ τὴν ϛάσιν ἐκέτι καθεκτὴν, ἀλλ' ἀνήκεϛον ἀπαγγέλλοντας. οἱ μὲν ἂν περὶ τὸν Μάριον ἐν παρασκευαῖς ἦσαν· ὁ δὲ Σύλλας ἄγων ἓξ τάγματα τέλεια μετὰ τᾶ συνάρχοντος ἀπὸ Νώλης ἐκίνει, τὸν μὲν ϛρατὸν ὁρῶν πρόθυμον ὄντα χωρεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐνδοιάζων δὲ τῇ γνώμῃ παρ' ἑαυτᾶ [54], καὶ δεδοικὼς τὸν κίνδυνον. ὁ δὲ μάντις

rere, et milites, vbi haec acceperunt, tribunos lapidibus cooperuiſſent; trucidauit Marius viciſſim in vrbe amicos Syllae, atque bona eorum diripuit. Iamque tranſibant et profugiebant, hi in vrbem ex caſtris, illi ex vrbe ſe ſubducebant illuc. Senatus non erat ſui iuris, ſed iuſſis Marii et Sulpitii parebat. Ac Syllam audiens ſigna mouere ad vrbem, duos praetores miſit, Brutum et Seruilium, qui ei vetarent procedere. Hos, ad Syllam loquutos ferocius, parauerunt milites obtruncare. Faſces eorum certe concerpſerunt, praetextas detraxerunt, multiſque violatos contumeliis remiſerunt. Hi iam vel ipſo conſpectu inſignibus exſpoliati praetoriis ex foeda moeſtitiae ſpecie non poſſe vltra ſeditionem renunciabant comprimi vel ſedari. Erat igitur Marius in apparatu: Sylla cum collega legiones ſex integras ducens mouit a Nola. Exercitum quidem promtum videbat ad petendam vrbem, ſed fluctuabat animo ſecum et timebat periculum. Hic aruſpex Poſthu-

54 παρ' ἑαυτᾶ] Reponendum cenſeo παρ' ἑαυτῷ. *H. Steph.* Ita quoque fuit in Vulcob.

55 κα-

Ποςὄμιος, θύσαντος αὐτὃ καταμαθὼν τὰ σημεῖα, καὶ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας τῷ Σύλλᾳ προτείνας, ἠξίὃ δεθῆναι καὶ φυλάττεσθαι μέχρι τῆς μάχης, ὡς, εἰ μὴ πάντα ταχὺ καὶ καλῶς [55] συντελεσθείη, τὴν ἐσχάτην δίκην ὑποσχεῖν βὃλόμενος. λέγεται δὲ καὶ κατὰ τὃς ὕπνὃς αὐτῷ Σύλλᾳ φανῆναι θεὸν, ἣν τιμῶσι Ῥωμαῖοι, παρὰ Καππαδοκῶν μαθόντες, εἴτε δὴ Σελήνην ὖσαν, εἴτ᾽ Ἀθηνᾶν, εἴτ᾽ Ἐνυώ. ταύτην ὁ Σύλλας ἔδοξεν ἐπιςᾶσαν ἐγχειρίσαι κεραυνὸν αὐτῷ, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἕκαςον ὀνομάζὃσαν τῶν ἐκείνὃ, βάλλειν κελεῦσαι· τὃς δὲ πίπτειν βαλλομένὃς, καὶ ἀφανίζεσθαι. θαρσήσας δὲ τῇ ὄψει, καὶ φράσας τῷ συνάρχοντι μεθ᾽ ἡμέραν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἡγεῖτο. καὶ περὶ Πικίνας [56] αὐτῷ πρεσβείας ἐντυχὃσης, καὶ δεομένης μὴ βαδίζειν εὐθὺς ἐξ ἐφόδὃ, πάντα γὰρ ἔσεσθαι τὰ δίκαια τῆς βὃλῆς ψηφισαμένης, ὡμολόγησε μὲν αὐτὃ καταςρατοπεδεύσειν, καὶ διαμετρεῖν ἐκέλευε χώρας,

Posthumius ad sacrificantem Syllam inspectis extis ambas manus protendit, vincirique se et in custodia haberi vsque ad proelium postulat, et ni breui omnia ei cecidissent ex sententia, non deprecatur vltimum supplicium. Dicitur etiam ipsi Syllae in somniis se obtulisse dea, quam ex disciplina Cappadocum Romani colunt, siue ea Luna, siue Minerua, siue Bellona sit. Haec Syllae visa est assistere, et fulmen ei tradere, iussisseque, singulis nominatis inimicis eius, ferire, illi icti concidere atque e medio dilabi. Hoc ostento erectus, narrat id postridie collegae, ac Romam pergit. Apud Picinas quum occurrissent ei legati, orauerunt, ne infesta signa raptim ad vrbem ferret; senatum enim ei satisfacturum: pollicitus est, se ibi locaturum castra, imperauitque, vt solent

55 καλῶς αὐτῷ συντελ. Vulc.

56 Πικίνας] Quae sint istae Picinae, non scio: agrum quidem Picenum intelligi non arbitror. *Xylander.* Locum hunc Nolam inter et Romam fuisse oportet. Quia autem nulla eius apud Auctores mentio est, corruptam esse vocem pronunciat Lubinus, et Πίκτας reponit, ibi XXV. ab vrbe lapide sitas; quarum Strabo meminisse ab eo traditur L. V. et Anton. Itiner. *Daeer.*

ὥσπερ εἰώθει, τῷ ϛρατοπέδῳ τὰς ἡγεμόνας· ὥϛε τὰς πρέσβεις ἀπελθεῖν πιϛεύσαντας. ἐκείνων δ' ἀπελθόντων, εὐθὺς ἐκπέμψας Λεύκιον Βάσιλλον καὶ Γάϊον Μόμμιον, καταλαμβάνει τὴν πύλην δι' αὐτῶν, καὶ τὰ τείχη τὰ περὶ τὸν λόφον τὸν Αἰσκυλῖνον· εἶτ' αὐτὸς ἁπάσῃ σπȣδῇ συνῆπτε. τῶν δὲ περὶ τὸν Βάσιλλον εἰς τὴν πόλιν ἐμπεσόντων καὶ κρατȣ́ντων, ὁ πολὺς καὶ ἄνοπλος δῆμος ἀπὸ τῶν τεγῶν [57] κεράμῳ καὶ λίθῳ βάλλοντες ἐπέσχον αὐτὰς τȣ̃ πρόσω χωρεῖν, καὶ συνέϛειλαν εἰς τὸ τεῖχος. ἐν τȣ́τῳ δὲ ὁ Σύλλας παρῆν ἤδη, καὶ συνιδὼν τὸ γινόμενον, ἐβόα τὰς οἰκίας ὑφάπτειν, καὶ λαβὼν δᾷδα καιομένην, ἐχώρει πρῶτος αὐτὸς, καὶ τὰς τοξότας ἐκέλευε χρῆσθαι τοῖς πυροβόλοις ἄνω τῶν ϛεγασμάτων ἐφιεμένȣς· κατ' ȣ̓δένα λογισμὸν, ἀλλ' ἐμπαθὴς ὢν, καὶ τῷ θυμῷ παραδεδωκὼς τὴν τῶν πρασσομένων ἡγεμονίαν, ὅς γε [58] τὰς ἐχθρȣ̀ς μόνον ἑώρα, φίλȣς δὲ καὶ συγγενεῖς καὶ οἰκείȣς εἰς ȣ̓δένα λόγον θέμενος, ȣ̓δ' οἶκτον, κατῄει διὰ πυρὸς, ᾧ

ſolent militibus duces, ea metari. Ita legati, fide ei habita, laeti abiere. Poſt quorum diſceſſum, conſeſtim Baſillum et C. Mommium praemittit ad occupandum per eos portam et murum ad collem Aeſquilinum: inde citato ſequitur curſu. Quum Baſillus in vrbem irrupiſſet, portamque occupaſſet, plebs pleraque inermis tegulis et lapidibus ex muro inceſſentes, ne progredi valeret, repreſſerunt eum ac repulerunt ad murum. Interea ſuperuenit Sylla, qui cernens id, quod agebatur, clamauit, vt aedificia ſuccenderent, ſumtaque ardenti face ipſe flammam primus ſubiecit. Inſuper ſagittariis praecepit, ſuperioribus tectis tela ignita iniicerent: idque fecit nullo conſilio, ſed commotus auferendum ſe permiſit irae, quo duce res omnes gerebat. Nempe aduerſarios tantum videbat: amicorum, propinquorum, et neceſſariorum nullam ducebat rationem, neque miſeratione eorum captus, ingrediebatur

57 τειχῶν] Verior ſcriptura eſt, quam exhibent Anon. et Mur. ϛεγῶν.

58 ὥς γε] Mutandum videtur in ὅς γε. *H. Steph.* [Sic dudum ediderat Iuntinae curator, vnde reuocaui. Aldinae vitium debetur.]

59 μὲν

τῶν αἰτίων, καὶ μὴ, διάγνωσις ἐκ ἦν. τέτων δὲ γινομένων, ὁ Μάριος ἐξωσθεὶς πρὸς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, ἐκάλει διὰ κηρύγματος ἐπ' ἐλευθερίαν τὸ οἰκετικόν· ἐπελθόντων δὲ τῶν πολεμίων κρατηθεὶς, ἐξέπεσε τῆς πόλεως.

10. Σύλλας δὲ τὴν βελὴν συναγαγὼν, καταψηφίζεται θάνατον αὐτῷ τε Μαρίῳ καὶ ὀλίγων ἄλλων, ἐν οἷς Σελπίκιος ἦν ὁ δήμαρχος. ἀλλὰ Σελπίκιος μὲν ἀπεσφάγη, προδοθεὶς ὑπὸ θεράποντος, ὃν ὁ Σύλλας ἠλευθέρωσεν, εἶτα κατεκρήμνισε. Μαρίῳ δ' ἐπεκήρυξεν ἀργύριον, ἐκ εὐγνωμόνως, ἐδὲ πολιτικῶς, ᾧ γε μικρὸν ἔμπροσθεν ὑποχείριον εἰς τὴν οἰκίαν δὲς ἑαυτὸν, ἀσφαλῶς ἀφείθη. καίτοι Μαρίῳ τότε, μὴ διέντι Σύλλαν, ἀλλ' ἀποθανεῖν ὑπὸ Σελπικίε προεμένῳ, πάντων κρατεῖν ὑπῆρχεν, ἀλλ' ὅμως ἐφείσατο· καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας τὴν αὐτὴν λαβὴν παρασχὼν, ἐκ ἔτυχε τῶν ὁμοίων. ἐφ' οἷς ὁ Σύλλας τὴν μὲν σύγκλητον ἀδήλως ἠνίασεν· ἡ δὲ παρὰ τῷ δήμῳ δυσμένεια καὶ νέμεσις αὐτῷ φανερὰ δι' ἔργων ἀπήντα. Νώνιον μέν γε [59] τὸν ἀδελφιδῶν δι' αὐτῷ

diebatur per ignem, qui ſontes et inſontes iuxta ducebat. Interea propulſus ad aedem Telluris Marius, ſeruitia vocauit per edictum ad libertatem. Caeterum irruentibus hoſtibus, oppreſſus exceſſit vrbe.

Sylla, coacto ſenatu, Mario cum paucis aliis, in quibus Sulpitius tribunus plebis fuit, aqua et igni interdicit. At Sulpitius, proditus quum eſſet a ſeruo ſuo, obtruncatus eſt: ſeruum Sylla manumiſit, inde de ſaxo praecipitauit. In Marii caput pecuniam pronunciauit: parum grate tamen, vel ciuiliter, vtpote cuius nuper poteſtati domi eius ſe ipſe permiſerat, fueratque illaeſus dimiſſus. Quem Marius ſi tum miſſum non feciſſet, ſed interimendum Sulpitio condonaſſet, potuiſſet rerum potiri: ſed tunc tamen pepercit ei, qui, mox quum in idem incidiſſet diſcriminis, beneficentiam non eſt expertus eandem. Qua in re offendit ſenatum Sylla occulte, populi vero indignationem et inuidiam re ipſa liquido ſenſit: ſiquidem Nonio, Syllae ſororis filio, commendatione eius ſubnixo et Seruio

59 μέν γε] Scribe potius μὲν γάρ. Confirmat enim exemplo id, quod aſſeruerat.

60 ἐκ

καὶ Σερβίλιον ἀρχὰς μετιόντας ἀποψηφισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες, ἑτέρους κατέστησαν ἄρχοντας, οὓς μάλιστα τιμῶντες ᾤοντο λυπεῖν ἐκεῖνον. ὁ δὲ τούτοις τε προσεποιεῖτο χαίρειν, ὡς τοῦ δήμου τῷ ποιεῖν, ἃ βούλοιτο, δι' αὐτὸν ἀπολαύοντος τῆς ἐλευθερίας· καὶ θεραπεύων τὸ τῶν πολλῶν μῖσος, ὕπατον κατέστησεν ἀπὸ τῆς ἐναντίας στάσεως Λεύκιον Κίνναν, ἀραῖς καὶ ὅρκοις καταλαβὼν εὐνοήσειν τοῖς ἑαυτοῦ πράγμασιν. ὁ δ' ἀναβὰς εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἔχων ἐν τῇ χειρὶ λίθον, ὤμνυεν, εἶτα ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ, μὴ φυλάττοντι τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως, ὥσπερ ὁ λίθος διὰ τῆς χειρὸς, κατέβαλε χαμᾶζε τὸν λίθον, οὐκ ὀλίγων παρόντων. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, εὐθὺς ἐπεχείρει τὰ καθεστῶτα κινεῖν· καὶ δίκην ἐπὶ τὸν Σύλλαν παρεσκεύασε, καὶ κατηγορεῖν ἐπέστησεν Οὐεργίνιον, ἕνα τῶν δημάρχων, ὃν ἐκεῖνος ἅμα τῷ δικαστηρίῳ χαίρειν ἐάσας, ἐπὶ Μιθριδάτην ἀπῆρε.

11. Λέγεται δὲ, ὑπὸ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς ὁ Σύλλας ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἐκίνει τὸν στόλον, ἄλλα τε πολλὰ Μιθριδάτῃ, διατρίβοντι περὶ τὸ Πέργαμον, ἐπι-

Seruio candidatis ignominiose repulsis, alios designauerunt Consules, quorum angi illum arbitrabantur honore. Quae sibi esse praetulit iucunda, quod populus pro arbitrio agens, beneficio suo libertate frueretur. Ac quo odium plebis leniret, consulem creauit ex aduersis partibus L. Cinnam, deuotionibus et iureiurando adactum pro se facturum. Ille nempe scandit Capitolium, lapidemque manu tenens iurauit. Inde exsecratus in caput suum, ni amicitiam cum Sylla conseruasset, ita vrbe vt exigeretur, sicut e manu sua excidebat lapis, multis praesentibus, lapidem proiecit in terram. At inito magistratu, actutum moliri coepit res nouas, ac iudicium Syllae est machinatus, accusatoremque apposuit vnum ex tribunis plebis, Verginium. Quo ille vna cum subselliis relicto, contra Mithridatem est profectus.

Memorant, quo tempore classem Sylla ab Italia soluit, in aliis, quae agenti Pergami Mithridati oblata fuerunt, mira-

σκῆψαι [60] δαιμόνια, καὶ νίκην στεφανηφόρον καθιεμένην ὑπὸ τῶν Περγαμηνῶν ἐπ᾽ αὐτὸν ἔκ τινων ὀργάνων ἄνωθεν, ὅσον οὔπω τῆς κεφαλῆς ψαύουσαν συντριβῆναι, καὶ τὸν στέφανον ἐκπεσόντα [61] κατὰ τοῦ θεάτρου φέρεσθαι χαμάζε διαθρυπτόμενον [62]. ὥστε φρίκην μὲν τῷ δήμῳ, ἀθυμίαν δὲ πολλὴν Μιθριδάτῃ παρασχεῖν, καίπερ αὐτῷ τότε τῶν πραγμάτων ἐλπίδος πέρα προχωρούντων. αὐτὸς μὲν γὰρ Ἀσίαν τε Ῥωμαίων, καὶ Βιθυνίαν καὶ Καππαδοκίαν τῶν βασιλέων ἀφῃρημένος, ἐν Περγάμῳ καθῆστο, πλούτους καὶ δυναστείας καὶ τυραννίδας διανέμων τοῖς φίλοις. τῶν δὲ παίδων ὁ μὲν ἐν Πόντῳ καὶ Βοσπόρῳ τὴν παλαιὰν ἄχρι τῶν ὑπὲρ τὴν Μαιῶτιν ἀοικήτων [63] ἀρχὴν κατεῖχεν, οὐδενὸς παρενοχλοῦντος· Ἀριαράθης δὲ Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν ἐπῄει στρατῷ μεγάλῳ προσαγόμενος. ἄλλους δὲ οἱ στρατηγοὶ τόπους ἐχειροῦντο, δυνάμεις ἔχοντες· ὧν ὁ μέγιστος Ἀρχέλαος, ταῖς μὲν ναυσὶν ὁμοῦ τι συμπάσης ἐπικρατῶν τῆς θαλάττης, τάς τε Κυκλάδας νήσους ἐδουλοῦτο

miraculis, Victoriam coronatam, quae a Pergamenis ſuperne demittebatur machinis, quum pene attingeret caput eius, labefactatam et delapſam, coronam in theatro ad ſolum diffractam, atque inde horrore populum, Mithridatem ingenti fuiſſe conſternatione perculſum. licet omnia ei id temporis etiam ſupra exſpectationem procederent. Quandoquidem Aſiam Romanis, Bithyniam et Cappadociam regibus extorſerat, ſedebatque Pergami, opes, dynaſtias et dominatus amicis diſpertiens. Filii eius diuerſi, vnus in Ponto et Boſporo, vetus regnum vſque ad ſolitudines ſuper Maeotin lacum, aduerſante nullo, obtinebat: Ariarathes ingentibus copiis Thraciam et Macedoniam inſiſtebat ſubigere: alias oras domabant cum exercitibus duces eius; quorum Archelaus princeps claſſe ferme totum obtinens pelagus, inſulas Cycladas in ditionem redige-

60 σημειῶσαι Vulcob.

61 ita et Vulc. ſed vulgatae dant πεσόντα ſimplex.

62 διακλώμενον Vulcob.

63 τῶν .... ἀοίκητον] ἀοικήτων, cum Anon. et Mur. legendum eſt. τὰ ἀοίκητα hic dixit, vt in Lucullo (186. antep.) ἀοικήτους ἐρημίας.

64 Βρέτ-

καὶ τῶν ἄλλων, ὅσαι Μαλέας ἐντὸς ἵδρυνται, καὶ τὴν Εὔβοιαν αὐτὴν εἶχεν· ἐκ δ' Ἀθηνῶν ὁρμώμενος, τὰ μέχρι Θετταλίας ἔθνη τῆς Ἑλλάδος ἀφίστη, μικρὰ προσκρούσας περὶ Χαιρώνειαν. ἐνταῦθα γὰρ αὐτῷ Βρέττιος [64] Σοῦρρας ἀπήντησε, πρεσβευτὴς μὲν ὢν Σεντίου, τοῦ στρατηγοῦ τῆς Μακεδονίας, ἀνὴρ δὲ τόλμῃ καὶ φρονήσει διαφέρων. οὗτος Ἀρχελάῳ δίκην ῥεύματος φερομένῳ διὰ τῆς Βοιωτίας ἐπὶ πλεῖστον ἀντιστὰς, καὶ τρισὶ μάχαις διαγωνισάμενος περὶ Χαιρώνειαν ἐξέωσε, καὶ συνέστειλε πάλιν ἐπὶ τὴν θάλατταν. Λευκίου δὲ Λευκούλλου κελεύσαντος αὐτὸν ὑποχωρεῖν ἐπιόντι Σύλλᾳ, καὶ τὸν ἐψηφισμένον ἐκείνῳ ἐᾶν πόλεμον, εὐθὺς ἐκλιπὼν τὴν Βοιωτίαν, ὀπίσω πρὸς Σέντιον ἀπήλαυνε, καίπερ αὐτῷ τῶν πραγμάτων ἐλπίδος πέρα προχωρούντων, καὶ τῆς Ἑλλάδος οἰκείως ἐχούσης πρὸς μεταβολὴν, διὰ τὴν ἐκείνου καλοκἀγαθίαν. ἀλλὰ γὰρ Βρεττίῳ μὲν ταῦτα λαμπρότατα τῶν πεπραγμένων.

12. Σύλλας δὲ τὰς μὲν ἄλλας πόλεις εὐθὺς εἶχεν ἐπιπρεσβευομένας καὶ καλούσας, ταῖς δ' Ἀθήναις διὰ τὸν

redigebat, aliasque, quotquot intra Maleam positae sunt, ipsamque tenebat Euboeam. Athenis etiam sedem belli habebat: inde Graecas gentes Thessalia tenus ab Romanis ad se traxerat. Nonnihil quidem impegit ad Chaeroneam. Illic occurrit ei Brutius Sura, praetoris Macedoniae Sentii legatus, virtute et consilio vir singulari. Hic instar torrentis per Boeotiam ruenti Archelao fortissime obiecit se, ac proeliis tribus ad Chaeroneam cum hoc colluctatus, repulit eum, atque ad mare denuo redegit. Qui, quum imperasset ei Lucullus, vt Syllae (cui ea prouincia decreta erat) cederet, quamuis rebus ei supra votum fluentibus, et Graecia ob probitatem eius ad mutationem prona, confestim excessit Boeotia, et retro concessit ad Sentium. Caeterum hae splendidissimae res gestae Brutii fuere.

At Sylla caetera oppida, per legatos suos inuitatus ab illis, extemplo recepit: Athenas vero, manere in partibus regiis per tyran-

64 Βρέττιος] Appian. 323. Vide et l. 15. Βρύτιος habet; et sic Interpp.

τύραννον Ἀριστίωνα βασιλεύεσθαι ἠναγκασμέναις ἄθρους ἐπέστη· καὶ τὸν Πειραιᾶ περιλαβὼν ἐπολιόρκει, μηχανήν τε πᾶσαν ἐφιστὰς, καὶ μάχας παντοδαπὰς ποιούμενος. καίτοι χρόνον οὐ πολὺν ἀνασχομένῳ παρῆν ἀκινδύνως ἑλεῖν τὴν ἄνω πόλιν, ὑπὸ λιμοῦ συνηγμένην ἤδη τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸν ἔσχατον καιρόν. ἀλλ' ἐπειγόμενος εἰς Ῥώμην, καὶ δεδιὼς τὸν ἐκεῖ νεωτερισμὸν, πολλοῖς μὲν κινδύνοις, πολλαῖς δὲ μάχαις, μεγάλαις δὲ δαπάναις κατέσπευδε τὸν πόλεμον. ᾧ γε, δίχα τῆς ἄλλης παρασκευῆς, ἡ περὶ τὰ μηχανήματα πραγματεία ζεύγεσι μυρίοις ὀρικοῖς ἐχορηγεῖτο καθ' ἡμέραν ἐνεργοῖς οὖσι πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν. ἐπιλειπούσης δὲ τῆς ὕλης, διὰ τὸ κόπτεσθαι [65] πολλὰ τῶν ἔργων περικλώμενα τοῖς αὐτῶν βρίθεσι, καὶ πυρπολεῖσθαι βαλλόμενα συνεχῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι· καὶ τήν τ' Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην προαστείων οὖσαν, καὶ τὸ Λύκειον. ἐπεὶ δὲ καὶ χρημάτων ἔδει πολλῶν πρὸς τὸν

tyrannum coactas Aristionem, magna vi adortus, Piraeum vndique circumsedit, machinas admouit omnis generis, variisque modis oppugnauit id. Atqui si paulisper sustineret, impune potuisset superiorem vrbem per famem, iam annonae inopia ad extrema redactam, capere. Sed quia festinabat ad vrbem, motusque vrbanos timebat, multis periculis, multis certaminibus, grandibus impensis conficere maturauit bellum. Cui quidem, praeter reliquum apparatum, machinamentorum molitio decem millibus iugorum mularium, quae occupata quotidie erant eo in munere, curabatur. Deficiente autem materia, (nam complures machinas et suo labefactatas pondere conuelli contigit, et ab hostibus immisso assidue igni conflagrare) lucis sacris iniecit manum, atque nemorosissimam inter suburbia Academiam Lyceumque denudauit. Iam quia ingentem pecuniam bellum postulabat,

65 διακόπτεσθαι] Vulc. Anon. et Mur. διὰ τὸ κόπτεσθαι. Recte, nisi, seruata vulgari scriptura, malis τῷ praemittere. Certe διακόπτειν elegantius hic adhiberi mihi videtur, quam simplex κόπτειν. *Moses Dusoul.*

66 ὅτι

πόλεμον, ἐκίνει τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄσυλα, τοῦτο μὲν ἐξ Ἐπιδαύρου, τοῦτο δ' ἐξ Ὀλυμπίας, τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν ἀναθημάτων μεταπεμπόμενος. ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσιν εἰς Δελφοὺς, ὅτι τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ βέλτιον εἴη [66] κομισθῆναι πρὸς αὐτόν· ἢ γὰρ φυλάξειν ἀσφαλέστερον, ἢ καὶ ἀποχρησάμενος, ἀποδώσειν οὐκ ἐλάττω. καὶ τῶν φίλων ἀπέστειλε Κάφιν τὸν Φωκέα, κελεύσας σταθμῷ παραλαβεῖν ἕκαστον. ὁ δὲ Κάφις ἧκε μὲν εἰς Δελφοὺς, ὤκνει δὲ τῶν ἱερῶν θίγειν, καὶ πολλὰ τῶν Ἀμφικτυόνων λιπαρούντων, ἀπεδάκρυσε τὴν ἀνάγκην. ἐνίων δὲ φασκόντων ἀκοῦσαι φθεγγομένης τῆς ἐν τοῖς ἀνακτόροις κιθάρας, εἴτε πιστεύσας, εἴτε τὸν Σύλλαν βουλόμενος ἐμβαλεῖν εἰς δεισιδαιμονίαν, ἀπέστειλε πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ σκώπτων ἀντέγραφε, θαυμάζειν τὸν Κάφιν, εἰ μὴ συνίησιν, ὅτι χαίροντος, οὐ χαλεπαίνοντος εἴη τὸ ᾄδειν· ὥστε θαῤῥοῦντα λαμβάνειν ἐκέλευσεν, ὡς ἡδομένου τοῦ θεοῦ καὶ διδόντος. τὰ μὲν οὖν ἄλλα διέλαθε τούς γε [67] πολλοὺς Ἕλληνας ἐκπεμπόμενα· τὸν δ' ἀργυροῦν πίθον,

orauit, vt opem ferret vrbi. Aestuanti, ac neque patriam sustinenti afflictam deferere, neque, quemadmodum decederet, imperfecto tanto opere relicto, bello Mithridatico, expendenti, negotiator Deliacus se offert Archelaus, spem aliquam et mandata occulta ab regio duce Archelao afferens. Ea res adeo fuit cordi Syllae, vt ipse ad colloquium Archelai properaret. Congressi in mari sunt circa Delium, vbi templum Apollinis est. Exorsus orationem Archelaus, postulauit ab Sylla, vt, expeditione relicta Asiana et Pontica, ad bellum ciuile proficisceretur: regem ei argenti, nauium, militum, quantum vellet, praebiturum. Excipiens Sylla, hortatus est eum, Mithridatem vt relinqueret, ipse loco illius regnaret, appellaturum se eum socium et amicum populi Romani, si classem regis sibi tradidisset. Proditionem Archelao detestante: Et tu, (inquit) Archelae, qui Cappadox es, et regis seruus

3 Δηλιακὸς ἐμπ.] Δηλιακὸς ab Insula Delo potissimum denuari, Stephanus ait. Videant lectores attenti, an a Delio potius, Boeotiae oppido, originem trahat. *Xylander.*

4 μι-

βασιλέως δȣ̃λος, εἰ δὲ βȣ́λει, Φίλος, ȣ̓χ ὑπομένεις ἐπὶ τηλικȣ́τοις ἀγαθοῖς τὸ αἰσχρόν; ἐμοὶ δὲ ἡγεμόνι Ῥωμαίων ὄντι καὶ Σύλλᾳ, τολμᾷς διαλέγεσθαι περὶ προδοσίας; ὥσπερ ȣ̓κ ἐκεῖνος ὢν Ἀρχέλαος, ὃ Φυγὼν μὲν ἐκ Χαιρωνείας ὀλιγοστὸς ἀπὸ μυριάδων δυοκαίδεκα, κρυφεὶς δὲ δύο ἡμέρας ἐν τοῖς Ὀρχομενίων ἕλεσιν, ἄβατον δὲ τὴν Βοιωτίαν ὑπὸ νεκρῶν πλήθȣς ἀπολελοιπώς; Ἐκ τȣ́τȣ μεταβαλὼν [4] ὁ Ἀρχέλαος καὶ προσκυνήσας, ἐδεῖτο παύσασθαι τȣ̃ πολέμȣ, καὶ διαλλαγῆναι πρὸς τὸν Μιθριδάτην. δεξαμένȣ δὲ τȣ̃ Σύλλα τὴν πρόκλησιν, ἐγένοντο συνθῆκαι, Μιθριδάτην μὲν Ἀσίαν ἀφεῖναι καὶ Παφλαγονίαν, ἐκστῆναι δὲ Βιθυνίας Νικομήδῃ [5], Καππαδοκίας δ' Ἀριοβαρζάνῃ, καταβαλεῖν δὲ Ῥωμαίοις δισχίλια τάλαντα, καὶ δȣ̃ναι ναῦς ἑβδομήκοντα χαλκήρεις μετὰ τῆς οἰκείας παρασκευῆς· Σύλλαν δ' ἐκείνῳ τήν τ' ἄλλην ἀρχὴν βεβαιȣ̃ν, καὶ σύμμαχον Ῥωμαίων ψηφίζεσθαι.

23. Τȣ́των ὁμολογηθέντων, ἀναστρέψας ἐβάδιζε διὰ Θετταλίας καὶ Μακεδονίας ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον,

ſeruus barbari, aut ſi mauis, amicus, recuſas praemiis propoſitis tantis ſubire turpitudinem; apud me vero, Romanum imperatorem, et Syllam, mentionem audes facere de proditione? Quaſi non ille ſis Archelaus, qui Chaeroneae exigua cum manu de centum et viginti millibus militum fugiſti, inde dies duos in Orchomeniorum delituiſti paludibus, atque inuiam Boeotiam ob cadauerum ſtragem reliquiſti? Tum immutatus Archelaus orauit eum ſupplex, bellum vt componeret pacemque praeſtaret Mithridati. Eius poſtulatis annuente Sylla, foedus his conditionibus initum eſt: Mithridates Aſia et Paphlagonia abſtineret, Bithynia cederet Nicomedi, Ariobarzani Cappadocia, duo millia talentorum Romanis penderet, et naues roſtratas cum proprio apparatu ſeptuaginta daret; Sylla imperium eius reliquum comprobaret, ſociumque et amicum populi Romani appellaret.

His pactis digreſſus, tendit per Theſſaliam et Macedoniam ad Helleſ-

4 μεταλαβὼν Vulcob.

5 Νικομηδείας Vulcob. [e Iuntina.]

ἔχων μεθ' αὐτοῦ τὸν Ἀρχέλαον ἐν τιμῇ· καὶ νοσήσαντος ἐπισφαλῶς περὶ Λάρισσαν, ἐπιστήσας τὴν πορείαν, ὡς ἑνὸς τῶν ὑπ' αὐτὸν ἡγεμόνων καὶ στρατήγων ἐπεμελήθη. ταῦτά τε δὴ διέβαλε τὸ περὶ Χαιρώνειαν ἔργον, οὐχὶ [6] καθαρῶς ἀγωνισθὲν, καὶ ὅτι τοὺς ἄλλους Μιθριδάτῃ φίλους, οὓς εἶχεν αἰχμαλώτους, ἀποδιδοὺς ὁ Σύλλας, Ἀριστίωνα μόνον τὸν τύραννον ἀνεῖλε διὰ φαρμάκων, Ἀρχελάῳ διάφορον ὄντα· μάλιστα δ' ἡ δοθεῖσα γῆ τῷ Καππαδόκῃ μυρίων πλέθρων ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ τὸ Ῥωμαίων φίλον αὐτὸν καὶ σύμμαχον ὑπὸ Σύλλα ἀναγραφῆναι. περὶ μὲν οὖν τούτων αὐτὸς ὁ Σύλλας ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἀπολογεῖται. τότε δὲ πρεσβευτῶν παρὰ τοῦ Μιθριδάτου παραγενομένων, καὶ τὰ μὲν ἄλλα φασκόντων δέχεσθαι, Παφλαγονίαν δ' ἀξιούντων μὴ ἀφαιρεθῆναι, τὰς δὲ ναῦς οὐδ' ὅλως ὁμολογηθῆναι, χαλεπήνας ὁ Σύλλας· Τί φατέ; εἶπε· Μιθριδάτης Παφλαγονίας ἀντιποιεῖται, καὶ περὶ τῶν νεῶν ἔξαρνός ἐστιν, ὃν ἐγὼ προσκυνήσειν ἐνόμιζον, εἰ τὴν δεξιὰν αὐτῷ καταλείποιμι χεῖρα, δι' ἧς τοσούτους

Hellefpontum. Habebat honorifice fecum Archelaum: cuius, quum graui morbo effet Lariffae oppreffus, egit refiftens in itinere, ficut vnius ex legatis vel collegis fuis, curam. Haec obtrectationi caufam dederunt, haud bona fide pugnatum ad Chaeroneam fuiffe, et quod Mithridati caeteros amicos, quos in vinculis habebat, reftituerit Sylla, vnum tyrannum Ariftionem, quod alienus foret ab Archelao, veneno necauerit. Praecipue vero ager Cappadoci in Euboea decem millium iugerum datus, et quod a Sylla focius et amicus populi Romani fuerit appellatus. Caeterum haec in commentariis diluit Sylla. At quum Mithridatis legati adiffent eum ibi, comprobarentque caetera, verum amittere nollent Paphlagoniam, et naues nullo modo contenderent promiffas, indignatus Sylla: Quid dicitis? infit, Paphlagoniam afferit Mithridates, et de nauibus it inficias? Quem ego, fi ei relinquerem manum dexteram, qua tot millia interfecit ciuium Romanorum, ad genua mea arbitrabar

6 οὐχὶ] Videtur deeffe vocula ὡς ante illud οὐχί.

7 αὐ-

Ῥωμαίων ἀνεῖλεν; ἑτέρας μέντοι τάχα φωνὰς ἀφήσει διαβάντος εἰς Ἀσίαν ἐμοῦ· νῦν δ' ἐν Περγάμῳ καθήμενος, ὃν οὐχ ἑώρακε διαστρατηγείτω πόλεμον. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις φοβηθέντες ἡσύχαζον· ὁ δ' Ἀρχέλαος ἐδεῖτο τοῦ Σύλλα, καὶ κατεπράϋνε τὴν ὀργὴν, ἁπτόμενος τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, καὶ δακρύων. τέλος δ' ἔπεισεν ἀποσταλῆναι αὐτὸν[7] πρὸς τὸν Μιθριδάτην· διαπράξεσθαι γὰρ ἐφ' οἷς βούλεται τὴν εἰρήνην· εἰ δὲ μὴ πείθοι, κτενεῖν αὐτὸς ἑαυτόν. ἐπὶ τούτοις ἐκπέμψας ἐκεῖνον, αὐτὸς εἰς τὴν Μηδικὴν ἐνέβαλε, καὶ τὰ πολλὰ διαπορθήσας, πάλιν ἀνέστρεψεν εἰς Μακεδονίαν, καὶ τὸν Ἀρχέλαον ἐδέξατο περὶ Φιλίππους, ἀγγέλλοντα καλῶς ἔχειν πάντα· δεῖσθαι δὲ πάντως αὐτῷ τὸν Μιθριδάτην εἰς λόγους ἐλθεῖν. αἴτιος δ' ἦν μάλιστα Φιμβρίας, ὃς τὸν ἀπὸ τῆς ἑτέρας στάσεως ἄρχοντα Φλάκκον ἀνελὼν, καὶ τῶν Μιθριδατικῶν στρατηγῶν κρατήσας, ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον ἐβάδιζε. ταῦτα γὰρ δείσας ὁ Μιθριδάτης, μᾶλλον εἵλετο τῷ Σύλλᾳ φίλος γενέσθαι.

24. Συνῆλθον οὖν τῆς Τρῳάδος ἐν Δαρδάνῳ, Μι-

bar procubiturum. Sed mox, vbi tranſmiſero in Aſiam, alias voces mittet: nunc Pergami deſidens, quod non adſpexit diſpenſet bellum. Tum perculſi obmutuerunt legati. At Archelaus deprecatus eſt Syllam, amplexuſque dexteram eius et lacrymans iram mulſit. Impetrauit denique, vt ad Mithridatem dimitteretur. Nam aut praeſcriptis ab ipſo legibus confecturum pacem, aut ni aſſentiretur ille, ſibimet ipſum manum allaturum. Ita Archelao dimiſſo, incurrit Sylla in Medicam, foedatoque late agro, retro in Macedoniam eſt regreſſus. Rediit ad eum Archelaus apud Philippos, omnia nuncians ex ſententia eſſe, cupere autem ante omnia Mithridatem ipſum conuenire. In cauſa potiſſimum erat Fimbria, qui, alterius partis conſule interfecto Flacco, ac ducibus Mithridaticis fuſis, illi ipſi iam imminebat. Hoc Mithridates metu praetulit Syllae amicitiam.

Congreſſi ſunt igitur Dardani Troadis. Habebat ibi Mithri-

7 αὐτὸς Vulg. [item hoc eſt e Iuntina.]

8 ἠπέ-

θριδάτης μὲν ἔχων ναῦς αὐτόθι διακοσίας ἐνήρεις, καὶ τῆς πεζῆς δυνάμεως, ὁπλίτας μὲν δισμυρίȣς, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίȣς, καὶ συχνὰ τῶν δρεπανηφόρων· Σύλλας δὲ, τέσσαρας σπείρας καὶ διακοσίȣς ἱππεῖς. ἀπαντήσαντος δὲ τȣ̃ Μιθριδάτȣ, καὶ τὴν δεξιὰν προτείναντος, ἠρώτησεν αὐτὸν, εἰ καταλύσεται τὸν πόλεμον ἐφ᾽ οἷς ὡμολόγησεν Ἀρχέλαος· σιωπῶντος δὲ τȣ̃ βασιλέως, ὁ Σύλλας· Ἀλλὰ μὴν, ἔφη, τῶν δεομένων ἐςὶ τὸ προτέρȣς λέγειν, τοῖς δὲ νικῶσιν ἐξαρκεῖ τὸ σιωπᾶν. ἐπεὶ δ᾽ ἀρξάμενος τῆς ἀπολογίας ὁ Μιθριδάτης, ἐπειρᾶτο τȣ̃ πολέμȣ τὰ μὲν εἰς δαίμονας τρέπειν, τὰ δ᾽ αὐτȣ̀ς αἰτιᾶσθαι τȣ̀ς Ῥωμαίȣς· ὑπολαβὼν ὁ Σύλλας ἔφη, πάλαι μὲν ἑτέρων ἀκȣ́ειν, νῦν δ᾽ αὐτὸς ἐγνωκέναι τὸν Μιθριδάτην δεινότατον ὄντα ῥητορεύειν, ὃς ἐπὶ πράξεσιν ȣ̓́τω πονηραῖς καὶ παρανόμοις, λόγων ἐχόντων εὐπρέπειαν ȣ̓κ ἠπόρηκεν [8]. Ἐξελέγξας δὲ τὰ πεπραγμένα πικρῶς ὑπ᾽ αὐτȣ̃ καὶ κατηγο-

Mithridates ſecum naues remigio inſtructas ducentas, et terreſtrium copiarum pedites viginti millia, equites ſex millia, et curruum falcatorum vim ingentem: Sylla, quatuor cohortes et equites ducentos. Quum ei obuiam prodiiſſet Mithridates et dextram porrexiſſet, rogauit eum, acciperetne, quibus conditionibus pepigerat Archelaus, pacem? Tacente rege, Sylla: Atqui deprecantium eſt, inquit, priore loco dicere, victoribus ſatis eſt tacere. Vbi exorſus Mithridates excuſationem eſt, conatuſque bellum partim ad deos referre, partim ipſos culpare Romanos; excipiens Sylla, iamdudum ait ſe de aliis accepiſſe, nunc vero ipſum intelligere, diſertiſſimum eſſe Mithridatem, qui in factis adeo tetris et prauis non deficiatur ſpecioſa oratione. Inde, quum eius facinora coarguiſſet et exagitaſſet acerbe, quaeſiuit iterum,

8 ἠπόρηκας] Non narrantis Plutarchi, ſed Syllae iam haec vox eſt. Fit hoc aliquando admodum eleganter. Sed an hic a Plutarcho factum ſit, addubito. H. Stephanus prudenter monuit ἠπόρηκεν legi poſſe. *Moſes Duſoul.* [H. Stephani annotatio haec eſt: Aut mutari debet ἠπόρηκας in ἠπόρηκεν, aut mutatam eſſe orationis formam putandum eſt, nimirum ἀπὸ τȣ̃ διηγηματικȣ̃ εἴδȣς εἰς τὸ μιμητικὸν, vt fit interdum.]

9 πο-

ρήσας, πάλιν ἠρώτησεν, εἰ ποιεῖ τὰ συγκείμενα δι' Ἀρχελάου. Φήσαντος δὲ ποιεῖν, οὕτως ἠσπάσατο, καὶ περιλαβὼν ἐφίλησεν αὐτόν· Ἀριοβαρζάνην δ' αὖθις καὶ Νικομήδην τοὺς βασιλεῖς προσαγαγὼν διήλλαξεν. ὁ μὲν οὖν Μιθριδάτης ἑβδομήκοντα ναῦς παραδοὺς, καὶ τοξότας πεντακοσίους, εἰς Πόντον ἀπέπλευσεν. ὁ δὲ Σύλλας, αἰσθόμενος ἀχθομένους τοὺς στρατιώτας τῇ διαλύσει (τὸν γὰρ ἔχθιστον τῶν βασιλέων, καὶ δεκαπέντε μυριάδας ἡμέρᾳ μιᾷ τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίων κατασφαγῆναι παρασκευάσαντα, δεινὸν ἡγοῦντο μετὰ πλούτου καὶ λαφύρων ὁρᾶν ἐκπλέοντα τῆς Ἀσίας, ἣν ἔτη τέσσαρα λεηλατῶν καὶ φορολογῶν διετέλεσεν) ἀπελογεῖτο πρὸς αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἂν ἅμα Φιμβρίᾳ καὶ Μιθριδάτῃ πολεμεῖν, εἰ συνέστησαν ἀμφότεροι κατ' αὐτοῦ, δυνηθείς.

25. Ὁρμήσας δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ Φιμβρίαν πρὸς Θυατείροις στρατοπεδεύοντα, καὶ πλησίον καταζεύξας, τάφρον τῷ στρατοπέδῳ περιέβαλεν. οἱ δὲ τοῦ Φιμβρίου στρατιῶται, μονοχίτωνες ἐκ τοῦ στρατοπέδου προϊόντες, ἠσπάζοντο τοὺς ἐκείνου, καὶ συνελάμβανον αὐτοῖς τῶν ἔργων προθύμως. ὁρῶν δὲ ὁ Φιμβρίας τὴν μεταβολὴν, καὶ τὸν

iterum, Ecquid iis, quae cum Archelao conueniſſent, ſtaret. Vbi ſtare reſpondit, ita demum ſalutauit eum, ac complexu eſt oſculatus. Mox Ariobarzanem et Nicomedem reges acciuit, ac controuerſias eorum cum illo diremit. Mithridates, vbi ſeptuaginta naues et ſagittarios quingentos ei tradidit, Pontum claſſe repetiuit. At Sylla, quod animaduertiſſet offenſos ea pace milites, (nam infeſtiſſimum regem, qui ciuium Romanorum vno die centum quinquaginta millia trucidari in Aſia curauerat, rem intolerandam ducebant, diſcedentem videre cum opulentia et praeda Aſiae, quam annos quatuor perpetuos denudauerat exhauſeratque) allegauit apud eos, non potuiſſe Fimbriae ſe ſimul et Mithridati, ſi coiſſent ambo in ſe, ſubſiſtere.

Ex eo loco mouit contra Fimbriam, qui caſtra iuxta Thyatira habebat. Quum tetendiſſet in propinquo, ad ſepienda munimenta foſſam ducebat. Hic milites Fimbriae ſagati praeſidiis egreſſi ſalutauerunt Syllanos, et in opere faciendo propenſe iuuerunt. Eam mutationem cernens Fimbria, Syllam-

Σύλλαν ὡς ἀδιάλλακτον δεδοικὼς, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ διέφθειρε. Σύλλας δὲ κοινῇ μὲν ἐζημίωσε τὴν Ἀσίαν δισμυρίοις ταλάντοις, ἰδίᾳ δὲ τοὺς οἴκους ἐξέτριψεν, ὕβρει καὶ πολιορκίᾳ [9] τῶν ἐπισταθμευόντων. ἐτέτακτο γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τῷ καταλύτῃ τὸν ξένον διδόναι τέσσαρα τετράδραχμα, καὶ παρέχειν δεῖπνον αὐτῷ καὶ φίλοις, ὅσους ἂν ἐθέλῃ καλεῖν· ταξίαρχον δὲ πεντή-

que vt implacabilem timens, confodit semetipse in castris. Sylla mulctam publicam irrogauit Asiae viginti millia talentorum, priuatim vero domos insolentia et vexatione consumsit eorum, qui apud quemque diuersabantur. Siquidem edixit, vt militi hospes apud se diuertenti tetradrachma in diem quaterna daret. Coenam insuper praeberet ei eiusque amicis, quotquot vocare liberet. Centurio acciperet quinquagenas in

9 πολιορκίᾳ] Si nullum in hac voce mendum later, eodem vexationis sensu πολιορκίαν adhibet, quo verbum πολιορκέω in Agesilao, (394, 7.) vbi ait: ἐπολιόρκουν τὰ παράλια τῆς Λακωνικῆς. Vbi tamen vide notam. Sed quid opus est, vt ad sensum adeo insolitum decurramus, cum in vicinia sit vox πολυωρίᾳ, rei, de qua agitur, aptissima? Tenebantur hospites, vt mox audies, excipere Romanos milites, non sumtu tantum maximo, sed et honore, obseruantia, cultuque plane regio. Ea ministeria haec vox apte exprimit, recteque iam dicetur Sylla domos priuatas exhausisse, ὕβρει καὶ πολυωρίᾳ τῶν ἐπισταθμευόντων. Insolentiam, crudelitatem, fastum, lautitiasque horum hominum, experti norunt Galli Reformati nostri, qui sub Ludouico XIV. milites, Draconum nomine insignitos, hospitio Syllanum in morem excipere, donec sacris Romanis nomen darent, cogebantur. Si tamen displicet insolentior vox πολυωρίᾳ, aliam suppeditabo a nostro ea ipsa de re adhibitam in Sertor. (310, 15.) nempe πλεονεξίᾳ. Sic enim ibi loquitur de Iberia a Romanis vexata: παραλαβὼν δὲ ἔθνη... πλεονεξίᾳ καὶ ὕβρει τῶν πεμπομένων ἑκάστοτε στρατηγῶν, πρὸς ὅλην κακῶς διακειμένα τὴν ἡγεμονίαν, ἀνελάμβανεν. et mox: μάλιστα δὲ τῶν ἐπισταθμιῶν ἀπαλλάξας ἠγαπήθη. Vides, quod hic *Militum*, id illic *Ducum* insolentiae et auaritiae tribui; eademque de re eadem a Plutarcho adhibita esse verba, non a vero abhorrere. Adde et 332, 17. ταῖς πλεονεξίαις καὶ ὑπερηφανίαις τῶν ἐπισκήνων. *Mos. Dus.*

10 οἰ-

κοντα δραχμὰς λαμβάνειν τῆς ἡμέρας, ἐσθῆτα δ' ἄλλην μὲν οἰκουρῶν, ἄλλην δ' εἰς ἀγορὰν προερχόμενος [10].

26. Ἀναχθεὶς δὲ πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐξ Ἐφέσου, τριταῖος ἐν Πειραιεῖ καθωρμίσθη· καὶ μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. λέγεται δὲ, κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ [11], καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν Ῥό-

in diem drachmas, veſtem praeterea aliam, qua domi, aliam, qua in publico vteretur.

Ex Epheſo quum totam claſſem ſoluiſſet, tenuit tertio die Piraeum. Ibi myſteriis initiatus, deſumſit ſibi bibliothecam Apelliconis Teii, in qua plerique Ariſtotelis et Theophraſti libri erant nondum ſatis in vulgus noti. Ex ea, vbi deportata Romam fuit, ferunt plurima interuertiſſe Tyrannionem grammaticum, a quo accepiſſe

10 οἰκουρῶν, — προερχόμενος] Hi nominatiui in accuſatiuos mutandi eſſe videntur, niſi aliquid deeſſe dicamus. *H. Stephanus.*

11 Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ] De Tyrannione hoc Suidas nonnulla habet. Strabo a ſe auditum ait (p. Ed. Par. 548. B.); et quid ad hos Ariſtotelis libros emaculandos contulerit, rite intellectus docet (p. 609. C.). Ibi enim cum fatum ſcriptorum illorum narraſſet, et quomodo ab imperitis Apelliconis librariis emiſſa eſſent, addit, paulo melius iam, editis Libris illis, Peripateticos philoſophari coepiſſe; non tamen ſatis ex Philoſophi illius ſententia, propter mendorum, quibus ſcatebant, multitudinem; Romamque permultum ad id contuliſſe, quia eo a Sylla ſtatim deportatos Τυραννίων ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο, (vel, vt in Mſſ. quibuſdam legitur, ἐνεχειρίσατο) φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης. Imperitis enim vſi librariis Bibliopolae, negligenteſque cum exemplari deſcripta comparare, corruptiores, vt fit vbique gentium, edebant, vendebantque. Haec fere Strabo, quorum ne verbum quidem vllum ad magiſtri olim ſui contumeliam vergere mihi videtur. At Plutarchus, inquies, *ſuffuratum eſſe* hos Ariſtotelis Libros ait. Ita ſane Interpres et Latinus et Gallicus palam, et Anglicus obſcurius. Verum non ita Plutarchus ipſe, ni vehemen-

διον Ἀνδρόνικον εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας. οἱ δὲ πρεσβύτεροι Περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι χαρίεντες καὶ φιλολόγοι, τῶν δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γραμμάτων οὔτε πολλοῖς, οὔτ' ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες, διὰ τὸ τὸν Νηλέως τοῦ Σκηψίου κλῆρον [12], ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους περιγενέσθαι. Σύλλᾳ δὲ διατρίβοντι περὶ τὰς Ἀθήνας, ἄλγημα ναρκῶδες μετὰ βάρους εἰς τοὺς

pisse Andronicum Rhodium exemplaria, eaque in lucem edidisse, et vulgasse hos, qui nunc manibus teruntur, indices. Enimuero Peripatetici antiquiores videntur illi quidem elegantes fuisse et eruditi, sed Aristotelis et Theophrasti scripta, neque plerique, neque exacte voluisse, verum ob haeredem Nelei Scepsii, cui libros suos reliquit Theophrastus, ea ad inertes homines recidisse atque indoctos. Agenti Athenis Syllae dolor cum grauedine torpidus

ter fallor; suspicor enim, ab eo scriptum fuisse, non ἐνσκευάσασθαι, vt nostri codices habent, sed ἐνδιασκευάσασθαι, vel ἐπιδιασκευάσασθαι, quod Galenus sic enarrat (Ed. Bas. T. V. p. 38, 44.): ἐπιδιασκευάσασθαι λέγεται βιβλίον, ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφέν, ὅταν, τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτήν, καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτάς, τινὰ μὲν ἀφῃρημένα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου συγγράμματος ἔχει, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα. Vtitur etiam noster voce συσκευάζεσθαι in eam rem: vt IV. 123. 11. Et 299. 8. Tyrannionis autem, praeter Strabonem, cuius testimonium audiuisti, meminit et Cicero, sed vt strenui Grammatici, cuius opera, non in disponendis solum libris, sed et explicandis, vtebatur; (Vide Epist. ad Att. II. 6. IV. 4. et 6.) neuter vt furis insignis, qualem Interpretes nostri faciunt. Bonis itaque iam auibus, Tyrannio vindicatus, non Fur, sed φιλαριστοτέλης et Emendator insignis Operum Aristotelis audiat; per quem integritati, quam proxime fieri potuit, restituta ea sunt. *Moses Dusoul.*

12 τὸν .... κληρονόμον] Hunc locum, in Impressis foede deprauatum, sic restituunt Mur. annotatt. διὰ τὸ τὴν N. τοῦ Σ. κληρονομίαν. Quae ita etiam in Anon. scripta fuisse verosimile est, cum κληρονομίαν habeat, a qua voce priora illa pendent. Vide ipsum Theophrasti testamentum apud Diog. Laert. in quo Libros omnes suos Neleo legat.

13 Ἀδι-

πόδας ἐνέπεσεν, ὅ φησιν ὁ Στράβων ποδάγρας ψελλισμὸν εἶναι. διαπλεύσας οὖν εἰς Αἴδηψον [13], ἐχρῆτο τοῖς θερμοῖς ὕδασι, ῥαθυμῶν ἅμα καὶ συνδιημερεύων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. περιπατοῦντος δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ἁλιεῖς τινες ἰχθῦς αὐτῷ παγκάλους προσήνεγκαν. ἡσθεὶς δὲ τοῖς δώροις, καὶ πυθόμενος, ὡς ἐξ Ἀλαιῶν εἶεν· ἔτι γὰρ ζῇ τις Ἀλαιῶν; ἔφη· ἐτύγχανε γὰρ ὅτε τὴν πρὸς Ὀρχομενῷ μάχην νενικηκὼς, ἐδίωκε τοὺς πολεμίους, ἅμα τρεῖς πόλεις τῆς Βοιωτίας, Ἀνθηδόνα, Λάρυμναν, Ἀλαίας [14] ἀνῃρηκώς. τῶν δ' ἀνθρώπων ὑπὸ δέους ἀφώνων γενομένων, διαμειδιάσας, ἐκέλευσεν ἀπιέναι χαίροντας, ὡς οὐ μετὰ φαύλων, οὐδ' ἀξίων ὀλιγωρίας ἥκοντας πρὸς ἀπαραίτητον [15]. Ἀλαιοὶ μὲν ἐκ τούτου λέγουσι θαῤῥήσαντες, αὖθις εἰς τὴν πόλιν συνελθεῖν.

dus decubuit in pedes, quem podagrae balbutiem Strabo ait eſſe. Quare Adipſum nauigauit. Ibi aquis calidis vſus eſt, ferians ſimulque tempus traducens cum mimis. Deambulanti in litore obtulerunt piſcatores quidam eximios piſces. Laetus donis, vt audiuit Alaeos eſſe: Et aliquis, inquit, adhuc ſupereſt Alaeorum? Quum enim victor proelio ad Orchomenum conſectaretur hoſtes, obiter oppida tria Boeotiae, Anthedona, Larymnam et Alaeas euertit. Illis vero obmuteſcentibus pauore, arridens abire eos bono animo iuſſit. Neque enim cum vilibus vel contemnendis ipſos veniſſe deprecatoribus. Alaei erecti, inde oppidum aiunt ſe de integro frequentaſſe.

Sylla

13 Ἄδιψον] Αἴδηψον legere iubet Xylander, et ſuas ad Stephanum Notas adire. Aquarum illic calidarum meminit Strabo L. I. (60, B.) et IX. (425. C.) Meminit et Ariſtot. Meteorol. II. 8. monente Palmerio, qui etiam addit, fontem aquae gelidae habuiſſe, quae aegris opitulabatur, vt ait Athen. III. I. et videre iubet ipſum Plut. Lib. de fraterno amore.

14 Ἀλαίας] Palmerius, in ſuis ad Strabonem obſeruationibus, (p. 405.) nomen huius vrbis inuenit ſub corrupta voce latens Ex certa eiuſdem emendatione, patet, hic Ἀλὰς, et ſupra bis Ἀλαιῶν, et infra Ἀλαιοὶ legendum eſſe.

15 ἀπαραιτήτων] Immo vero, vt recte viderunt Interpp. παραιτητῶν.

27. Σύλλας δὲ διὰ Θετταλίας καὶ Μακεδονίας καταβὰς ἐπὶ θάλατταν, παρεσκευάζετο χιλίαις ναυσὶ καὶ διακοσίαις ἀπὸ Δυῤῥαχίου διαβάλλειν εἰς Βρεντέσιον. ἡ δ' Ἀπολλωνία πλησίον ἐστὶ, καὶ πρὸς αὐτῇ τὸ Νύμφαιον [16], ἱερὸς τόπος, ἐκ χλοερᾶς νάπης καὶ λειμώνων ἀναδιδοὺς πυρὸς πηγὰς σποράδας ἐνδελεχῶς ῥέοντος. ἐνταῦθα φασὶ κοιμώμενον ἁλῶναι σάτυρον [17], οἷον οἱ πλάσται καὶ γραφεῖς εἰκάζουσιν· ἀχθέντα δὲ ὡς Σύλλαν, ἐρωτᾶσθαι δι' ἑρμηνέων πολλῶν, ὅστις εἴη· φθεγξαμένου δὲ μόλις οὐδὲν συνετῶς, ἀλλὰ τραχεῖαν καὶ μάλιστα μεμιγμένην ἵππου τε χρεμετισμῷ καὶ τράγου μηκασμῷ φωνὴν ἀφέντος, ἐκπλαγέντα τὸν Σύλλαν ἀποδιοπομπήσασθαι. μέλλοντος δὲ τοὺς στρατιώτας διαπεραιοῦν, καὶ δεδιότος, μὴ, τῆς Ἰταλίας ἐπιλαβόμενοι, κατὰ πόλεις ἕκαστοι διαῤῥυῶσι, πρῶτον μὲν ὤμοσαν ἀφ' αὑτῶν παραμενεῖν, καὶ μηδὲν ἑκουσίως κακουργήσειν τὴν Ἰταλίαν· ἔπειτα χρημάτων δεόμενον πολλῶν ὁρῶντες, ἀπήρχοντο καὶ συνεισέφερον ὡς ἑκα-

Sylla hinc, per Theſſaliam et Macedoniam itinere ad mare facto, inſtitit mille ducentis nauibus traducere ex Dyrrhachio exercitum Brunduſium. Prope Dyrrhachium eſt Apollonia, et in vicino Nymphaeum, ſacer locus, qui ex virenti valle et pratis ignis venas diſperſas perpetuo manantis eructat. Ibi ſtratum ſomno Satyrum, qualem plaſtae et pictores adumbrant, ferunt captum. Adductum ad Syllam percunctatos multos interpretes, quinam eſſet: quum vocem tandem edidiſſet, non quidem humanam, vel claram, ſed aſperam et omnino ex hinnitu equi et hirci balatu confuſam, obſtupuiſſe Syllam et monſtrum auerſatum. Tranſuecturus exercitum, quum vereretur, ne, vbi Italiam attigiſſent, dilaberetur quiſque per oppida, primum adiurarunt vltro milites ad ſigna ſe manſuros, nec Italiam volentes vexaturos. Deinde quia magna pecunia conſiderabant eum indigere, intulerunt tanquam primitias obtuleruntque ei pro ſuis quiſque

16 τὸ Νύμφαιον] Vide de hoc loco, quae Dio noſter habet lib. XLI. Meminit etiam Strabo lib. VII. et inter miracula Plin. cap. 106. lib. II. *Xylander*.

17 σάτυρα Iuntina, quaſi a nominatiuo σάτυρ, genit. σάτυρος, vt μάρτυρ.

18 Ἡ-

ϛος εἶχεν εὐποϱίας. ȣ̓ μὴν ἐδέξατο τὴν ἀπαϱχὴν ὁ Σύλλας, ἀλλ' ἐπαινέσας καὶ παϱοϱμήσας, διέβαινεν, ὥς φησιν αὐτὸς, ἐπὶ πεντεκαίδεκα ϛϱατηγȣ̀ς πολεμίȣς, πεντήκοντα καὶ τετϱακοσίας σπείϱας ἔχοντας, ἐκδηλότατα τȣ̃ θεȣ̃ τὰς εὐτυχίας πϱοσημαίνοντος αὐτῷ. θύσαντος μὲν γὰϱ εὐθέως ᾗ διέβη πεϱὶ Τάϱαντα, δάφνης ϛεφάνȣ τύπον ἔχων ὁ λοβὸς ὤφθη, καὶ λημνίσκων δύο κατηϱτημένων. μικϱὸν δὲ πϱὸ τῆς διαβάσεως, ἐν Καμπανίᾳ πεϱὶ τὸ Ἥφαιον ὄϱος [18] ἡμέϱας ὤφθησαν δύο τϱάγοι μεγάλοι συμφεϱόμενοι, καὶ πάντα δϱῶντες καὶ πάσχοντες, ἃ συμβαίνει μαχομένοις ἀνθϱώποις. ἦν δ' ἄϱα φάσμα, καὶ κατὰ μικϱὸν αἰϱόμενον ἀπὸ γῆς, διεσπείϱετο πολλαχȣ̃ τȣ̃ ἀέϱος, εἰδώλοις ἀμαυϱοῖς ὅμοιον, εἶτα ȣ̓́τως ἠφανίσθη. καὶ μετ' ȣ̓ πολὺν χϱόνον ἐν τῷ τόπῳ τȣ́τῳ Μαϱίȣ τȣ̃ νέȣ καὶ Νοϱβανȣ̃ τȣ̃ ὑπάτȣ μεγάλας δυνάμεις ἐπαγαγόντων, ὁ Σύλλας, ȣ̓́τε τάξιν ἀποδȣ̀ς, ȣ̓́τε λοχίσας τὸ οἰκεῖον ϛϱάτευμα, ῥώμῃ δὲ πϱοθυμίας κοινῆς καὶ φοϱᾷ τόλμης ἀποχϱησάμενος, ἐτϱέψατο τȣ̀ς πολεμίȣς, καὶ

quisque facultatibus argentum. Non admisit tamen istam munificentiam, verum, collaudatis illis et excitatis, transmisit (vt ipse ait) contra quindecim partium aduersarum duces, qui cohortes quinquaginta et quadringentas habebant. Verum deus ei omnia fausta clarissime pronunciauit. Nam illico sacrificanti apud Tarentum, quo decurrerat, iecur coronae laureae et lemniscorum binorum ex illa dependentium habere visum est figuram. Paulo etiam ante, quam traiiceret, in Campania circa Hephaeum montem hirci duo interdiu visi confligere, omniaque facere et pati, quae viri in pugna solent. Spectrum autem fuit, quod sensim a terra elatum, inde in diuersas partes aeris, obscurorum simulacrorum simile, dissipatum est, hinc tandem ex oculis elapsum. Nec multo post, quum Marius iunior et consul Norbanus eo in loco exercitus habentes ingentes aggressi sunt, Sylla, non acie instructa, non compositis ordine copiis suis, communis ardore alacritatis, atque impetu vsus audaciae militum suorum, profligauit hostes, caesis-

18 Ἥφαιον ὄϱος] Bochartus, legere iubet. *Moses Dusoul.* de An. S. S. II. 46. Τίφατον ὄ.

κατέκλεισεν εἰς Καπύην πόλιν τὸν Νορβανὸν, ἑπτακισχιλίους ἀποκτείνας. τοῦτο αἴτιον αὐτῷ γενέσθαι φησὶ [19] τοῦ μὴ διαλυθῆναι τοὺς στρατιώτας κατὰ πόλεις, ἀλλὰ συμμεῖναι [20] καὶ καταφρονῆσαι τῶν ἐναντίων, πολλαπλασίων ὄντων. ἐν δὲ Σιλβίῳ φησὶν οἰκέτην Ποντίου θεοφόρητον ἐντυχεῖν αὐτῷ, λέγοντα παρὰ τῆς Ἐνυοῦς κράτος πολέμου καὶ νίκην ἀπαγγέλλειν· εἰ δὲ μὴ σπεύσειεν, ἐμπεπρήσεσθαι τὸ Καπιτώλιον· ὃ καὶ συμβῆναι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἧς ὁ ἄνθρωπος προηγόρευσεν. ἦν δὲ αὕτη πρὸ μιᾶς νόνων Κυντιλίων, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦμεν. ἔτι δὲ Μάρκος Λεύκολλος, εἷς τῶν ὑπὸ Σύλλᾳ στρατηγούντων, περὶ Φιδεντίαν [21] ἑκκαίδεκα σπείραις πρὸς πεντήκοντα τὰς τῶν πολεμίων ἀντιταχθεὶς, τῇ μὲν προθυμίᾳ τῶν

caesisque septem millibus, Norbanum inclusit moenibus Capuae. Atque hoc potissimum in caussa fuisse tradit, quod per oppida milites sui non spargerentur, sed cohaererent hostesque despicerent, quamuis illi numero essent multo plures. In Siluinis seruum Pontii narrat fanaticum alloquutum se, qui nunciare ipsi a Bellona diceret se belli palmam et victoriam: quod ni maturaret, Capitolium conflagraturum; idque eodem euenisse, quo ille praedixerat, die, qui fuit pridie Non. Quintiles, quas nunc vocamus Iulias. Iam M. Lucullus, vnus ex Syllanis ducibus, ad Fidentiam cohortibus sexdecim aduersus hostiles quinquaginta rem gerens, alacritati quidem militum fidebat,

19 φησὶ] Melius huic loco conuenit φασὶ, quod praefert Vulcob, tum quia mox φησὶ de ipso Sylla dicitur; tum quod hoc ab ipso Imperatore scriptum maculam militibus inussisset nullo tempore eluendam. Idem et H. Stephano iam placuerat.

20 συμβῆναι] Vulc. Anon. et Mur. συμμεῖναι, apposite et vere.

21 περὶ Φιδεντίαν] Appianus Alexandrinus hoc apud Placentiam factum scribit. Sed neutrum locum temere mendosum habebo. Nam in eadem Italiae regione et Fidentiam fuisse, et Placentiam, scilicet in octaua, quae Arimino, Pado et Apennino limitibus includitur, satis ex Geographis, praesertim Plinio, paret, lib. III. cap. 15. Simile huius est, quod paulo infra de Syllae cum Mario iuniore conflictu legitur: vbi noster *Signium*, Appianus *Setium* habet: quae fuisse vicina oppida, ex eodem Plinio apparet. *Xyl.*

22 βου-

στρατιωτῶν ἐπίστευεν, ἀνόπλους δὲ τοὺς πολλοὺς ἔχων, ὤκνει. βουλευομένου [22] δ' αὐτοῦ καὶ διαμέλλοντος, ἀπὸ τοῦ πλησίον πεδίου λειμῶνα ἔχοντος αὔρα Φέρουσα μαλακὴ πολλὰ τῶν ἀνθέων ἐπέβαλε τῇ στρατιᾷ καὶ κατέσπειρεν, αὐτομάτως ἐπιμένοντα καὶ περιπίπτοντα τοῖς θυρεοῖς καὶ τοῖς κράνεσιν αὐτῶν, ὥστε Φαίνεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐστεΦανωμένους. γενόμενοι δὲ ὑπὸ τούτου προθυμότεροι συνέβαλλον, καὶ νικήσαντες, ὀκτακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις ἀπέκτειναν, καὶ τὸ στρατόπεδον εἷλον. οὗτος ὁ Λεύκολλος ἀδελΦὸς ἦν Λευκόλλου τοῦ Μιθριδάτην ὕστερον καὶ Τυγράνην καταπολεμήσαντος.

28. Ὁ δὲ Σύλλας ἔτι πολλοῖς στρατοπέδοις καὶ μεγάλαις δυνάμεσι περικεχυμένους αὐτῷ τοὺς πολεμίους ὁρῶν πανταχόθεν, ἥπτετο πρὸς τῇ δυνάμει [23] καὶ δὴ ἀπάτης, προκαλούμενος εἰς διαλύσεις τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Σκιπίωνα. δεξαμένου δ' ἐκείνου, σύλλογοι μὲν ἐγίνοντο καὶ κοινολογίαι πλείονες, ἀεὶ δέ τινα παραγωγὴν [24] καὶ

bat, ſed quod eſſent complures inermes, dubitabat. Dum autem haeſitat et cunctatur, flores ex campo propinquo herbido mollis ventus affatim vehens coniecit in exercitum, eumque adſperſit, ſponte adhaereſcentibus iis, ſcutaque et galeas comprehendentibus, vt coronati putarentur ab hoſtibus. Vnde magis erecti, ſigna contulerunt, obtinueruntque victoriam, caeſis octodecim millibus; inſuper caſtris hoſtem exuerunt. Lucullus hic frater fuit Luculli illius, qui poſtea debellauit Mithridatem et Tigranem.

At Sylla, multis adhuc exercitibus et ingentibus copiis hoſtium circumfuſum ſe quum videret, omnibus impar viribus, dolo inuitauit alterum conſulem Scipionem ad pacem. Non aſpernante illo, congreſſus et colloquia crebra fiebant. Sed ſemper moram aliquam

22 βουλομένου Iuntina ſola.

23 ἥπτετο δυνάμει....] Locus haud dubie corruptus. Saluinius, teſte Dacerio, emendare conatur, vnica voce mutata, ἡττῆτο ſcilicet pro ἥπτετο. Ego quiduis potius, quam illam vocem, ſollicitandum reor. Excidiſſe puto voces aliquot, quas abſque Codicum ope haud facile eſt vere reſtituere.

24 παραγωγὴν] Xylander vertit:

πρόφασιν ἐμβάλλων ὁ Σύλλας, διέφθειρε τοὺς περὶ Σκιπίωνα τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις, ἠσκημένοις πρὸς ἀπάτην καὶ γοητείαν ἅπασαν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ ἡγεμών. εἰσιόντες γὰρ εἰς τὸν χάρακα τῶν πολεμίων καὶ ἀναμιγνύμενοι, τοὺς μὲν εὐθὺς ἀργυρίῳ, τοὺς δὲ ὑποσχέσεσι, τοὺς δὲ κολακεύοντες καὶ ἀναπείθοντες προσήγοντο. τέλος δὲ, τοῦ Σύλλα μετὰ σπειρῶν εἴκοσι προσελθόντος ἐγγὺς, οἱ μὲν ἠσπάσαντο τοὺς τοῦ Σκιπίωνος, οἱ δ' ἀντασπασάμενοι προσεχώρησαν [25], ὁ δὲ Σκιπίων, ἔρημος ἐν τῇ σκηνῇ ληφθεὶς, ἠφείθη. Σύλλας δὲ ταῖς εἴκοσι σπείραις, ὥσπερ ἠθάσιν ὄρνισι, τεσσαράκοντα τὰς τῶν πολεμίων παλεύσας [26], ἀπήγαγεν εἰς τὸ στρατόπεδον ἅπαντας. ὅτε καὶ

quam Sylla et caufam iniiciendo, militibus fuis ad omnem fraudem et praeftigias, ficut ipfe erat dux, compofitis, exercitum Scipionis corrupit. Nam ingreffi in hoftium caftra, iifque admifti, alios pecunia, pollicitis alios, nonnullos blandimentis et fuafionibus pellexere. Poftremo Syllam viginti cohortibus caftris admotum falutarunt, feque ei coniunxerunt: Scipionem, in tabernaculo defertum quum cepiffet, dimifit. Sylla, cohortibus viginti quafi auibus cicuribus quadraginta in laqueum illectas aduerfarias, abduxit omnes in caftra fua. Quo tempore Car-

tit: *procraftinandi occafiones:* et annotat: *Alliciendi rationes* Guarinus reddidit, non fine fenfus detrimento. Eft autem παράγειν id, quod Caefar lib. I. Bell. Gall. *ducere* exprimit: *Caefar vbi fe duci diutius videt*, etc. Ne longe exempla petantur, fic nofter initio fere Lycurgi eft locutus: οὕτω δὲ παραγαγὼν ἄχρι τοῦ τόκου τὴν ἄνθρωπον, de vxore fratris grauida, quam fpe tollendi e medio foetus vfque ad partum ducebat Lycurgus. Hinc patet, quid fit hoc et fimilibus locis παραγωγή.

25 οἱ μὲν ἀσπασάμενοι προσεχώρησαν] Non Vulc. tantum et Anon. verba quaedam, quae hic exciderant, fupplent. Sed Mur. et SGerm. totum locum fic edunt: οἱ μὲν ἠσπάσαντο τοὺς τοῦ Σκιπίωνος, οἱ δὲ ἀντασπασάμενοι, quam veram effe fcripturam fatis per fe patet. [In Iuntina quoque Aldinaque non ἀσπασάμενοι, fed ἠσπασάμενοι legitur.]

26 Σύλλας δὲ ταῖς εἴκοσι σπείραις, ὥσπερ ἠθάσιν ὄρνισι, τεσσαράκοντα τὰς τῶν πολεμίων παλεύσας] Xylander vertit: *Ita Sylla viginti fuis cohortibus tanquam ad*

Κάρβωνα φασὶν εἰπεῖν ὡς ἀλώπεκι καὶ λέοντι πολεμῶν, ἐν τῇ Σύλλα ψυχῇ κατοικοῦσιν, ὑπὸ τῆς ἀλώπεκος ἀνιῷτο μᾶλλον. ἐκ τούτου περὶ Σίγνιον Μάριος ὀγδοήκοντα καὶ πέντε σπείρας ἔχων προὐκαλεῖτο Σύλλαν. ὁ δὲ καὶ πάνυ πρόθυμος ἦν διαγωνίσασθαι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν· ἐτύγχανε γὰρ ὄψιν ἑωρακὼς τοιάνδε κατὰ τοὺς ὕπνους. ἐδόκει τὸν γέροντα Μάριον τεθνηκότα πάλαι τῷ παιδὶ [27] Μαρίῳ παραινεῖν, φυλάξασθαι τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ὡς μεγάλην αὐτῷ δυστυχίαν φέρουσαν. διὰ τοῦτο μὲν δὴ πρόθυμος ὁ Σύλλας ἦν μάχεσθαι, καὶ μετεπέμπετο τὸν Δολοβέλλαν ἄπωθεν στρατοπεδεύοντα. τῶν δὲ πολεμίων ἐφισταμένων ταῖς ὁδοῖς καὶ ἀποφραττόντων, οἱ τοῦ Σύλλα προσμαχόμενοι καὶ ὁδοποιοῦντες ἔκαμνον· καὶ πολὺς ὄμ-

Carbonem ferunt dixiſſe, bellum ſe cum vulpe et leone in animo Syllae habitantibus gerentem, magis infeſtari a vulpe. Ad Signium inde Marius, quinque et octoginta cohortibus ſuccinctus, laceſſiuit Syllam, qui perquam paratus erat illo die dimicare. Viſum enim ei ſecundum quietem oblatum huiuſcemodi fuerat: Viſus eſt ei ſenior Marius, qui iampridem erat defunctus, Marium filium, vt inſequentem diem caueret, tanquam ingens ei infortunium allaturum, monere. Erat itaque ea de cauſa ad pugnandum Sylla alacris, et Dolobellam, qui procul ab eo conſederat, accerſiuit. Caeterum, hoſtibus iter interpellantibus et obmolientibus, Syllani proeliantes et iter facientes laſſitudine ſunt confecti, ſimul-

ad alliciendum aſſuefactis auiculis, quadraginta hoſtiles aucupatus: et annotat: Guarinus παλαίσας videtur legiſſe, quod ipſum ſi inueniſſem, propter haec vocabula, ἤθάσιν ὄρνισι, ſuſpectum habuiſſem: ne quid aliud dicam. Iam ipſum vocabulum παλεύειν, quod eſt illicere et decipere, ideoque aucupio valde eſt accommodatum, non modo a Suida et Varino explicatur, ſed et a ſcholiaſte Ariſtophanis, in *Auibus*, ad verſum: Αὖθις ὑμεῖς αὖ παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύσετε. Meminit et Eraſmus in *Chiliadibus*, prouerbio: *Columba ſedens:* cui, quod apud Suidam ἡμένη πελειὰς mutandum in ἡμμένη autumat, neminem puto eruditum aſſentiri. Caetera malo ex ipſis, quos citaui, auctoribus repetere.

27 τῷ παιδίῳ Vulcob.

28 δὲ

βρος ἅμα τοῖς ἔργοις ἐπιγενόμενος, μᾶλλον ἐκάκωσεν αὐτούς. ὅθεν οἱ ταξίαρχοι, προσιόντες τῷ Σύλλᾳ, ἐδέοντο τὴν μάχην ἀναβαλέσθαι, δεικνύντες ἅμα τοὺς στρατιώτας ἐῤῥιμμένους ὑπὸ κόπου, καὶ προσαναπαυομένους χαμάζε τοῖς θυρεοῖς κεκλιμένοις. ἐπεὶ δὲ συνεχώρησεν ἄκων, καὶ πρόσταγμα καταζεύξεως ἔδωκεν, ἀρχομένων αὐτῶν τὸν χάρακα βάλλειν καὶ τάφρον ὀρύσσειν πρὸ τῆς στρατοπεδείας, ἐπήλαυνε σοβαρῶς ὁ Μάριος προϊππεύων, ὡς ἀτάκτους καὶ τεθορυβημένους διασκεδάσων. ἐνταῦθα τῷ Σύλλᾳ τὴν κατὰ τοὺς ὕπνους φωνὴν ὁ δαίμων συνετέλει. ὀργὴ γὰρ αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις παρέστη, καὶ παυσάμενοι τῶν ἔργων, τοὺς μὲν ὑσσοὺς κατέπηξαν ἐπὶ τῇ τάφρῳ, σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη καὶ συναλαλάξαντες, ἐν χερσὶν ἦσαν τῶν πολεμίων. οἱ δ' οὐ πολὺν ὑπέστησαν χρόνον, ἀλλὰ γίνεται πολὺς φόνος αὐτῶν τραπέντων. Μάριος δὲ φεύγων εἰς Πραινεστὸν, ἤδη τὰς πύλας εὗρε κεκλεισμένας· καλωδίου δὲ ἄνωθεν ἀφεθέντος, ἐνζώσας ἑαυτὸν, ἀνελήφθη πρὸς τὸ τεῖχος. ἔνιοι δέ φασιν, ὧν καὶ Φενεστέλλας ἐστὶν, οὐδ' αἰσθέσθαι τῆς μάχης τὸν Μάριον, ἀλλ' ἐξ ἀγρυπνιῶν καὶ κόπων, ὑπὸ σκιᾷ τινι χαμαὶ κατακλι-

ſimulque excipiens laborem largus imber vehementius fatigauit eos. Ita Syllam ordinum ductores adierunt, orantes, vt proelium proferret, monſtraueruntque ei fractos fatigatione milites, et inclinatis ſcutis humi incumbentes. Vbi annuit inuitus, et ſignum metandis caſtris dedit, inſtituentibuſque militibus vallum iacere, et foſſam pro caſtris ducere, incurrit ferociter Marius ante ſigna prouectus, quaſi incompoſitos et tumultuantes diſſipaturus. Hic Syllae vocem, quam in ſomnis audierat, expleuit deus. Quippe inflammati ira milites eius, omiſſo opere, pila defixerunt in margine foſſae, ſtrictiſque gladiis et ſublato clamore, manus cum hoſtibus conſeruere. Haud diu ſubſtiterunt illi, ſed ingens ſtrages edita eſt fugientium. Marius Praeneſte fuga delatus, quum portas iam clauſas offendiſſet, demiſſo ex muro funiculo alligauit ſe, atque ita eſt eo receptus. Quidam, in quibus eſt Feneſtella, Marium aiunt ne vidiſſe quidem proelium, ſed quod eſſet vigiliis laboribuſque confectus, humi in vmbra ſtratum

νέντα, τȣ͂ συνθήματος δοθέντος, ἐνδȣ͂ναι πρὸς ὕπνον, εἶτα μόλις ἐξεγείρεσθαι, τῆς φυγῆς γενομένης. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ Σύλλας φησὶν εἴκοσι τρεῖς μόνȣς ἀποβαλεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ τῶν πολεμίων δισμυρίȣς, καὶ λαβεῖν ζῶντας ὀκτακισχιλίȣς. καὶ τἄλλα δὲ [28] ὁμοίως εὐτυχεῖτο διὰ τῶν στρατηγῶν, Πομπηΐȣ, Κράσσȣ, Μετέλλȣ, Σερουϊλίȣ. ȣ̓δὲν γὰρ, ἢ μικρὰ προσκρȣ́σαντες ȣ̔͂τοι, μεγάλας συνέτριψαν δυνάμεις τῶν πολεμίων, ὥστε τὸν μάλιστα τὴν ἐναντίαν στάσιν συνέχοντα Κάρβωνα, νύκτωρ ἀποδράντα τὴν ἑαυτȣ͂ στρατιὰν, εἰς Λιβύην ἐκπλεῦσαι.

29. Τὸν μέντοι τελευταῖον ἀγῶνα, καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητῇ καταπόνῳ προσενεχθεὶς, ὁ Σαυνίτης Τελεσῖνος ἐγγὺς ἦλθε τȣ͂ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν ἐπὶ θύραις τῆς Ῥώμης. ἔσπευδε μὲν γὰρ ἅμα Λαμπονίῳ τῷ Λευκανῷ χεῖρα πολλὴν ἀθροίσας ἐπὶ Πραινεστὸν, ὡς ἐξαρπασόμενος τῆς πολιορκίας τὸν Μάριον. ἐπεὶ δ' ᾔσθετο, Σύλλαν μὲν κατὰ στόμα, Πομπήϊον δὲ κατ' ȣ̓ρὰν, βοηδρομȣ͂ντας ἐπ' αὐτὸν, εἰργόμενος τȣ͂ πρόσω καὶ ὀπίσω, πολεμιστὴς ἀνὴρ καὶ μεγάλων ἀγώνων ἔμπειρος, ἄρας νυ-

tum, ſigno pugnae dato, tradidiſſe ſe quieti, inde profligato iam exercitu, aegre fuiſſe excitatum. Qua in pugna viginti tres tantum ait Sylla ex ſuis deſideratos, ex hoſtibus cecidiſſe viginti millia, captos octo millia. Pari ei fortuna apud duces ipſius, Pompeium, Craſſum, Metellum, Seruilium, reſpondit, qui nihil, vel parum titubauerunt, et magnas vires hoſtium deleuerunt. Itaque praecipuum aduerſarum partium Carbo firmamentum, relicto nocte exercitu ſuo, ex Italia nauigauit in Africam.

At nouiſſimo certamine, vt athleta exſurgens integer, defeſſum aggreſſus Samnis Teleſinus, non multum abfuit, quin ad portas vrbis eueiteret et proſterneret eum. Properabat enim vna cum Lamponio Lucano ingenti contracta manu, Praeneſte ad eripiendum obſidione Marium. Caeterum vt Syllam intellexit a fronte, a tergo magno cum impetu inſtare ſibi Pompeium, atque intercluſiſſe ſe, ne progreſſum haberet, nec receptum, bellator et magnis inueteratus certaminibus, nocte cum

28 δὲ] Malim δή.

κτὸς ἐπ᾽ αὐτὴν ἐχώρει παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν Ῥώμην. καὶ μικρȣ̃ μὲν ἐδέησεν ἐμπεσεῖν εἰς ἀφύλακτον· ἀποσχὼν δὲ τῆς Κολλίνης πύλης δέκα σταδίȣς, ἐπηυλίσατο τῇ πόλει [29], *μεγαλοφρονῶν καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπηρμένος, ὡς τοσȣ́τȣς ἡγεμόνας καὶ τηλικȣ́τȣς κατεστρατηγηκώς. ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ, τῶν λαμπροτάτων νέων ἐξιππασαμένων ἐπ᾽ αὐτὸν, ἄλλȣς τε πολλȣ̀ς καὶ Κλαύδιον Ἄππιον, εὐγενῆ καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα, κατέβαλε. θορύβȣ δὲ, οἷον εἰκὸς, ὄντος ἐν τῇ πόλει, καὶ βοῆς γυναικείας, καὶ διαδρομῶν, ὡς ἁλισκομένων κατὰ κράτος, πρῶτος ὤφθη Βάλβος ἀπὸ Σύλλα προσελαύνων ἀνὰ κράτος ἱππεῦσιν ἑπτακοσίοις. διαλιπὼν δὲ, ὅσον ἀναψύξαι τὸν ἱδρῶτα τῶν ἵππων, εἶτ᾽ αὖθις ἐγχαλινώσας διὰ ταχέων, ἐξήπτετο τῶν πολεμίων, ἐν τȣ́τῳ δὲ καὶ Σύλλας ἐφαίνετο, καὶ τȣ̀ς πρώτȣς εὐθὺς ἀριστᾶν κελεύων, εἰς τάξιν καθίστη. πολλὰ δὲ Δολοβέλλα καὶ Τȣρκȣάτȣ δεομένων ἐπισχεῖν, καὶ μὴ κατακόπȣς ἔχοντα τȣ̀ς ἄνδρας, ἀπο-*

cum toto exercitu ad ipſam mouit vrbem, nihilque propius factum eſt, quam vt neglectam ſine praeſidio et ſtatione inuaſerit. Quum a porta Collina mille ducentos quinquaginta paſſus abeſſet, pernoctauit ibi prope vrbem, animo et ſpe erectus, quod tot et tantis impoſuiſſet ducibus. Simul cum luce ex nobiliſſimis iuuenibus inuehentibus in eum, et alios complures, et Appium Claudium oppreſſit, clarum et probum virum. Quum iam vrbem tumultus, qualem veriſimile eſt, et clamor mulierum et diſcurſus ſicut vi captam tenerent, primus aduolare a Sylla Balbus equitibus citatis ſeptingentis eſt conſpectus, tantiſper dato ſpatio, vt ſudor equorum exſiccaretur, mox denuo infrenatis eis propere inſtitit carpere hoſtes. Interea ſuperuenit Sylla, primoſque repente prandere iuſſos inſtruxit in aciem. Inſtitit apud eum magnopere Dolobella et Torquatus, ne, confectis militibus, extre-

29 *ἐπηυλίσατο τῇ πόλει*] Xylander vertit: *ſtationem ante vrbem habuit:* et annotat: Haec quum ad Syllam referret interpres, miror, quid vel legerit, vel cogitarit. Sed omnia errata notare nimiae eſt curioſitatis.

30 Φη-

κινδυνεῦσαι περὶ τῶν ἐσχάτων (οὐ γὰρ Κάρβωνα καὶ Μάριον, ἀλλὰ Σαυνίτας καὶ Λευκανοὺς, τὰ ἔχθιστα τῇ Ῥώμῃ καὶ τὰ πολεμιώτατα φῦλα συμφέρεσθαι) παρωσάμενος αὐτοὺς ἐκέλευσε σημαίνειν τὰς σάλπιγγας ἀρχὴν ἐφόδου, σχεδὸν εἰς ὥραν δεκάτην ἤδη τῆς ἡμέρας καταστρεφούσης. γενομένου δ' ἀγῶνος, οἷος οὐχ ἕτερος, τὸ μὲν δεξιὸν, ἐν ᾧ Κράσσος ἐτέτακτο, λαμπρῶς ἐνίκα· τῷ δὲ εὐωνύμῳ πονοῦντι καὶ κακῶς ἔχοντι Σύλλας παρεβοήθει λευκὸν ἵππον ἔχων, θυμοειδῆ καὶ ποδωκέστατον· ἀφ' οὗ γνωρίσαντες αὐτὸν δύο τῶν πολεμίων, διετείνοντο τὰς λόγχας ὡς ἀφήσοντες. αὐτὸς μὲν οὖν οὐ προενόησε, τοῦ δ' ἱπποκόμου μαστίξαντος τὸν ἵππον, ἔφθη παρενεχθεὶς τοσοῦτον, ὅσον περὶ τὴν οὐρὰν τοῦ ἵππου τὰς αἰχμὰς συμπεσούσας εἰς τὴν γῆν παγῆναι. λέγεται δ' ἔχων τι χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιον ἐκ Δελφῶν, ἀεὶ μὲν αὐτὸ κατὰ τὰς μάχας περιφέρειν ἐν τῷ κόλπῳ, ἀλλὰ καὶ τότε τοῦτο καταφιλεῖν, οὕτω δὴ λέγων· ὦ Πύθιε Ἄπολλον, τὸν εὐτυχῆ Σύλλαν Κορνήλιον ἐν τοσούτοις ἀγῶσιν ἄρας λαμπρὸν καὶ μέγαν, ἐνταῦθα ῥίψεις ἐπὶ θύραις τῆς πατρίδος ἀγαγὼν, αἴσχιστα τοῖς ἑαυτοῦ συναπολούμενον πο-

extremam aleam iaceret. Non Carbonem, nec Marium, ſed Samnites Lucanoſque, inſeſtiſſimas vrbi et bellicoſiſſimas gentes, cum ipſo congredi. Verum repulſis his, praecipitante iam fere in decimam horam die, claſſicum iuſſit ſigna canere. Dum certatur, vt quum acerrime, dextrum cornu, quod tenebat Craſſus, egregie vincebat: ſiniſtro laboranti et inclinato iuit ſubſidio Sylla, albo equo inſidens feroci et perniciſſimo. In eum hinc cognitum duo ex hoſtibus lanceas connixi ad emittendum direxerunt. Id non aduertit ille, ſed, verberato ab equiſone equo, hactenus eſt praeterlatus, vt ſecundum caudam equi ſpicula ſimul delapſa defigerentur in ſolum. Dicitur ſigillum habuiſſe Apollinis aureum Delphis ſublatum, quod cum ſemper in ſinu inter dimicandum circumtuliſſe, tum illo tempore exoſculatus eſſe, atque ita fatus: Felicemne Cornelium Syllam, Pythie Apollo, quem tot ſplendidum et inclytum euexiſti certaminibus, huc adduxiſti, vt proiicias eum, et in patriae foribus vna cum ciuibus ſuis foediſſime cadat? Ita preca-

λίταις; τοιαῦτα φασὶ[30] τὸν Σύλλαν θεοκλυτοῦντα, τοὺς μὲν ἀντιβολεῖν, τοῖς δ' ἀπειλεῖν, τῶν δ' ἐπιλαμβάνεσθαι· τέλος δὲ τοῦ εὐωνύμου συντριβέντος, ἀναμιχθέντα τοῖς φεύγουσιν, εἰς τὸ στρατόπεδον καταφυγεῖν, πολλοὺς ἀποβαλόντα τῶν ἑταίρων καὶ γνωρίμων. οὐκ ὀλίγοι δὲ[31] καὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ θέαν προελθόντες[32], ἀπώλοντο καὶ κατεπατήθησαν· ὥστε τὴν μὲν πόλιν οἴεσθαι διαπεπρᾶχθαι, παρ' ὀλίγον δὲ καὶ τὴν Μαρίου πολιορκίαν λυθῆναι, πολλῶν ἐκ τῆς τροπῆς ὠσαμένων ἐκεῖ, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ τεταγμένον Ὀφέλλαν[33] Λουκρήτιον ἀναζευγνύναι κατὰ τάχος κελευόντων, ὡς ἀπολωλότος τοῦ Σύλλα, καὶ τῆς Ῥώμης ἐχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων.

30. Ἤδη δὲ νυκτὸς οὔσης βαθείας, ἧκον εἰς τὸ τοῦ Σύλλα στρατόπεδον παρὰ τοῦ Κράσσου, δεῖπνον αὐτῷ καὶ τοῖς στρατιώταις μετιόντες. ὡς γὰρ ἐνίκησε τοὺς πολεμίους, εἰς Ἄντεμναν καταδιώξαντες, ἐκεῖ κατεστρατοπέδευσαν. ταῦτ' οὖν πυθόμενος ὁ Σύλλας, καὶ ὅτι τῶν πο-

precatum Syllam aiunt alios oraſſe, aliis minitatum fuiſſe, manu prehendiſſe alios, denique ſiniſtro cornu obtrito, permiſtum fugientibus, multis deſideratis amicis et familiaribus, in caſtra eſſe delatum. Magnus numerus etiam ex vrbe ad ſpectaculum pugnae progreſſorum periit et eliſus eſt; vt actum putaret eſſe de ciuitate, atque obſidio paene eſſet ſoluta Marii, multis eo ex fuga delatis, qui Lucretium Ofellam ad continuandam relictum obſidionem monuerunt, ſicut oppreſſo Sylla, occupataque ab hoſtibus vrbe, vt ſe reciperet.

Intempeſta iam nocte venerunt in caſtra Syllae a Craſſo nuncii, ei militibuſque eius coenam petitum. Nam fuſos hoſtes inſequuti Antemnam vſque, caſtra ibi poſuerant. Quo audito, ſimul hoſtes prope omnes interiiſſe, conten-

30 φησὶ] Lege omnino φασὶ.

31 δὲ Iuntinae, ſed ſoli, deeſt.

32 προσελθόντες dant Iunt. et Ald.

33 Ὀφέλλαν] Cruſerius in Epitome Liuii *Aſellam* legi ait. Exſtat id quidem in Ed. Gryphii A. 1542. ſed in omnibus recentioribus *Lucretius Ofella* legitur. *Moſes Duſoul.*

34 Iun-

λεμίων οἱ πλεῖςοι διολώλασιν, ἧκεν εἰς Ἄντεμναν ἅμ' ἡμέρᾳ, καὶ τρισχιλίων ἐπικηρυκευσαμένων πρὸς αὐτὸν, ὑπέσχετο δώσειν τὴν ἀσφάλειαν, εἰ κακόν τι τοὺς ἄλλους ἐργασάμενοι πολεμίους ἔλθοιεν πρὸς αὐτόν. οἱ δὲ πιςεύσαντες ἐπέθεντο τοῖς λοιποῖς, καὶ πολλοὶ κατεκόπησαν ὑπ' ἀλλήλων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτους, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς περιγενομένους εἰς ἑξακισχιλίους, ἀθροίσας παρὰ τὸν ἱππόδρομον, ἐκάλει τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερόν. ἅμα δ' αὐτός τε λέγειν ἀνήρχετο, καὶ κατέκοπτον οἱ τεταγμένοι τοὺς ἑξακισχιλίους. κραυγῆς δὲ, ὡς εἰκὸς, ἐν χωρίῳ μικρῷ τοσούτων σφαττομένων φερομένης, καὶ τῶν συγκλητικῶν ἐκπλαγέντων, ὥσπερ ἐτύγχανε λέγων, ἀτρέπτῳ καὶ καθεςηκότι τῷ προσώπῳ, προσέχειν ἐκέλευσεν αὐτοὺς τῷ λόγῳ, τὰ δ' ἔξω γινόμενα μὴ πολυπραγμονεῖν· νουθετεῖσθαι γὰρ, αὐτοῦ κελεύσαντος, ἐνίους τῶν πονηρῶν. τοῦτο καὶ τῷ βραδυτάτῳ Ῥωμαίων νοῆσαι παρέςησεν, ὡς ἀλλαγὴ τὸ χρῆμα τυραννίδος, οὐκ ἀπαλλαγὴ γέγονε. Μάριος μὲν οὖν ἀπ' ἀρχῆς χαλεπὸς ὢν, ἐπέτεινεν, οὐ μετέβαλε τῇ ἐξουσίᾳ τὴν φύσιν. Σύλλας δὲ, μετρίως τὰ πρῶτα καὶ πολιτικῶς ὁμιλήσας τῇ τύχῃ, καὶ

contendit, vbi diluxit, Antemnam: quo quum tria millia misissent ad eum legatos ad veniam petendam, promisit eis impunitatem, si aliquid cladis intulissent caeteris hostibus, atque ita ad se commeassent. Qui, habita fide, reliquos sunt adorti, atque magna caedes exstitit se mutuo conficientium. Nihilominus, et his, et quotquot essent ex aliis superstites, ad sex millia in circo maximo coactis, senatum in aedem Bellonae indixit. Simul atque dicere instituit, trucidauerunt, quibus id demandatum erat, illa sex millia. Vociferatione, scilicet a tanta multitudine, quae loco angusto iugulabatur, elata, et patribus attonitis, eodem, quo dicebat, immoto et constanti vultu aduertere patres animum iussit iis, quae loquebatur, neque curare, quid geretur foris: nonnullos improbos iussu suo castigari. Id vel stupidissimum Romanorum docuit intelligere mutationem factam, non liberationem tyranni. Ac Marius quidem, qui a prima aetate acerbus fuerat, intendit, non inuertit, potestate ingenium. Sylla vero, qui moderate tulerat initio et ciuiliter fortunam, existimationemque

δόξαν ἀριστοκρατικοῦ καὶ δημωφελοῦς ἡγεμόνος παρασχὼν, ἔτι δὲ καὶ Φιλόγελως ἐκ νέου γενόμενος, καὶ πρὸς οἶκτον ὑγρὸς, ὥστε ῥᾳδίως ἐπιδακρύειν, εἰκότως προσετρίψατο ταῖς μεγάλαις ἐξουσίαις διαβολὴν, ὡς τὰ ἤθη μένειν οὐκ ἐώσαις ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς τρόπων, ἀλλ' ἔμπληκτα καὶ χαῦνα καὶ ἀπάνθρωπα ποιούσαις. τοῦτο μὲν οὖν, εἴτε κίνησίς ἐστι καὶ μεταβολὴ φύσεως ὑπὸ τύχης, εἴτε μᾶλλον ὑποκειμένης ἀποκάλυψις ἐν ἐξουσίᾳ κακίας, ἑτέρα τις ἂν διορίσειε πραγματεία.

31. Τοῦ δὲ Σύλλα πρὸς τὸ σφάττειν τραπομένου, καὶ φόνων, οὔτ' ἀριθμὸν, οὔθ' ὅρον ἐχόντων, ἐμπιπλάντος τὴν πόλιν, ἀναιρουμένων πολλῶν καὶ κατ' ἰδίας ἔχθρας, οἷς οὐδὲν ἦν πρᾶγμα πρὸς Σύλλαν, ἐφιέντος αὐτοῦ καὶ χαριζομένου τοῖς περὶ αὐτὸν, ἐτόλμησε τῶν νέων εἷς, Γάϊος Μέτελλος, ἐν τῇ συγκλήτῳ τοῦ Σύλλα πυθέσθαι, τί πέρας ἔσται τῶν κακῶν, καὶ ποῖ προελθόντος αὐτοῦ, δεῖ πεπαύσεσθαι τὰ γινόμενα προσδοκᾶν; Παραιτούμεθα γὰρ, εἶπεν, οὐχ οὓς σὺ ἔγνωκας ἀναιρεῖν, τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ τῆς ἀμφιβολίας, οὓς ἔγνωκας σώζειν. ἀποκρινα-

nemque dederat principis optimatum reique publicae ſtudioſi, inſuper ad riſum a iuuentute propenſus, et promtus ad miſericordiam fuerat, vt facile ei lacrymae manarent; merito hanc inuſſit magnae potentiae maculam, mores eam non pati in priore haerere ſtatu, ſed vecordes, arrogantes, et inhumanos reddere. Siue autem motio ea ſit et conuerſio a fortuna naturae, an inſitae potius prauitatis in potentia detectio, alterius ſit commentationis diſceptare.

Poſtquam Sylla ad mactandum conuertit ſe, caedibuſque inundauit vrbem infinitis et immenſis, dum multi etiam ex priuatis ſimultatibus, quibuſcum nihil Syllae intercedebat, concedente eo et conniuente in gratiam ſuorum, obtruncantur; vnus ex iuuentute, C. Metellus, auſus fuit in ſenatu ex Sylla percunctari, quis tandem eſſet malorum futurus finis, et quouſque progreſſum iſtis factis exſpectarent temperaturum. Deprecamur enim (inquit) non eorum, quos tu tollere deliberaſti, ſupplicia, ſed dubitationem eorum, quos ſtatuiſti conſeruare. Vbi Sylla reſpon-

μένȣ δὲ τȣ̃ Σύλλα, μηδέπω γινώσκειν, ὃς ἀφίησιν· ὑπολαβὼν ὁ Μέτελλος· Οὐκȣ̃ν, ἔφη, δήλωσον, ὃς μέλλεις [34] κολάζειν. καὶ ὁ Σύλλας ἔφη τȣ̃το ποιήσειν. ἔνιοι δ' ȣ̓ τὸν Μέτελλον, ἀλλ' Ἀφίδιόν τινα τῶν πρὸς χάριν ὁμιλȣ́ντων τῷ Σύλλᾳ, τὸ τελευταῖον εἰπεῖν λέγȣσιν. ὁ δ' ȣ̓̃ν Σύλλας εὐθὺς ὀγδοήκοντα προέγραψεν [35], ȣ̓δενὶ τῶν ἐν τέλει κοινωσάμενος. ἀγανακτȣ́ντων δὲ πάντων, μίαν ἡμέραν διαλιπὼν, ἄλλȣς προέγραψεν εἴκοσι καὶ διακοσίȣς, εἶτα τρίτῃ πάλιν ȣ̓κ ἐλάττȣς. ἐπὶ δὲ τȣ́τοις δημηγορῶν [36], εἶπεν, ὅσȣς μεμνημένος [37] τυγχάνει προγράφειν· τȣ̀ς δὲ νῦν διαλανθάνοντας αὖθις προγράψειν. προέγραφε [38] δὲ τῷ μὲν ὑποδεξαμένῳ καὶ διασώσαντι τὸν προγεγραμμένον, ζημίαν τῆς φιλανθρωπίας ὁρίζων θάνατον, ȣ̓κ ἀδελφὸν, ȣ̓χ υἱὸν, ȣ̓ γονεῖς ὑπεξελόμενος· τῷ δ' ἀποκτείναντι γέρας δύο τάλαντα τῆς ἀνδροφονίας, κἂν δȣ̃λος δεσπότην, κἂν πατέρα υἱὸς ἀνέλῃ.

reſpondit, nondum certum ſe eſſe, quos eſſet incolumes relicturus: excipiens Metellus: Quin igitur (inquit) expromis, quos velis punire? Id oſtendit ſe ille facturum. Sunt, qui non Metellum, ſed vnum ex adulatoribus eius ferant, Aufidium, hoc poſtremum dixiſſe. Igitur Sylla e veſtigio, re cum nemine ex magiſtratibus communicata, proſcripſit octoginta. Omnibus id indigne ferentibus, alios vno interiecto die ducentos viginti, mox tertio adiunxit rurſus non pauciores. Adiecit pro concione, eos, quorum meminiſſet, ſe proſcripſiſſe: qui ipſum nunc fugerent, proſcripturum deinceps. Adſcripſit ei, qui recepiſſet et ſeruaſſet proſcriptum, mulctam ſe humanitatis capitalem ſancire. Nec fratrem, vel filium, vel parentes excepit. Percuſſori praemium caedis bina talenta, etiamſi ſeruus dominum, etiamſi genitorem interfeciſſet filius. Quod

34 Iuntina, ſed ſola, vitioſe dat μένεις.

35 hic et verſu 8. vitioſe dant Iunt. et Ald. προσέγρ.

36 Sic etiam Ald, verum in Iunt. eſt δημέρεν'.

37 μεμνημένȣς dant Iunt. et Ald. vitioſe.

38 Sic, in imperfecto, dant Iunt. et Ald. vulgatae dant προέγραψε.

 39 Μέ-

ὃ δὲ πάντων ἀδικώτατον ἔδοξε, τῶν γὰρ προγεγραμμένων ἠτίμωσε καὶ υἱὲς καὶ υἱωνὲς, καὶ τὰ χρήματα πάντων ἐδήμευσε. προεγράφοντο δ' ὲκ ἐν Ῥώμῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ πόλει τῆς Ἰταλίας· καὶ φονευομένων ὔτε ναὸς ἦν καθαρὸς θεὲ, ὔτε ἑςία ξένιος, ὔτ' οἶκος πατρῷος, ἀλλὰ καὶ παρὰ γυναιξὶ γαμεταῖς ἄνδρες ἐσφάττοντο, καὶ παρὰ μητράσι παῖδες. ἦσαν δ' οἱ δι' ὀργὴν ἀπολλύμενοι καὶ δι' ἔχθραν ὲδὲν μέρος τῶν διὰ χρήματα σφαττομένων. ἀλλὰ καὶ λέγειν ἐπῄει τοῖς κολάζεσιν, ὡς τόνδε μὲν ἀνῄρηκεν οἰκία μεγάλη, τόνδε δὲ κῆπος, ἄλλον ὕδατα θερμά. Κόϊντος δ' Αὐρήλιος, ἀνὴρ ἀπράγμων, καὶ τοσῦτον αὐτῷ μετεῖναι τῶν κακῶν νομίζων, ὅσον ἄλλοις συναλγεῖν ἀτυχῦσιν, εἰς ἀγορὰν ἐλθὼν, ἀνεγίνωσκε τὲς προγεγραμμένες· εὑρὼν δὲ ἑαυτὸν· Οἴμοι τάλας, εἶπε· διώκει με τὸ ἐν Ἀλβανῷ χωρίον. καὶ βραχὺ προελθὼν, ὑπό τινος ἀπεσφάγη καταδιώξαντος.

32. Ἐν τέτῳ δὲ Μάριος μὲν ἁλισκόμενος ἑαυτὸν διέφθειρε· Σύλλας δ' εἰς Πραινεςὸν ἐλθὼν, πρῶτα μὲν ἰδίᾳ κατ' ἄνδρα κρίνων ἐκόλαζεν, εἶτα, ὡς ὲ σχολῆς

Quod vero omnium eſt viſum iniquiſſimum. notauit proſcriptorum liberos nepoteſque infamia, omniumque publicauit bona. Proſcribebantur autem non Romae modo, ſed et per omnes Italiae vrbes. Nullius templum dei a caede erat inuiolatum, non penates hoſpitales, non domus paterna, ſed in ſinu coniugum viri, in ſinu matrum iugulabantur filii. Atque eorum, qui ex ira, vel odio, necabantur, exiguus numerus erat prae illis, qui bonorum cauſa tollebantur. Immo ſubinde dicebant homicidae: Hunc occiderunt amplae aedes, illum horti, alium aquae calidae. Quintus Aurelius, vir quietus, atque hactenus illa mala pertinere ad ſe arbitratus, quod aliorum doleret infortunia, quum in forum veniſſet, legit proſcriptos, ac reperto nomine ſuo: Vae miſero mihi, inquit, fundus mihi Albanus procurat necem, paulumque progreſſus quum eſſet, a quodam, qui inſequebatur eum, eſt interemtus.

Dum haec aguntur, Marius filius, quum iamiam comprehenderetur, conſciuit ſibi necem. Sylla Praeneſte profectus, animaduertit primum cauſa cognita in ſingulos, deinde, quaſi non vacaret,

ϰσης, πάντας ἀθρόως εἰς ταὐτὸ συναγαγὼν, μυρίους καὶ δισχιλίους ὄντας, ἐκέλευσεν ἀποσφάττειν, μόνῳ τῷ ξένῳ διδοὺς ἄδειαν. ὁ δ', εὐγενῶς πάνυ φήσας πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐδέποτε σωτηρίας χάριν εἴσεται τῷ φονεῖ τῆς πατρίδος, ἀναμιχθεὶς ἑκὼν συγκατεκόπη τοῖς πολίταις. ἔδοξε δὲ καινότατον γενέσθαι τὸ περὶ Λεύκιον Κατιλίναν. οὗτος γὰρ, οὔπω τῶν πραγμάτων κεκριμένων, ἀνῃρηκὼς ἀδελφὸν, ἐδεήθη τοῦ Σύλλα τότε προγράψαι τὸν ἄνθρωπον, ὡς ζῶντα· καὶ προσεγράφη. τούτου δὲ τῷ Σύλλᾳ χάριν ἐκτίνων, Μάρκον τινὰ Μάριον τῶν ἐκ τῆς ἐναντίας στάσεως ἀποκτείνας, τὴν μὲν κεφαλὴν ἐν ἀγορᾷ καθεζομένῳ τῷ Σύλλᾳ προσήνεγκε, τῷ δὲ περιῤῥαντηρίῳ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς ὄντι προσελθὼν, ἀπενίψατο τὰς χεῖρας.

33. Ἔξω δὲ τῶν φονικῶν καὶ τὰ λοιπὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐλύπει. δικτάτωρα μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε, δι' ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι τοῦτο τὸ γένος τῆς ἀρχῆς ἀναλαβών. ἐψηφίσθη δ' αὐτῷ πάντων ἄδεια τῶν γεγονότων· πρὸς δὲ τὸ μέλλον, ἐξουσία θανάτου, δημεύσεως, κληρουχιῶν,

caret, cunctos vno in loco contractos, ad duodecim millium numerum, confici iussit. Vni hospiti concessit incolumitatem. Qui sane quam generose dixit ei, nunquam se patriae suae homicidae gratias acturum de salute sua. Ita immiscuit vltro se cateruae ciuium, vnaque cum illis trucidatus est. Indignissimum autem Lucii Catilinae visum est facinus. Hic, quum sustulisset, rebus nondum decretis, fratrem, rogauit Syllam tunc, vt quasi incolumem proscriberet: et proscriptus fuit. Hanc ob rem vt Syllae gratiam referret, M. quendam Marium ex aduersa factione occidit, caputque ad sedentem in foro Syllam retulit. Inde ad amulam se Apollinis propinquam contulit, ac manus abluit.

Porro extra neces erant reliqua quoque hominibus odiosa. Dictatorem enim se ipse renunciauit, eumque magistratum ab annis centum viginti assumsit. Omnium praeteritorum data ei fuit ex lege impunitas, in futurum autem ius necis, publicationis bonorum, coloniarum deducendarum, vrbium con-

κτίσεως, πορθήσεως, ἀφελέσθαι βασιλείαν, καὶ ᾧ βȣ́λοιτο χαρίσασθαι. τὰς δὲ διαπράσεις τῶν δεδημευμένων οἴκων ȣ̃τως ὑπερηφάνως ἐποιεῖτο καὶ δεσποτικῶς, ἐπὶ βήματος καθεζόμενος, ὥστε τῶν ἀφαιρέσεων ἐπαχθεστέρας αὐτȣ̃ τὰς δωρεὰς εἶναι, καὶ γυναιξὶν εὐμόρφοις, καὶ λυρῳδοῖς καὶ μίμοις, καὶ καθάρμασιν ἐξελευθερικοῖς ἐθνῶν χώρας καὶ πόλεων χαριζομένȣ προσόδȣς, ἐνίοις δὲ γάμȣς ἀκȣσίως ζευγνυμένων γυναικῶν. Πομπήϊον γέ τοι βȣλόμενος οἰκειώσασθαι τὸν Μάγνον, ἣν μὲν εἶχε γαμετὴν ἀφεῖναι προσέταξεν· Αἰμιλίαν δὲ, Σκαύρȣ θυγατέρα καὶ Μετέλλης τῆς ἑαυτȣ̃ γυναικὸς, ἀποσπάσας Μάγνȣ [39] Γλαβρίωνος [40], ἐγκύμονα συνῴκισεν αὐτῷ· ἀπέθανε δ' ἡ κόρη παρὰ τῷ Πομπηΐῳ τίκτȣσα. Λȣκρητίȣ δ' Ὀφέλλα, τȣ̃ Μάριον ἐκπολιορκήσαντος, αἰτȣμένȣ καὶ μετιόντος ὑπατείαν, πρῶτον μὲν ἐκώλυεν· ὡς δ' ἐκεῖνος ὑπὸ πολλῶν σπȣδαζόμενος εἰς τὴν ἀγορὰν ἐνέβαλε, πέμψας

dendarum et diruendarum, ius regna auferendi et pro libito condonandi. Haſtam bonorum publicatorum adeo ſuperbe et tyrannice ſedens pro roſtris exercuit, vt ereptionibus eius grauiores eſſent condonationes; qui venuſtis mulieribus, lyricinibus, hiſtrionibus, et ſceleſtis libertis, gentium agros et ciuitatum concederet vectigalia, nonnullis nuptias, inuitis ad connubia adactis foeminis. Pompeium quidem Magnum quum conglutinare ſibi vellet propinquitate, cum vxore, quam habebat, imperauit ei, vt nuptias dirimeret, eique Aemiliam, Scauri et Metellae vxoris ſuae filiam, quam a M. Glabrione abduxit, collocauit praegnantem: verum illa eſt apud Pompeium ex partu mortua. Quum Lucretius Ofella, qui Marium expugnauerat, conſulatum peteret et ambiret, vetuit ei primum. Vbi ille multorum gratia ſubnixus deſcendit in forum, miſit vnum

39 Μάγνȣ] Recte Anon. et Mur. Μανίȣ. Mendoſam eſſe vulgatam viderat iam H. Steph. [H. Stephani verba haec ſunt: Vox Μάγνȣ ex Μανίȣ detorta eſſe videtur, aut Μαρίȣ, et occaſionem errori praebuiſſe accuſatiuus praecedens Μάγνον.]

40 Λαβρίωνος dant Iunt. et Ald. vnde Λαβεῶνος quoque poſſit effici.

41 voc.

τινὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἑκατοντάρχων, ἀπέσφαξε τὸν ἄνδρα, καθεζόμενος αὐτὸς [41] ἐπὶ βήματος ἐν τῷ Διοσκουρείῳ, καὶ τὸν φόνον ἐφορῶν ἄνωθεν. τῶν δ' ἀνθρώπων τὸν ἑκατοντάρχην συλλαβόντων, καὶ προσαγαγόντων τῷ βήματι, σιωπῆσαι κελεύσας τοὺς θορυβοῦντας, αὐτὸς ἔφη κελεῦσαι τοῦτο, καὶ τὸν ἑκατοντάρχην ἀφεῖναι προσέταξεν.

34. Ὁ μέντοι θρίαμβος αὐτοῦ τῇ πολυτελείᾳ καὶ καινότητι τῶν βασιλικῶν λαφύρων σοβαρὸς γενόμενος, μείζονα κόσμον ἔσχε καὶ καλὸν θέαμα, τοὺς φυγάδας. οἱ γὰρ ἐνδοξότατοι καὶ δυνατώτατοι τῶν πολιτῶν ἐστεφανωμένοι παρείποντο, σωτῆρα καὶ πατέρα τὸν Σύλλαν ἀποκαλοῦντες, ἅτε δὴ δι' ἐκεῖνον εἰς τὴν πατρίδα κατιόντες, καὶ κομιζόμενοι παῖδας καὶ γυναῖκας. ἤδη δὲ συνηρημένων ἁπάντων, ἀπολογισμὸν ἐν ἐκκλησίᾳ τῶν πράξεων ποιούμενος, οὐκ ἐλάσσονι σπουδῇ τὰς εὐτυχίας, ἢ τὰς ἀνδραγαθίας, κατηριθμεῖτο· καὶ πέρας ἐκέλευσεν

vnum ex centurionibus, quibus ſeptus erat, ad eum interficiendum, ac ſedens pro tribunali in Caſtoris ſpectauit ipſe ex edito caedem. Centurionem arripuerunt ciues ſtatueruntque ad tribunal eius. Quibus ſilere tumultuantibus iuſſit, et ſe id ait mandaſſe, ac centurionem imperauit dimitti.

At triumphus eius, magnificentia et raritate manubiarum regiarum grandis, maiorem ſpeciem et pulchrum ſpectaculum praebuit exſulum cauſa. Siquidem clariſſimi viri et principes ciuitatis ſequuti ſunt coronati currum Syllae, ſeruatorem et parentem eum appellantes, quod illius beneficio eſſent in patriam reduces, liberoſque et coniuges reciperent. Tranſacto triumpho, rerum ſuarum geſtarum reddens pro concione rationem, non minore ſtudio, quae feliciter ſibi eueniſſent, quam quae fortiter feciſſet, recenſuit, et ad extremum iuſſit hac de cauſa

41 voc. αὐτὸς e Iuntina et Ald. addidi. quamquam vtique conuenientius ſtaret pone ἐφορῶν.

ἑαυτὸν[42] ἐπὶ τούτοις Εὐτυχῆ προσαγορεύεσθαι. τοῦτο γὰρ ὁ Φῆλιξ βούλεται μάλιστα δηλοῦν. αὐτὸς δὲ τοῖς Ἕλλησι γράφων καὶ χρηματίζων, ἑαυτὸν Ἐπαφρόδιτον ἀνηγόρευε. καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς τροπαίοις οὕτως ἀναγέγραπται· ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΣΥΛΛΑΣ ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΣ. ἔτι δὲ τῆς Μετέλλης παιδία τεκούσης δίδυμα, τὸ μὲν ἄῤῥεν Φαῦστον, τὸ δὲ θῆλυ Φαῦσταν ὠνόμασε. τὸ γὰρ εὐτυχὲς καὶ ἱλαρὸν Ῥωμαῖοι Φαῦστον καλοῦσιν. οὕτω δ' ἄρα οὐ ταῖς πράξεσιν, ὡς τοῖς εὐτυχήμασιν, ἐπίστευεν, ὥστε, παμπόλλων μὲν ἀνῃρημένων ὑπ' αὐτοῦ, καινοτομίας δὲ γενομένης καὶ μεταβολῆς ἐν τῇ πόλει τοσαύτης, ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸν δῆμον ἀρχαιρεσιῶν ὑπατικῶν ποιῆσαι κύριον· αὐτὸς δὲ μὴ προσελθεῖν, ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα παρέχων τοῖς βουλομένοις ὑπεύθυνον, ὥσπερ ἰδιώτης ἀναστρέφεσθαι. καί τις παρὰ γνώμην αὐτοῦ, θρασὺς ἀνὴρ καὶ πολέμιος, ἐπίδοξος ἦν ὕπατος αἱρεθήσεσθαι, Μάρκος Λέπιδος, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ Πομπηΐῳ σπουδάζοντι καὶ δεομένῳ τοῦ δήμου χαριζομένου. διὸ καὶ χαίροντα τῇ νίκῃ τὸν Πομπήϊον ὁ Σύλλας

causa nominari se Felicem. Graecis quum scriberet, vel responderet, Epaphroditum, id est Veneri gratum, appellabat se. Atque in tropaeis apud nos in hunc modum est nomen eius perscriptum: L. CORNELIVS SYLLA EPAPHRODITVS. Ad haec quum geminos Metella edidisset, filium Faustum, filiam vocauit Faustam. Ita enim res laetas Romani exprimunt. Adeo autem non ita rebus gestis, vt felicitate, nitebatur, vt, permultis ab eo necatis, tam multis in republica innouatis mutatisque, abdicauerit se dictatura, et ius consulum creandorum populo reddiderit, neque interfuerit ipse comitiis, sed in foro corpus cuilibet praebens ad iniuriam opportunum priuati modo versaretur. Aduertit, quendam praeter sententiam suam, audacem hominem et hostem suum, consulem designari, M. Lepidum, non per se, sed fauore populari ob Pompeium eius studiosum et pro eo prensantem. Quare, quum exsultantem victoria videret Pom-

peium

42 ἐνιαυτὸν tacito auctore.

43 ὑπ'.

ἰδὼν ἀπιόντα, καλέσας πρὸς ἑαυτὸν· Ὡς καλὸν, ἔφη, τοῦ τὸ πολίτευμα, ὦ νεανία, τὸ Κάτλου πρότερον ἀναγορεῦσαι Λέπιδον, τοῦ πάντων ἀρίστου, τὸν ἐμπληκτικώτατον. ὥρα μέντοι σοι μὴ καθεύδειν, ὡς ἰσχυρότερον πεποιηκότι κατὰ σεαυτοῦ τὸν ἀνταγωνιστήν. Τοῦτο μὲν οὖν ὁ Σύλλας ὥσπερ ἀπεθέσπισε· ταχὺ γὰρ ἐξυβρίσας ὁ Λέπιδος, εἰς πόλεμον κατέστη τοῖς περὶ τὸν Πομπήϊον.

35. Ἀποθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης ὁ Σύλλας τῷ Ἡρακλεῖ δεκάτην, ἑστιάσεις ἐποιεῖτο τῷ δήμῳ πολυτελεῖς· καὶ τοσοῦτον περιττὴ ἦν ἡ παρασκευὴ τῆς χρείας, ὥστε παμπληθῆ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὸν ποταμὸν ὄψα ῥιπτεῖσθαι, πίνεσθαι δ' οἶνον ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ παλαιότερον. διὰ μέσου δὲ τῆς θοίνης πολυημέρου γενομένης, ἀπέθνησκεν ἡ Μετέλλα νόσῳ· καὶ τῶν ἱερέων τὸν Σύλλαν οὐκ ἐώντων αὐτῇ προσελθεῖν, οὐδὲ τὴν οἰκίαν τῷ κήδει μιανθῆναι, γραψάμενος διάλυσιν τοῦ γάμου πρὸς αὐτὴν ὁ Σύλλας, ἔτι ζῶσαν ἐκέλευσεν εἰς ἑτέραν οἰκίαν μετακομισθῆναι. καὶ τοῦτο μὲν ἀκριβῶς τὸ νόμιμον ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐτήρησε· τὸν δὲ τῆς ταφῆς ὁρίζοντα τὴν δαπάνην νόμον αὐτὸς παρεισενηνοχὼς παρέβη, μηδενὸς

peium Sylla, accersiuit digredientem, dixitque: Praeclaram vero rem, adolescens, gessisti, qui priorem Catulo Lepidum, omnium optimo stolidissimum fecisti consulem. At tu fac vigiles, quum in teipsum effeceris aduersarium tuum valentiorem. Sane illud Sylla quasi vaticinatus est. Breui enim oppugnauit in insolentiam erumpens Lepidus Pompeium.

Patrimonii sui vniuersi consecrans Sylla Herculi decimam, praebuit splendidum epulum populo, tantoque exuberantior usu apparatus fuit, vt quotidie magna copia cibariorum in amnem proiiceretur, vinum diffunderet quadraginta annis vetustius. Medio hoc epulo, quod multorum fuit dierum, decessit ex morbo Metella. Quia vero vetuerunt sacerdotes ei illam adire, vel funere domum eius pollui, misit ei libellum repudii Sylla, iussitque spirantem adhuc in aliud domicilium transferri. Atque hac in re leges curiose ex superstitione seruauit: at legem funerariam, quam tulerat ipse, conuulsit, nullo habito

ἀναλώματος φεισάμενος. παρέβαινε δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς εὐτελείας τῶν δείπνων ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένα, πότοις καὶ συνδείπνοις τρυφὰς καὶ βωμολοχίας ἐχούσι παρηγορῶν τὸ πένθος. ὀλίγων δὲ μηνῶν διαγενομένων, ἦν μὲν θέα μονομάχων· οὔπω δὲ τῶν τόπων διακεκριμένων, ἀλλ' ἔτι τοῦ θεάτρου συμμιγοῦς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ὄντος, ἔτυχε πλησίον τοῦ Σύλλα καθεζομένη γυνὴ τὴν ὄψιν εὐπρεπὴς καὶ γένους λαμπροῦ. Μεσσάλα γὰρ ἦν θυγάτηρ, Ὀρτησίου δὲ τοῦ ῥήτορος ἀδελφὴ, Οὐαλερία δὲ τοὔνομα. συνεβεβήκει δ' αὐτῇ νεωστὶ πρὸς ἄνδρα διάστασις. αὕτη περὶ τὸν Σύλλαν ἐξόπισθεν παραπορευομένη, τήν τε χεῖρα πρὸς αὐτὸν ἀπηρείσατο, καὶ κροκίδα τοῦ ἱματίου σπάσασα, παρῆλθεν ἐπὶ τὴν ἑαυτῆς χώραν. ἐμβλέψαντος δὲ τοῦ Σύλλα καὶ θαυμάσαντος· Οὐδὲν, ἔφη, δεινὸν, αὐτοκράτορ· ἀλλὰ βούλομαι τῆς σῆς κἀγὼ μικρὸν εὐτυχίας μεταλαβεῖν· τοῦτ' ἤκουσεν οὐκ ἀηδῶς ὁ Σύλλας, ἀλλὰ καὶ δῆλος εὐθὺς ἦν ὑποκεκνισμένος. ἠρώτα γὰρ ὑποπέμπων αὐτῆς ὄνομα, καὶ γένος καὶ βίον ἐμάνθανεν. ἐκ δὲ τούτων ῥίψεις ὀμμάτων ἐπ' ἀλλήλους [43] ἐγένοντο, καὶ

ſumtus modo. Perrupit item ad leniendum luctum ſumtuarias, quas de conuiuiis et coenis luxu illecebriſque diffluentibus ipſe fixerat. Paucis intercedentibus menſibus, ludi gladiatorii edebantur, nondum diſcretis cuneis, ſed quum in promiſcuo etiam tum viri foeminaeque ſpectarent: ſedebat autem forte prope Syllam eleganti mulier forma et genere illuſtri. Meſſalae filia erat, ſoror Hortenſii oratoris, Valeria nomine, quae nuper forte diuerterat a viro. Ea praeteriens a tergo Syllam, extendit in eum manum, floccoque ex toga eius auulſo, tranſiit in locum ſuum. Quum eam Sylla intueretur miraretur que: Nihil eſt, imperator, (inquit) quod te moueat, ſed cupio ego quoque tantillum conſors fieri felicitatis tuae. Fuit id non ingratum auditu Syllae, verum confeſtim prodidit nonnihil ſe titillatum. Siquidem miſit clanculum certos, per quos nomen, natales, et mores eius diſceret. Hinc oculorum inuicem annictus, aſſiduae ac leues in ſe mutuo vultus

43 ὑπ' ἀλλήλους] Melius Vulcob. ἐπ' ἀλλήλους. quod voluit et codex, ex quo Mur. annotatt. ἐπ' ἀλλήλοις hauſerunt.

44 Μη-

παρεπιστροφαὶ συνεχεῖς προσώπων, καὶ μειδιαμάτων διαδόσεις. τέλος δὲ ὁμολογίαι καὶ συνθέσεις περὶ γάμων, ἐκείνῃ μὲν ἴσως ἄμεμπτοι· Σύλλας δ', εἰ καὶ τὰ μάλιστα σώφρονα καὶ γενναίαν, ἀλλ' οὐκ ἐκ σώφρονος καὶ καλῆς ἔγημεν ἀρχῆς, ὄψει καὶ λαμυρίᾳ μειρακίου δίκην παραβληθεὶς, ὑφ' ὧν τὰ αἴσχιστα καὶ ἀναιδέστατα πάθη κινεῖσθαι πέφυκεν.

36. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταύτην ἔχων ἐπὶ τῆς οἰκίας, συνῆν μίμοις γυναιξὶ, καὶ κιθαριστρίαις, καὶ θυμελικοῖς ἀνθρώποις, ἐπὶ στιβάδων ἀφ' ἡμέρας συμπίνων. οὗτοι γὰρ οἱ τότε παρ' αὐτῷ δυνάμενοι μέγιστον ἦσαν, Ῥώσκιος ὁ κωμῳδὸς, καὶ Σῶριξ ὁ ἀρχιμῖμος, καὶ Μητρόβιος λυσιῳδὸς [44], οὗ, καίπερ ἐξώρου γενομένου, διετέλει μέχρι παν-

vultus conuerſiones, riſuum reciprocationes, ſponſalia denique et pacta connubialia, huic fortaſſe non pudenda. Sylla vero, etſi caſtam alias et inſignem, non ex moderato tamen et honeſto duxit primordio, more adoleſcentis obtutu et leporibus, quibus ſolent foediſſimi et impudentiſſimi excitari animi motus, illectus.

Atqui, quamuis hanc haberet domi, cum mulieribus tamen mimis citharistriiſque et thymelicis viris viuebat, de die cum iis in lectis potans. Hi erant enim illa tempeſtate, qui plurimum apud eum poterant, Roſcius comoedus, Sorex archimimus, et Metrobius lyſiodus: quem, licet exoletum, non diſſimulabat perpe-

44 Μητρόβιος λυσιῳδὸς;] Xylander vertit: *Metrobiusque histrio*: et annotat: Guarinus λυσιῳδὸς *bacchanaliorum cantorem* vertit: nimirum eo (ni fallor) ductus, quod λύσια quaedam ſacra apud Graecos in honorem Bacchi celebrarentur, quorum Suidas meminit. Ego autem Athenaeum ſequor, qui lib. XIV. ex Ariſtoxeno tradit, λυσιῳδὸν vocari eum, qui maſculino habitu mulierum geſtus exprimat: quod ipſum ex Athenaeo Euſtathius in penultimum Vlyſſeae annotauit. *Hiſtrio* autem tametſi generale eſt vocabulum, tamen, quia aliud non eſt in promtu, boni conſulendum opinor. *Cantorem* vertit Amiotus.

45 τῶν

τὸς ἐρᾶν οὐκ ἀρνούμενος. ὅθεν καὶ τὴν νόσον ἀπ' αἰτίας ἐλαφρᾶς ἀρξαμένην ἐξέθρεψε, καὶ πολὺν χρόνον ἠγνόει περὶ τὰ σπλάγχνα γεγονὼς ἔμπυος· ὑφ' ἧς καὶ τὴν σάρκα διαφθαρεῖσαν, εἰς φθεῖρας μετέβαλε πᾶσαν· ὥστε πολλῶν δι' ἡμέρας ἅμα καὶ νυκτὸς ἀφαιρούντων, μηδὲν εἶναι μέρος τοῦ ἐπιγινομένου τὸ ἀποκρινόμενον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐσθῆτα, καὶ λουτρὸν καὶ ἀπόνιμμα καὶ σιτίον ἀναπίμπλασθαι τοῦ ῥεύματος ἐκείνου καὶ τῆς φθορᾶς· τοσοῦτον ἐξήνθει. διὸ πολλάκις τῆς ἡμέρας εἰς ὕδωρ ἐνέβαινεν, ἐκκλύζων τὸ σῶμα καὶ ἀποῤῥυπτόμενος. ἦν δ' οὐδὲν ὄφελος. ἐκράτει γὰρ ἡ μεταβολὴ τῷ τάχει, καὶ περιεγίνετο παντὸς καθαρμοῦ τὸ πλῆθος. λέγεται δὲ, τῶν μὲν πάνυ παλαιῶν, Ἄκαστον φθειριάσαντα τὸν Πελίου τελευτῆσαι, τῶν δὲ ὑστέρων [45], Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιὸν, καὶ Φερεκύ-

perpetuo amare. Vnde etiam morbum aluit ex leui ortum occasione, et perdiu exulcerata viscera sua ignorauit. Hinc putrefactum corpus et in pediculos totum versum, vt, quum multi interdiu et noctu tollerent eos, nulla parte potuerit tamen, quod reiiciebatur, aequare illud, quod succedebat, verum omnes vestes, balneum, pollubrum, cibus illo repleretur fluxu et tabe: adeo suppullulabat. Ideo saepius die ingrediebatur balneum, abluens et abstergens corpus: caeterum nihil proficiebatur. Vincebat enim celeritate conuersio, superabatque copia omnem purgationem. Memorant ex priscis pediculari morbo Acastum Peliae consumtum, ex inferioribus Alcmana poetam, Pherecydem

45 τῶν δὲ ὑστέρων....] In his non comparet Speusippus, quem in suo codice Diogenes Laertius inuenerat; cum sic in eius vita scribat: Πλούταρχος δέ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα, φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτόν. Memoria hoc in loco, vt et in multis aliis, lapsum Diogenem affirmat Menagius. Nihil simile, inquit, in vita Lysandri. Recte: nihil in Lysandri quidem vita, o bone. At in Libro, quo vitas Lysandri et Syllae contexuerat, locus exstat; nempe hic, quem prae manibus habemus; in quo de Speusippo, vt morbo pediculari consumto, aliquid fuisse potuit. Melius monet vir doctus, verba illa φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτὸν, apud Suidam (v. ἔκζεσις) ex illo Diogenis loco

δην [46] τὸν θεολόγον, καὶ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον, ἐν εἱρκτῇ φρουρούμενον· ἔτι δὲ Μούκιον τὸν νομικόν. εἰ δὲ δεῖ καὶ τῶν ἀπ' οὐδενὸς μὲν χρηστοῦ, γνωρίμων δ' ἄλλως, ἐπιμνησθῆναι, λέγεται τὸν ἄρξαντα τοῦ δουλικοῦ πολέμου περὶ Σικελίαν δραπέτην, Εὔνουν ὄνομα, μετὰ τὴν ἅλωσιν εἰς Ῥώμην ἀγόμενον, ὑπὸ φθειριάσεως ἀποθανεῖν.

37. Ὁ δὲ Σύλλας οὐ μόνον προέγνω τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ καὶ γέγραφε περὶ αὐτῆς. τὸ γὰρ εἰκοστὸν καὶ δεύτερον τῶν ὑπομνημάτων πρὸ δυεῖν ἡμερῶν, ἢ ἐτελεύτα, γράφων ἐπαύσατο· καί φησι, τοὺς τε Χαλδαίους αὐτῷ προειπεῖν, ὡς δέοι βεβιωκότα καλῶς αὐτὸν ἐν ἀκμῇ τῶν εὐτυχημάτων καταστρέψαι. λέγει δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τεθνηκότα μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς Μετέλλης φανῆναι κατὰ τοὺς ὕπνους, ἐν ἐσθῆτι φαύλῃ παρεστῶτα, καὶ δεόμενον τοῦ πατρὸς παύσασθαι τῶν φροντίδων

dem theologum, et Olynthium Callisthenem, dum in vinculis fuit, Mucium praeterea iurisconsultum. Quod si istos quoque, qui nulla quidem virtute, nobilitati sunt tamen, commemorare oportet: fama est, eum, qui bellum seruile mouit in Sicilia, fugitiuum, Eunum nomine, postquam attractus Romam captiuus est, morbo pediculari absumtum.

Porro Sylla non tantum praeuidit fatum suum, verum etiam de eo aliquatenus scripsit. Siquidem vigesimo secundo commentario biduo, antequam decessit, extremam manum imposuit, ac praedixisse ait sibi Chaldaeos, vbi praeclare vixisset, in flore se felicitatis excessurum. Narrat etiam, filium suum, qui paulo ante Metellam obierat, visum per somnum obsoleta in veste sibi assistere, patremque orasse, deponeret solicitu-

eo allegari; quod Kusterum fugit. Alibi (ad Platonis vitam) locum ex Photii Bibl. huc facientem describit. Ibi enim tres viri memorantur, qui hocce morbo perierunt, Acastus, Pherecydes, et Sylla.

46 Φερεκύδην] Vide Diog. Laert. qui supremam ipsius ea ipsa de re epistolam posteris seruauit. Fugit hic Plutarchi locus Menagium. De Callisthene vide IV. 76, 10. *Moses Dusoul.*

47 τὰς

τίδων, ἰόντα δὲ σὺν αὐτῷ παρὰ τὴν μητέρα Μετέλλαν, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμόνως ζῆν μετ' αὐτῆς. ἐ μὴν ἐπαύσατό γε τοῦ πράττειν τὰ δημόσια. δέκα μὲν γὰρ ἡμέρας ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς, τοὺς ἐν Δικαιαρχίᾳ [47] στασιάζοντας διαλλάξας, νόμον ἔγραψεν αὐτοῖς, καθ' ὃν πολιτεύσονται. πρὸ μιᾶς δὲ ἡμέρας, πυθόμενος τὸν ἄρχοντα Γράνιον, ὡς ὀφείλων δημόσιον χρέος οὐκ ἀποδίδωσιν, ἀλλ' ἀναμένει τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, μετεπέμψατο τὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ δωμάτιον· καὶ περιστήσας τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσε πνίγειν, τῇ δὲ κραυγῇ καὶ τῷ σπαραγμῷ τὸ ἀπόστημα ῥίψας [148], πλῆθος αἵματος ἐξέβαλεν. ἐκ δὲ τούτου τῆς δυνάμεως ἐπιλιπούσης, διαγαγὼν τὴν νύκτα μοχθηρῶς, ἀπέθανε, δύο παῖδας ἐκ τῆς Μετέλλης νηπίους καταλιπών. ἡ γὰρ Οὐαλερία μετὰ τὴν τελευ-

licitudines, pergeretque fecum ad matrem Metellam: ibi quiete cum illa in otio victurum. Ab negotiis publicis tamen non abstitit: quippe decem ante exitum diebus, quum Puteolanorum dissensiones composuisset, scripsit iis leges, quibus rempublicam moderarentur. Pridie nunciato, Granium, qui magistratum gerebat, reipublicae quod debebat non exsoluere, sed diem suum supremum exspectare, acciuit eum in cubiculum, vbi ministris suis circumfusum praecepit strangulari. Inter vociferationem et corporis iactationem dirupta vomica vim magnam profudit sanguinis. Hinc viribus defectus, nocte per grauem cruciatum transacta, vitam reddidit. Liberos reliquit duos ex Metella infantes. Nam Valeria post excessum eius

47 τοὺς ἐν Δικαιαρχίᾳ] Xylander vertit: *Dicaearchensium*: et annotat: id est *Puteolanorum*. Id et Guarinus extulit, et Plinius testatur cap. 5. lib. III. et Appianus saepe, praesertim etiam lib. V. Bell. ciuil. Puteolos ita appellat. Puteolis autem mortuus est Sylla: auctor de viris illustribus. Hactenus *Xylander*. De hac vrbe, quam Romani Puteolos vocant, vide Strab. L. V. p. 245. C. *Moses Dusoul.*

148 τὸ ἀπόστημα ῥίψας] Haud facile admissuros postremam vocem Medicos arbitror. Ego ῥήξας legi debere existimo. Vide ῥῆξις, in Oeconomia Hippocratis. In nostro (447, 8.) ῥήξει τοῦ κέρως. et IV. 346, 19. cum Nota. *Moses Dusoul.*

τὴν αὐτȣ̃, θυγάτριον ἀπεκύησεν, ὃ Ποςȣ̃μαν ἐκάλȣν. τȣ̀ς γὰρ ὕςερον τῆς τῶν πατέρων τελευτῆς γενομένȣς ὅτω Ῥωμαῖοι προσαγορεύȣσιν.

38. Ὥρμησαν μὲν ȣ̃ν πολλοὶ καὶ συνέςησαν πρὸς Λέπιδον, ὡς εἴρξοντες τὸ σῶμα κηδείας τῆς νενομισμένης. Πομπήϊος δὲ, καίπερ ἐγκαλῶν τῷ Σύλλᾳ, (μόνον γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς διαθήκαις τῶν φίλων παρέλιπε) τȣ̀ς μὲν χάριτι καὶ δεήσει, τȣ̀ς δ᾽ ἀπειλῇ διακρȣσάμενος, εἰς Ῥώμην παρέπεμψε τὸ σῶμα, καὶ ταῖς ταφαῖς ἀσφάλειαν ἅμα καὶ τιμὴν παρέσχε. λέγεται δὲ, τοσȣ̃τον πλῆθος ἀρωμάτων ἐπενεγκεῖν τὰς γυναῖκας αὐτῷ, ὥςε, ἄνευ τῶν ἐν φορήμασι δέκα καὶ διακοσίοις διακομιζομένων, πλασθῆναι μὲν εἴδωλον εὐμέγεθες αὐτȣ̃ Σύλλα, πλασθῆναι δὲ καὶ ῥαβδȣ̃χον ἔκ τε λιβανωτȣ̃ πολυτελȣ̃ς καὶ κιναμώμȣ. τῆς δὲ ἡμέρας συννεφȣ̃ς ἕωθεν ȣ̈σης, ὕδωρ ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ προσδοκῶντες, ἐννάτης ἦραν μόλις ὥρας τὸν νεκρόν. ἀνέμȣ δὲ λαμπρȣ̃ καταιγίσαντος εἰς τὴν πυρὰν, καὶ φλόγα πολλὴν ἐγείραντος, ἔφθη τὸ σῶμα συγκομισθέν· ὅσον δ᾽ ἤδη τῆς πυρᾶς μαραινομένης, καὶ

eius edidit filiolam, quam appellauerunt Posthumiam. Qui enim post patrum fata nati sunt, hos vocant Romani Posthumos.

Porro conspirauerunt multi partes Lepidi secuti, vt priuarent iustis exsequiarum corpus Syllae: verum Pompeius, quamuis offensus Syllae, (solum enim amicorum tabulis praeterierat) partim gratia, partim precibus, minis etiam nonnullos summouit, corpusque Romam est prosequutus, ac tribuit funeri pariter securitatem et honorem. Ferunt, eum vi tanta aromatum fuisse a foeminis cumulatum, vt, praeter illata decem et ducentis ferculis, simulacrum ipsius Syllae grande fictum fuerit, fictum etiam lictoris ex pretioso thure et cinamomo. Quum esset a prima luce nubilum coelum, quia exspectabant imbrem, non nisi nona hora extulerunt cadauer. Tum vento increbrescente et delato in rogum, flammamque excitante luculentam, tanto prius combustum corpus fuit, quatenus, rogo iam tabescente atque igne

τοῦ πυρὸς ἀπιόντος, ἐκχυθῆναι πολὺν ὄμβρον καὶ κατασχεῖν ἄχρι νυκτός· ὥστε τὴν τύχην αὐτοῦ δοκεῖν τὸ σῶμα συνθάπτειν παραμένουσαν. τὸ μὲν οὖν μνημεῖον ἐν τῷ πεδίῳ τοῦ Ἄρεώς ἐστι· τὸ δὲ ἐπίγραμμα φασὶν αὐτὸν ὑπογραψάμενον καταλιπεῖν, οὗ κεφάλαιόν ἐστιν, ὡς οὔτε τῶν φίλων τις αὐτὸν εὖ ποιῶν, οὔτε τῶν ἐχθρῶν κακῶς, ὑπερεβάλετο.

igne emoriente; excuſſa eſt larga pluuia, quae ad noctem vſque tenuit. Ita perpetua felicitas eum etiam funere peragendo eſt comitata. Exſtat monumentum eius in campo Martio. Epigramma autem perhibent delineatum ipſum reliquiſſe, cuius eſt ſumma, A nemine ſe amicorum benefactis, vel inimicorum malefactis ſuperatum.

COMPA-

COMPARATIO LYSANDRI CVM SVLLA.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν τούτου διεληλύθαμεν βίον, ἴωμεν ἤδη πρὸς τὴν σύγκρισιν. τὸ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῶν [1] αὐξήσεως ἀρχὴν λαβοῦσι μεγάλοις γενέσθαι, κοινὸν ἀμφοτέροις ὑπῆρξεν· ἴδιον δὲ Λυσάνδρου, τὸ βουλομένων τῶν πολιτῶν καὶ ὑγιαινόντων ὅσας ἔσχεν ἀρχὰς λαβεῖν, βιάσασθαι δὲ μηδὲν ἀκόντων, μηδ' ἰσχῦσαι παρὰ τοὺς νόμους.

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς·

ὥσπερ ἐν Ῥώμῃ τότε, διεφθαρμένου τοῦ δήμου, καὶ νοσοῦντος αὐτοῖς τοῦ πολιτεύματος, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνίστατο δυνάστης. καὶ οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν, εἰ Σύλλας ἦρχεν, ὅτε Γλαυκίαι καὶ Σατουρνῖνοι Μετέλλους ἤλαυνον ἐκ τῆς πόλεως, ὑπάτων δ' ἀπεσφάττοντο παῖδες ἐν ἐκκλησίαις, ἀργυρίῳ δὲ καὶ χρυσίῳ τὰ ὅπλα παρελάμβανον ὠνούμενοι τοὺς στρατευομένους· πυρὶ δὲ καὶ σιδήρῳ τοὺς νόμους ἐτίθεσαν, βιαζόμενοι τοὺς ἀντιλέγοντας. οὐκ αἰτιῶμαι

Explanata vita Syllae, pergamus nunc ad collationem. Atque illud quidem, quod, exordio incrementi a femetipfis fumto, magni euaferint, ambobus eft commune: fed Lyfandri proprium, quod volentibus ciuibus fuis et fanis, quofcunque geffit, cepit honores, inuitis nihil expreffit, neque valuit praeter leges. Verum

Diffidio in populi capit et fceleratus honorem:

ficut id temporis Romae corrupto populo et aegra ibi repub. dominus alius aliunde exoriebatur. Et quid miri, fi dominatus Sylla eft, quum Glauciae et Saturnini exigerent vrbe Metellos, confulum filii in concione occiderentur, auro et argento arma pararent milites redimentes, ferro et igni leges figerent, vim adhibentes repugnantibus? Equidem non reprehendo

1 ἐφ' ἑαυτῶν Iuntina et Aldina. quae eft lectio vulgata non deterior.

δὲ τὸν ἐν τοιούτοις [2] πράγμασι μέγιστον ἰσχύσαι διαπραξάμενον, ἀλλὰ σημεῖον οὐ τίθεμαι τοῦ βέλτιστον εἶναι, τὸ γενέσθαι πρῶτον, οὕτω πονηρὰ πραττούσης τῆς πόλεως. ὁ δ' ἀπὸ τῆς Σπάρτης εὐνομουμένης τότε μάλιστα καὶ σωφρονούσης, ἐπὶ τὰς μεγίστας ἐκπεμπόμενος ἡγεμονίας καὶ πράξεις, σχεδὸν ἀρίστων ἄριστος ἐκρίνετο, καὶ πρώτων πρῶτος. ὅθεν ὁ μὲν πολλάκις τὴν ἀρχὴν ἀποδοὺς τοῖς πολίταις, ἀνέλαβε πολλάκις· διέμενε γὰρ ἡ τιμὴ, τῆς ἀρετῆς ἔχουσα τὸ πρωτεῖον. ὁ δ' ἅπαξ αἱρεθεὶς στρατεύματος ἡγεμὼν, ἔτη συνεχῶς δέκα, νῦν μὲν ὕπατον, νῦν δ' ἀνθύπατον, νῦν δὲ δικτάτωρα ποιῶν ἑαυτὸν, ἀεὶ δ' ὢν τύραννος, ἐν τοῖς ὅπλοις ἔμενεν.

Ἐπεχείρησε μὲν οὖν ὁ Λύσανδρος, ὡς εἴρηται, μεταστῆσαι τὰ περὶ τὴν πολιτείαν, πρᾳότερον καὶ νομιμώτερον, ἢ Σύλλας· πειθοῖ γὰρ, οὐ δι' ὅπλων, οὐδὲ πάντα συλλήβδην ἀναιρῶν, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' αὐτὴν ἐπανορθούμενος τὴν κατάστασιν τῶν βασιλέων. καὶ [3] φύσει που

hendo eum, qui in tanta rerum mole potentiam summam sibi comparauit, verum in ciuitate adeo male affecta non continuo censeo optimum fuisse, qui fuit primus. Qui vero a Sparta, tum vel maxime legibus florente et moribus, ad bella maxima et ad res gerendas missus fuit, hic paene optimorum optimus, et primorum numerabatur primus: quare quod saepe reddiderat, saepe recepit imperium. Perennabat enim apud eum primas obtinens virtutis honos. At hic semel dux exercitus creatus, annos continuos decem, nunc consulem, nunc proconsulem, nunc dictatorem semetipse faciens, et semper tyrannum agens, retinuit arma.

Iam nouare (vt diximus ante) instituit Lysander reipubl. statum lenius et iustius, quam Sylla. Inducendo enim, non armis cogendo, neque semel cuncta, vt ille, euertendo, verum ipsam emendando regum designationem. Et quidem naturae consen-

2 τοσούτοις] Melius in Vulc. et Mur. τοιούτοις. Quin iam in Fl. Ed. ita recte exstabat. [vulgata debetur Aldinae.]

3 ὁ καὶ φ. Vulc.

4 τί

δίκαιον ἐδόκει, τὸν ἐξ ἀρίστων ἄριστον ἄρχειν ἐν πόλει τῆς Ἑλλάδος ἡγουμένῃ δι᾽ ἀρετὴν, οὐ δι᾽ εὐγένειαν. ὥσπερ γὰρ κυνηγὸς οὐ ζητεῖ τὸ ἐκ κυνὸς, ἀλλὰ κύνα, καὶ ἱππικὸς ἵππον, οὐ τὸ ἐξ ἵππου· τί γὰρ [4] ἂν ἐξ ἵππου ἡμίονος γένηται; οὕτω καὶ ὁ [5] πολιτικὸς ἁμαρτήσεται τοῦ παντὸς, ἐὰν μὴ ζητῇ τὸν ἄρχοντα τίς ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐκ τίνος. αὐτοί γέ τοι Σπαρτιᾶται βασιλεύοντας ἐνίους ἀφείλοντο τὴν ἀρχὴν, ὡς οὐ βασιλικοὺς, ἀλλὰ φαύλους καὶ τὸ μηδὲν ὄντας. εἰ δὲ κακία καὶ μετὰ γένους, ἄτιμον· οὐδ᾽ ἀρετὴ, δι᾽ εὐγένειαν, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἔντιμον. αἱ τοίνυν ἀδικίαι, τῷ μὲν [6] ὑπὲρ φίλων, τῷ δ᾽ ἄχρι φίλων ἐπράχθησαν. Λύσανδρος μὲν γὰρ ὁμολογεῖται τὰ πλεῖστα διὰ τοὺς ἑταίρους ἐξαμαρτεῖν, καὶ τὰς πλείστας σφαγὰς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀπεργάσασθαι δυναστείας καὶ τυραννίδος. Σύλλας δὲ καὶ Πομπηΐου τὸ στρατιωτικὸν [7] φθονήσας, καὶ Δο-

consentaneum videbatur, vt ea in ciuitate, quae virtutis causa, non nobilitatis, imperabat Graeciae, ex optimis optimus regnum teneret. Vt enim non quaerit venator id, quod cane est prognatum, sed canem; neque eques, quod equo, sed equum: quid enim si equa natus mulus sit? Ita prorsus hallucinatus fuerit vir in repub. versatus, in praeside si non requirat, qui sit, sed ex quibus. Ipsi quidem certe Spartiatae nonnullis regnantibus, vt non regalibus, sed indignis et nihili hominibus, regnum abrogauere. Quod si prauitas est vel cum generis claritate infamis, neque ex nobilitate virtus, sed ex semetipsa est veneranda. Porro iniurias hic pro amicis, ille vsque ad amicos intulit. Quippe Lysandrum constat fraudes fere amicorum gratia admisisse, pro illorumque opibus et dominatu plerasque patrasse caedes. Sylla vero exercitum Pompeio, inuidia adductus, et Dolo-

4 τί γὰρ] Inest huic interrogationi aliquid inconditi. Credo, scriptum fuisse καὶ, non τί. et mox οὔτω καὶ ὁ [pro vulg. οὕτω τὸ ὁ]. *Moses Dusoul.*

5 οὕτω τὸ ὁ πολ. Vulcob.

6 τῶν μὲν Vulc. et ita quoque statim post τῶν δὲ.

7 τὸ στρατιωτικὸν] Vulc. Anon. et Mur. περιέκοψε τὸ στρατιωτικόν. recte. De Pompeio enim dici non potest, datum ei a Sylla fuisse exercitum. Vide p. 423.

8 Σκ-

λοβέλλα τὴν ναυαρχίαν ἐπεχείρησε δοὺς ἀφελέσθαι, καὶ Λουκρήτιον Ὀφέλλαν, ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπατείαν μνώμενον, ἐν ὀφθαλμοῖς ἀποσφάξαι προσέταξε, φρίκην καὶ δέος ἐμποιῶν πρὸς αὐτὸν ἀνθρώποις ἅπασι, διὰ τῆς τῶν φιλτάτων ἀναιρέσεως.

Ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰ χρήματα σπουδὴ δείκνυσι τοῦ μὲν ἡγεμονικὴν, τοῦ δὲ τυραννικὴν τὴν προαίρεσιν οὖσαν. ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ἀκόλαστον, οὐδὲ μειρακιῶδες, ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει τηλικαύτῃ φαίνεται διαπεπραγμένος, ἀλλ', εἰ δή τις ἄλλος, ἐκπεφευγὼς τοῦτο τὸ περίακτον·

Οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες.

οὕτω σώφρονα καὶ Λακωνικὴν καὶ κεκολασμένην ἐπεδείκνυτο πανταχοῦ τὴν δίαιταν. ὁ δ' οὔτε νέος ὢν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμετρίαζε διὰ τὴν πενίαν, οὔτε γηράσας, διὰ τὴν ἡλικίαν. ἀλλὰ τοὺς περὶ γάμων καὶ σωφροσύνης εἰσηγεῖτο νόμους τοῖς πολίταις, αὐτὸς ἐρῶν καὶ μοιχεύων, ὥς φησι Σαλούστιος [8]. ὅθεν οὕτω τὴν πόλιν πτωχὴν καὶ κενὴν ἐποίησε χρημάτων, ὥστε ταῖς συμμαχίσι καὶ φίλαις πό-

Dolobellae claſſis praefecturam, quae dederat, machinatus eſt eripere: Lucretium Ofellam pro multis et magnis meritis conſulatum ambientem interfici in conſpectu ſuo imperauit, ex amiciſſimorum nece horrorem ſui omnibus mortalibus et formidinem iniiciens.

Multo magis voluptatis et pecuniae ſtudium alterius principalem, alterius tyrannicum declarat animum. Lyſandri enim nulla intemperantia, nulla in tanto imperio et potentia protervia apparet, ſed effugit, ſi quis alius, hoc vulgare dictum:

Domi leones, at foris vulpeculae.

Adeo frugalem, Laconicam, et adſtrictam vitam egit vbique. Alter, nec iuuenis libidines refrenauit ab inopia, nec ab aetate ſenex; verum leges connubiales et ſumtuarias tulit ciuibus, quum interim ipſe amoribus et adulteriis (vt eſt Saluſtius autor) indulgeret. Vnde rempub. ad mendicitatem tantam et pecuniae redegit egeſtatem, vt, quamuis quotidie publicaret et ſub haſta

8 Σαλούστιος] Vbinam?

9 εἰς

λεσιν ἀργυρίου πωλεῖν τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν αὐτονο-
μίαν· καίτοι τοὺς πολυαργυρωτάτους οἴκους καὶ μεγίστους
ὁσημέραι δημεύοντος αὐτοῦ καὶ ἀποκηρύττοντος. ἀλλὰ
μέτρον οὐδὲν ἦν τῶν ῥιπτουμένων καὶ καταχορηγουμένων εἰς
τοὺς κόλακας. τίνα γὰρ εἰκὸς εἶναι λογισμὸν, ἢ φειδὼ,
πρὸς τὰς παρ' οἶνον συνουσίας αὐτοῦ καὶ χάριτας; ὃς ἐν
φανερῷ ποτε τοῦ δήμου περιεστῶτος, οὐσίαν μεγάλην δια-
πιπράσκων τιμῆς τῆς τυχούσης, εἰς ἕνα τῶν φίλων [9] ἐκέ-
λευε κατακηρύσσειν· ἑτέρου δὲ τὴν τιμὴν ὑπερβαλλομένου,
καὶ τοῦ κήρυκος τὸ προστεθὲν ἀγορεύσαντος, διηγανά-
κτησε· Δεινά γ', ὦ φίλοι πολῖται, καὶ τυραννικὰ πά-
σχω, φάμενος, εἰ τὰ ἐμά μοι λάφυρα διαθέσθαι μὴ
ἔξεστιν, ὡς βούλομαι. Λύσανδρος δὲ καὶ τὰς αὐτῷ δοθεί-
σας δωρεὰς μετὰ τῶν ἄλλων ἐπέπεμψε τοῖς πολίταις.
καὶ οὐκ ἐπαινῶ τὸ ἔργον· ἴσως γὰρ ἔβλαψε τῇ κτήσει τῶν
χρημάτων τὴν Σπάρτην οὗτος, ὅσον οὐκ ἔβλαψε τῇ ἀφαι-
ρέσει τὴν Ῥώμην ἐκεῖνος· ἀλλὰ τεκμήριον τοῦτο ποιοῦμαι
τῆς ἀφιλοπλουτίας τοῦ ἀνδρός. ἴδιον δέ τι πρὸς τὴν ἑαυτοῦ

haſta venderet pecunioſiſſimas et maximas domos, foederatis et
ſociis ciuitatibus tamen libertatem immunitatemque venundaret
argento. Verum profundendi atque diſſipandi in adulatores
nullus erat modus. Quam enim veriſimile eſt rationem, vel par-
ſimoniam, interiore in conuictu et largitionibus eius fuiſſe, qui
publice aliquando in corona populi opulentum patrimonium diſ-
trahens, vili pretio iuſſit vni amicorum addici? Quum autem
ſuperaret illum alius licitatione, et proclamaret praeco pretii
adiectionem, ſtomachatus eſt, et: Quid hoc mali, Quirites, in-
quit, quae haec vis eſt, quod praedam meam mihi non liceat
pro arbitrio meo diſtrahere? At Lyſander etiam collata in ſe dona
miſit cum praeda alia ciuitati ſuae. Nec factum commendo. Plus
enim fortaſſis pecuniae inuectione attulit hic Spartae detrimenti,
quam Romae ille extorſione. Verum hoc ſtatuo viri illius indicium,
quam a pecuniae cupiditate abhorruerit. At peculiare quiddam
ſuae

9 εἰς ἕνα τῶν φίλων] Haec verba iungenda potius ſequentibus. *H. Steph.* [In vulgatis puta ſic cernitur locus hic diſtinctus: τιμῆς τῆς τυχούσης εἰς ἕνα τῶν φίλων, ἐκέλευε κατακηρύσσειν.]

πόλιν ἑκάτερος ἔπαθε. Σύλλας μὲν γὰρ, ἀκόλαστος ὢν καὶ πολυτελὴς, ἐσωφρόνιζε τοὺς πολίτας· Λύσανδρος δ', ὧν αὐτὸς ἀπείχετο παθῶν, ἐνέπλησε τὴν πόλιν· ὥστε ἁμαρτάνειν, τὸν μὲν, αὐτὸν ὄντα χείρονα τῶν ἰδίων νόμων, τὸν δ' αὐτοῦ χείρονας ἀπεργαζόμενον τοὺς πολίτας. δεῖσθαι γὰρ ἐδίδαξε τὴν Σπάρτην, ὧν αὐτὸς ἔμαθε μὴ προσδεῖσθαι [10]. καὶ τὰ μὲν πολιτικὰ ταῦτα.

Πολέμων δ' ἀγῶσι, καὶ στρατηγικαῖς πράξεσι, καὶ πλήθει τροπαίων, καὶ μεγέθει κινδύνων, ἀσύγκριτος ὁ Σύλλας. ὁ μέντοι γε δύο νίκας ἐξηνέγκατο ναυμαχίαις δυσί· προσθήσω δ' αὐτῷ καὶ τὴν Ἀθηνῶν πολιορκίαν, ἔργῳ μὲν οὐ μεγάλην, τῇ δὲ δόξῃ λαμπροτάτην γενομένην. τὰ δ' ἐν Βοιωτίᾳ καὶ Ἁλιάρτῳ δυστυχίᾳ μὲν ἴσως ἐπράχθη τινὶ, κακοβουλίᾳ δὲ προσέοικεν, οὐκ ἀναμείναντος ὅσον οὔπω παροῦσαν ἐκ Πλαταιῶν τὴν μεγάλην βασιλέως δύναμιν, ἀλλὰ θυμῷ καὶ φιλοτιμίᾳ παρὰ καιρὸν ὠσαμένου πρὸς τὸ τεῖχος· ὥστε τοὺς τυχόντας ἀνθρώπων [11]

suae vterque ciuitati fecit. Nam Sylla luxu ipse diffluens sumtuosusque ciues composuit ad frugalitatem: Lysander, quibus ipse temperabat vitiis, his ciuitatem inundauit. Peccauerunt itaque, ille, qui legibus suis seipsum praestitit deteriorem, hic, qui se ciues deteriores reddidit: quandoquidem docuit Spartam indigere illis, quibus non indigere se ipse didicerat. Igitur tales domi fuere.

Bellicis vero certaminibus, factis imperatoriis, victoriarum numero, magnitudine periculorum incomparabilis est Sylla. Siquidem alter duas palmas, tamen pugnis duabus naualibus retulit. Adiiciam ei Athenarum obsidionem, facto sane haud magnam, sed gloria clarissimam. At gesta in Boeotia atque ad Aliartum, quamuis infortunio aliquo acciderunt fortasse, inconsultam praeferunt temeritatem tamen non operientis iamiam adfuturas Plataeis validas regis copias, sed bile et ambitione in muros ruentis intempestiue,

10 προσδεῖσθαι] Lege omnino cum Vulc. προσδεῖσθαι.

11 ἀνθρώπων] Et hic cum Vulc. Anon. et Mur. legendum est ἀνθρώπους.

12 κυ-

ἐκπηδήσαντας, ἐν ἐδενὶ λόγῳ καταβαλεῖν αὐτόν. ἐ γὰρ, ὡς Κλεόμβροτος ἐν Λεύκτροις, ἀντερείδων ἐπικειμένοις τοῖς πολεμίοις, ἐδ᾽ ὡς Κῦρος [12], ἐδ᾽ ὡς Ἐπαμεινώνδας κατέχων ἐγκεκλικότας, καὶ τὸ νίκημα βεβαιέμενος, πληγῇ καιρίᾳ περιέπεσεν. ἀλλ᾽ ἔτοι μὲν βασιλέων καὶ ϛρατηγῶν θάνατον ἀπέθνησκον· Λύσανδρος δὲ πελταϛἐ καὶ προδρόμε δίκην ἀκλεῶς παραναλώσας ἑαυτὸν, ἐμαρτύρησε τοῖς παλαιοῖς Σπαρτιάταις, ὅτι καλῶς ἐφυλάττοντο τὰς τειχομαχίας, ἐν αἷς ἐχ ὑπ᾽ ἀνδρὸς μόνον τἐ τυχόντος, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ παιδὸς καὶ γυναικὸς ἀποθανεῖν ἂν συντύχοι πληγέντα τὸν κράτιϛον· ὥσπερ τὸν Ἀχιλλέα φασὶν ὑπὸ τἐ Πάριδος ἐν ταῖς πύλαις ἀναιρεθῆναι. Σύλλας μὲν ἐν ὅσας ἐκ παρατάξεως ἐνίκησε νίκας, καὶ κατέβαλε μυριάδας πολεμίων, ἐδ᾽ ἀριθμῆσαι ῥάδιόν ἐϛιν· αὐτὴν δὲ τὴν Ῥώμην δὶς εἷλε, καὶ τὸν Πειραιᾶ τῶν Ἀθηνῶν, ἐ λιμῷ, καθάπερ Λύσανδρος, ἀλλὰ πολλοῖς ἀγῶσι καὶ μεγάλοις ἐκβαλὼν Ἀρχέλαον ἐκ τῆς γῆς ἐπὶ τὴν θάλατταν, κατέσχεν. ἔϛι δὲ μέγα καὶ τὸ τῶν ἀντιϛρατήγων. τρυφὴν γὰρ οἶμαι καὶ παιδιὰν,

peſtiue, vt opprimerent eum foede, eruptione facta, nihili homines. Neque enim, vt ad Leuctra inſiſtens vrgentibus hoſtibus Cleombrotus, neque, vt Cyrus et Epaminondas, inclinatos premens, ac ſtabiliens victoriam, plagam incurrit mortiferam: caeterum occubuerunt hi digno regibus et imperatoribus fato. Lyſander autem gregarii militis et antecurſoris modo turpiter vitam proiiciens, veteribus Spartiatis teſtimonium praebuit, recte eos murorum oppugnationes declinaſſe; vbi non ſolum a viro abiecto, verum etiam contingat a puero et foemina vulneratum cadere vel fortiſſimum: quomodo a Paride Achillem aiunt interemtum in porta. Sylla vero quot ſignis collatis reportauerit victorias, et legiones hoſtium oppreſſerit, haud procliue ſit inire numerum. Ipſam vero bis cepit Romam, et Athenienſium Piraeo, non vt Lyſander fame, ſed multis magniſque proeliis, Archelao ex continente in pontum ſummoto, potitus eſt. Multum etiam ex aduerſis ducibus accedit momenti. Iocum enim et ludum exi-

12 Κῦρος] Vide Xenoph. 157, 30. Ed. St.

πρὸς Ἀντίοχον διαναυμαχεῖν τὸν Ἀλκιβιάδȣ κυβερνήτην, καὶ Φιλοκλέα τὸν Ἀθηναίων ἐξαπατᾶν δημαγωγὸν

Ἄδοξον, ἄκραν γλῶσσαν ἠκονημένον·

ȣ̔̀ς ȣ̓κ ἂν ἱπποκόμῳ Μιθριδάτης, ȣ̓δὲ ῥαβδȣ́χῳ Μάριος ἠξίωσε παραβαλεῖν τῷ ἑαυτȣ̃. τῶν δὲ πρὸς τὸν Σύλλαν ἀνταραμένων δυναςῶν, ὑπάτων, ςρατηγῶν, δημαγωγῶν, ἵνα τȣ̀ς ἄλλȣς ἐάσω, τίς ἦν Ῥωμαίων Μαρίȣ φοβερώτερος, ἢ Μιθριδάτȣ βασιλέων δυνατώτερος, ἢ Λαμπωνίȣ καὶ Τελεσίνȣ, τῶν Ἰταλικῶν, μαχιμώτερος; ὧν ἐκεῖνος τὸν μὲν ἐξέβαλε, τὸν δ' ὑπέταξε, τȣ̀ς δ' ἀπέκτεινε.

Τὸ δὲ πάντων μέγιςον, ὡς ἐγὼ νομίζω, τῶν εἰρημένων ἐκεῖνό ἐςιν, ὅτι Λύσανδρος μὲν κατώρθȣ πάντα, τῶν οἴκοι συναγωνιζομένων· Σύλλας δὲ φυγὰς ὢν καὶ κατεςασιασμένος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, καθ' ὃν χρόνον ἠλαύνετο μὲν αὐτȣ̃ γυνὴ, κατεσκάπτετο δ' οἰκία, φίλοι δ' ἀπέθνησκον, αὐτὸς ἐν Βοιωτίᾳ ταῖς ἀναριθμήτοις μυριάσι παρατασσόμενος [13] καὶ κινδυνεύων ὑπὲρ τῆς πατρίδος,

existimo cum Alcibiadis gubernatore Antiocho proelio nauali decertasse, et Philoclem circumscripsisse concionatorem Atheniensium,

Inglorium, gerentem in ore cuspidem:

quos ne cum equisone quidem Mithridates, nec Marius cum lictore suo dignatus sit contendere. At ex dynastis, consulibus, ducibus, concionatoribus, qui luctati cum Sylla sunt, vt alios praeteream, quis Mario erat inter Romanos formidabilior, aut pugnacior Lamponio Telesinoque ex Italis? Quorum Sylla illum exterminauit, hunc subiecit, postremos occidit.

Iam omnium, quae memorauimus, illud meo iudicio summum sit, quod quicquid praeclare Lysander gessit, id ciuitate sua gessit opitulante. Sylla vero extorris, et factione oppressus maleuolorum, quo tempore eiiciebatur vxor eius, diruebantur penates, interficiebantur amici, ipse signa cum innumeris legionibus in Boeotia conferens atque pro patria decertans statuit tro-

13 αὐτὸν .... παρατασσόμενος] Absurda haec. αὐτὸς Ed. Fl. Vulc. et Mur. habent. Sed neque sic admodum placet. Prorsus delendum censeo.

ἴϛη τρόπαιον. καὶ Μιθριδάτη συμμαχίαν διδόντι καὶ δύναμιν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς, οὐδὲν οὐδαμῆ μαλακὸν ἐνέδωκεν, οὐδὲ φιλάνθρωπον· ἀλλ' οὐδὲ προσεῖπεν, οὐδὲ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλε πρότερον, ἢ πυθέσθαι παρόντος, ὅτι καὶ τὴν Ἀσίαν ἀφίησι, καὶ τὰς ναῦς παραδίδωσι, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἐξίϛαται καὶ Βιθυνίας καὶ Καππαδοκίας. ὧν οὐδὲν ὅλως δοκεῖ Σύλλας κάλλιον ἔργον, οὐδ' ἀπὸ μείζονος εἰργάσθαι φρονήματος· ὅτι τὸ κοινὸν τοῦ οἰκείου πρόσθεν θέμενος, καὶ καθάπερ οἱ γενναῖοι κύνες, οὐκ ἀνεὶς τὸ δῆγμα καὶ τὴν λαβὴν πρότερον, ἢ τὸν ἀνταγωνιϛὴν ἀπειπεῖν, τότε πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἄμυναν ὥρμησεν. ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ τὸ περὶ τὰς Ἀθήνας ἔχει τινὰ ῥοπὴν εἰς ἤθους σύγκρισιν· εἴγε Σύλλας μὲν ὑπὲρ τῆς Μιθριδάτου δυνάμεως καὶ ἡγεμονίας πολεμήσασαν αὐτῷ τὴν πόλιν ἑλὼν, ἐλευθέραν ἀφῆκε καὶ αὐτόνομον· Λύσανδρος δὲ, τοσαύτης ἡγεμονίας καὶ ἀρχῆς ἐκπεσοῦσαν οὐκ ᾤκτειρεν, ἀλλὰ καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀφελόμενος, ὠμοτάτους αὐτῇ καὶ παρανόμους ἀπέδειξε τοὺς τυράννους. ὥρα δὴ σκοπεῖν, μὴ πολὺ τἀληθοῦς διαμαρτάνωμεν, ἀποφαινόμενοι πλείονα

tropaeum. Mithridatique, contra inimicos ſuos ſocietatem ſibi et copias offerenti, nihilo vſquam remiſſiorem ſe, aut benigniorem praebuit. Immo ne ſalutem quidem dedit, neque dextram ante porrexit, quam ex praeſente audiuit, relinquere eum Aſiam, naues tradere, regibus Bithynia et Cappadocia cedere: quibus factum Syllam pulchrius plane nullum, neque animo deſignaſſe iudico excelſiore; quod, praelata priuatis rationibus republica, et generoſorum more canum, non prius morſu et prehenſione laxata, quam oppreſſo aduerſario, tunc inſurrexerit in priuatarum vltionem iniuriarum. Quod denique conſultum in Athenienſes fuit, ad morum eorum contentionem refert nonnihil; quando captam vrbem, quae arma ſecum pro Mithridatis opibus et imperio contulerat, liberam et legibus ſuis reliquit immunem: Lyſander tanto principatu et imperio exutam non eſt miſeratus, immo vero reipubl. ſpoliatae populari atrociſſimos violentiſſimoſque impoſuit tyrannos. Videamus ergo nunc, num multum errauerimus a vero, plura praeclare

μὲν κατωρθωκέναι Σύλλαν, ἐλάττονα δ' ἐξημαρτηκέναι Λύσανδρον· καὶ τῷ μὲν ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης, τῷ δὲ στρατηγίας καὶ ἀνδρείας ἀποδιδόντες τὸ πρωτεῖον.

ΚΙΜΩΝ [1].

Περιπόλτας ὁ μάντις, ἐκ Θετταλίας εἰς Βοιωτίαν Ὀφέλταν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ λαοὺς καταγαγὼν, γένος εὐδοκιμῆσαν ἐπὶ πολλοὺς χρόνους κατέλιπεν· οὗ τὸ πλεῖστον ἐν Χαιρωνείᾳ κατῴκησεν, ἣν πρώτην πόλιν ἔσχον, ἐξελάσαντες τοὺς βαρβάρους. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοῦ γένους, φύσει μάχιμοι καὶ ἀνδρώδεις γενόμενοι, κατανηλώθησαν ἐν ταῖς Μηδικαῖς ἐπιδρομαῖς, καὶ τοῖς Γαλατικοῖς ἀγῶσιν, ἀφειδήσαντες ἑαυτῶν· λείπεται δὲ παῖς ὀρφανὸς γονέων, ὄνομα Δάμων, παρωνύμιον δὲ Περιπόλτας, πολὺ δή τι καὶ σώματος κάλλει καὶ ψυχῆς φρονήματι τοὺς καθ' αὐτὸν ὑπεραίρων νέους, ἄλλως δ' ἀπαίδευτος καὶ σκληρὸς τὸ ἦθος. τούτου Ῥωμαῖος, ἡγε-

facta ſi Syllae eſſe, Lyſandri peccata dicamus pauciora: atque huic abſtinentiae et temperantiae, artium illi bellicarum et virtutis primatum tribuamus.

Vates Peripoltas, qui in Boeotiam ex Theſſalia regem Opheltam et parentes ei gentes deduxit, claram familiam in longum aeuum reliquit: cuius maxima manus Chaeroneae, quam primam tenuerunt vrbem, exactis barbaris, conſedit. Huius ſtirpis plerique, quod eſſent bellicoſi et fortes viri, incurſionibus Medicis et certaminibus Gallicis, dum nullam haberent rationem ſui, conſumti ſunt: reliquus puer vnus fuit, orbus parentibus, Damon nomine, qui Peripoltas cognomine dictus fuit. Hunc corporis venuſtate animique magnitudine longe aequalibus antecellentem iuuenibus, ſed rudem alias et moribus aſperum, Roma-

1 Cimonis aetas ſatis illuſtris eſt, bello praeſertim Perſico aduerſus Xerxem. De patre eius, Miltiade, et matre, Hegeſipyla, legi poteſt Herodotus libro ſexto. *Xylander.*

2 λι-

μῶν σπείρας τινὸς ἐν Χαιρωνείᾳ διαχειμαζούσης, ἐρασθεὶς, ἄρτι τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παρηλλαχότος, ὡς οὐκ ἔπειθε πειρῶν καὶ διδοὺς, δῆλος ἦν οὐκ ἀφεξόμενος βίας, ἅτε δὴ καὶ τῆς πατρίδος ἡμῶν τότε λυπρὰ πραττούσης, καὶ διὰ μικρότητα καὶ πενίαν παρορωμένης. τοῦτο δὴ δεδιὼς ὁ Δάμων, καὶ τὴν πεῖραν αὐτὴν δι' ὀργῆς πεποιημένος, ἐπεβούλευε τῷ ἀνδρί· καὶ συνίστη τῶν ἡλικιωτῶν τινας ἐπ' αὐτὸν, οὐ πολλοὺς, ἕνεκα τοῦ λανθάνειν [2]. ἀλλ' οἱ σύμπαντες, ἑκκαίδεκα γενόμενοι, χρίονται μὲν αἰθάλῳ τὰ πρόσωπα νυκτὸς, ἐκπιόντες δ' ἄκρατον, ἅμ' ἡμέρᾳ προσπίπτουσι τῷ Ῥωμαίῳ κατ' ἀγορὰν θύοντι· καὶ καταβαλόντες αὐτόν τε καὶ τῶν περὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγους, ἐκ τῆς πόλεως μετέστησαν. γενομένης δὲ ταραχῆς, ἡ τῶν Χαιρωνέων βουλὴ συνελθοῦσα, θάνατον αὐτῶν κατέγνω· καὶ τοῦτ' ἦν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀπολόγημα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. ἑσπέρας δὲ τῶν ἀρχόντων, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ, κοινῇ δειπνούντων, οἱ περὶ τὸν Δάμωνα παρεισπεσόντες εἰς τὸ ἀρχεῖον, ἀπέσφαξαν αὐτοὺς, καὶ πάλιν ᾤχοντο φεύγοντες ἐκ τῆς πόλεως. ἔτυχε δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας

Romanus quidam cohortis, quae hybernabat Chaeroneae, ductor, modo adultum amans, vbi precibus et muneribus obnoxium ſibi facere nequiuit, vim prae ſe ferebat allaturum: quippe patriae noſtrae nullae tunc opes erant, ob exilitatemque et tenuitatem nullo loco habebatur. Id veritus Damon, atque ipſam caſtitatis ſuae oppugnationem aegre ferens, ſtruxit ei inſidias, ac coitionem in eum aequalium ſuorum fecit, non multorum, quo clam eſſent. Fuerunt autem omnes ſexdecim. Hi, noctu infecta fuligine facie, mero onuſti prima luce ſacrificantem in foro Romanum adoriuntur. Illo et non paucis, qui circa eum erant, obtruncatis, profugiunt vrbe. Turbata ciuitate, ſenatus Chaeronenſis hos, concilio habito, capitis damnauit, vt ea ſuppeditaret ipſis ad Romanos ſatisfactio. Veſperi autem magiſtratibus vna de more coenantibus, cohors Damonis, facta in curiam irruptione, contrucidat omnes, iterumque ex oppido ſe retrahit. Sub idem forte tempus Lucullus

2 λαθεῖν Bodl. 3.

3 πο-

Λεύκιος Λούκουλλος ἐπί τινα πρᾶξιν μετὰ δυνάμεως παρερχόμενος. ἐπιστήσας δὲ τὴν πορείαν, καὶ τῶν γεγονότων, προσφάτων ὄντων, ἐξέτασιν ποιησάμενος, εὗρε τὴν πόλιν οὐδενὸς αἰτίαν, ἀλλὰ μᾶλλον συνηδικημένην· καὶ τοὺς στρατιώτας ἀναλαβὼν, ἀπήγαγε μεθ' ἑαυτοῦ. τὸν δὲ Δάμωνα λῃστείαις καὶ καταδρομαῖς πορθοῦντα τὴν χώραν, καὶ τῇ πόλει προσκείμενον, ὑπηγάγοντο πρεσβείαις καὶ ψηφίσμασι πολυτρόποις [3] οἱ πολῖται· κατελθόντα δὲ γυμνασίαρχον κατέστησαν, εἶτ' ἀλειφόμενον ἐν τῷ πυριατηρίῳ διέφθειραν. ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον εἰδώλων τινῶν ἐν τῷ τόπῳ προφαινομένων, καὶ στεναγμῶν ἐξακουομένων, ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν λέγουσι, τὰς θύρας ἀνῳκοδόμησαν τοῦ πυριατηρίου· καὶ μέχρι νῦν οἱ τῷ τόπῳ γειτνιῶντες, οἴονταί τινας ὄψεις καὶ φωνὰς ταραχώδεις φέρεσθαι. τοὺς δ' ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ, διασώζονται γὰρ ἔνιοι, μάλιστα τῆς Φωκίδος περὶ Στεῖριν, αἰολίζοντες ἀσβολωμένους [4]

cullus cum copiis, in expeditionem aliquam iturus, tranſibat illac: qui ſubſtitit ibi, ac recenti adhuc facinore quaeſtione habita, ciuitatem reperit non ſolum inſontem, verum etiam pariter violatam. Itaque milites inde ſecum abduxit. Porro Damonem, qui latrociniis et incurſionibus agrum oppido finitimum depraedabatur, ciues verſutis legationibus et decretis pellexerunt ad redeundum in oppidum, reducemque praefecerunt gymnaſio, inde vngentem in ſudatorio interemere. Quia vero perdiu ibi ſpectra conſpiciebantur, et gemitus exaudiebantur, (vt perhibent patres noſtri) obſtruxerunt fores ſudatorii, atque in hanc aetatem quotquot locum illum accedunt, ſpecies illic verſari et voces audiri terribiles arbitrantur. Illius poſteros (ſuperſunt enim nonnulli, potiſſimum circa Stirin Phocidis, qui iam in Aeolorum morem abierunt) Asbolomenos Damonis cauſa vocant,

3 πολυτρόποις] Legitur etiam φιλανθρώποις. *H. Steph.*

4 αἰολίζοντες) ἀσβολωμένους] Praua haec diſtinctio in abſurdiſſimam ſententiam Interpretes tranſuerſos egit, vt dicerent, Boeotos in Aeolorum mores deſciuiſſe; cum id palam velit Plutarchus, ἀσβολωμένους Aeolice (quae dialectus eis erat materna) dictos Damonis poſteros. Attice enim ἠσβολημένοι dicendi erant.

καλȣ͂σι διὰ τὸ τὸν Δάμωνα πρὸς τὸν φόνον ἀσβόλῳ χρισάμενον ἐξελθεῖν.

2. Ἐπεὶ δ' ἀςυγείτονες ὄντες Ὀρχομένιοι καὶ διάφοροι τοῖς Χαιρωνεῦσιν, ἐμισθώσαντο Ῥωμαϊκὸν συκοφάντην, ὁ δ', ὥσπερ ἑνὸς ἀνθρώπȣ, τὸ τῆς πόλεως ὄνομα κατενεγκὼν, ἐδίωκε φόνȣ τῶν ὑπὸ Δάμωνος ἀνῃρημένων. ἡ δὲ κρίσις ἦν ἐπὶ τȣ͂ ςρατηγȣ͂ τῆς Μακεδονίας· ȣ͂πω γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα Ῥωμαῖοι ςρατηγȣ̀ς διεπέμποντο· οἱ λέγοντες ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἐπεκαλȣ͂ντο τὴν Λȣκȣ́λλȣ μαρτυρίαν. γράψαντος δὲ τȣ͂ ςρατηγȣ͂ πρὸς Λȣ́κȣλλον, ἐκεῖνος ἐμαρτύρησε τἀληθῆ, καὶ τὴν δίκην ȣ̔́τως ἀπέφυγεν ἡ πόλις, κινδυνεύȣσα περὶ τῶν μεγίςων. ἐκεῖνοι μὲν ȣ͂ν οἱ τότε σωθέντες εἰκόνα τȣ͂ Λȣκȣ́λλȣ λιθίνην ἐν ἀγορᾷ παρὰ τὸν Διόνυσον ἀνέςησαν· ἡμεῖς δ', εἰ καὶ πολλαῖς ἡλικίαις λειπόμεθα, τὴν μὲν χάριν οἰόμεθα διατείνειν καὶ πρὸς ἡμᾶς τȣ̀ς νῦν ὄντας, εἰκόνα δὲ πολὺ καλ-

vocant, quod ille ad caedem tinctus fuligine, quam asbolum vocant, erupit.

Vt vero contermini Orchomenii, quibus contentiones erant cum Chaeronensibus, quadruplatorem Romanum redemerunt, qui, sicut vnius hominis, nomen detulit ciuitatis, adduxitque eam ob caedem ab Damone interemtorum in iudicium, cuius quaestionis fuit Macedoniae praetor iudex: (neque enim dum mittebant Romani in Graeciam praetores) patroni ciuitatis testem laudauerunt Lucullum. Ad quem quum praetor scripsisset, perhibuit testimonium ille veritati. Ita ciuitas haec, quae versabatur in summo periculo, fuit iudicio liberata. Quare illi, qui tunc assequuti fuerunt incolumitatem, statuam marmoream Lucullo in foro iuxta Liberum patrem posuere. Nos vero, etsi multis aetatibus illis sumus inferiores, hoc beneficium ad nos quoque, qui nunc viuimus, ducimus pertinere, statuamque rati multo

erant. Pone ergo parenthesin ante, non post, *αἰολίζοντες*. Recte intellexit Palmerius, qui inde colligit, non omnes Phocenses vsos fuisse Aeolica dialecto. Forte, inquit, et Dorum vicini etiam Dorice loquebantur; fuit enim Dorica *τετράπολις* vicina Phocidis. *Moses Dusoul.*

5 τῶν

λίονα νομίζοντες εἶναι τῆς τὸ σῶμα καὶ τὸ πρόσωπον ἀπομιμουμένης, τὴν τὸ ἦθος καὶ τὸν τρόπον ἐμφανίζουσαν, ἀναληψόμεθα τῇ γραφῇ τῶν παραλλήλων βίων [5] τὰς πράξεις τοῦ ἀνδρὸς, τἀληθῆ διεξιόντες. ἀρκεῖ γὰρ ἡ τῆς μνήμης χάρις· ἀληθοῦς δὲ μαρτυρίας οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος ἠξίωσε μισθὸν λαβεῖν, ψευδῆ καὶ πεπλασμένην ὑπὲρ αὐτοῦ διήγησιν. ὥσπερ γὰρ τοὺς τὰ καλὰ καὶ πολλὴν ἔχοντα χάριν εἴδη ζωγραφοῦντας, ἂν προσῇ τι μικρὸν αὐτοῖς δυσχερὲς, ἀξιοῦμεν μήτε παραλιπεῖν τοῦτο τελέως, μήτ' ἐξακριβοῦν· τὸ μὲν γὰρ αἰσχρὰν [6], τὸ δ' ἀνομοίαν παρέχεται τὴν ὄψιν· οὕτως ἐπεὶ χαλεπόν ἐστι, μᾶλλον δ' ἴσως ἀμήχανον, ἀμεμφῆ καὶ καθαρὸν ἀνδρὸς ἐπιδεῖξαι βίον, ἐν τοῖς καλοῖς ἀναπληρωτέον, ὥσπερ ὁμοιότητα, τὴν ἀλήθειαν· τὰς δ' ἐκ πάθους τινὸς, ἢ πολιτικῆς [7] ἀνάγ-

multo venuſtiorem illa, quae corpus et vultum adumbrauit, hanc, quae mores patefacit et ingenium, in his comparatarum vitarum commentariis res illius geſtas complectemur ac quam veriſſime exponemus. Sat enim eſt memoriae gratia. Veri autem teſtimonii ne ille ipſe quidem praemium capere vanam et fictam rerum ſuarum commemorationem dignetur. Nam vt pictores, qui decoras et eximie venuſtas pingunt imagines, ſi aliquid inſit iis leuis vitii, nolumus neque vt praetereant id prorſus, neque vt vndequaque exprimant; quippe hoc deformem, diſcrepantem illud reddat effigiem: ita quando arduum eſt, vel fieri non poteſt potius, hominis oſtendere vllius vitam, quae omni vacet macula et pura ſit, veritas, ſicut ſimulacrum, in honeſtis complenda eſt. Illas vero, quae ex motu animi aliquo, aut ex reipu-

5 τῶν παραλλήλων βίων] Verba haec abeſſe poterant, et Scholium ſapiunt. Nec a vero abhorret, par hoc vitarum a Plutarcho primum omnium conſcriptum et editum; inſertaque hic deinceps a Librariis haec verba, quibus totius Operis titulus continetur. Ante Theſei vitam certe hae ſcriptae ſunt. Vide enim I. 35, 10. Κίμων... ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται etc. Ante Periclis etiam; vide I. 347, 4. Et a Lucullo, de ſua Patria tam bene merito, orſum eſſe veroſimile videtur, cum nihil aliunde ſit, cur ab alio potius initium feciſſe ſtatuamus. *Bryanus* et *Moſes Duſoul*.

6 αἰσχρὸν Bodl. 3.

7 βασιλικῆς idem.

8 ὄκα-

κης, ἐπιτρεχέσας ταῖς πράξεσιν ἁμαρτίας καὶ κῆρας, ἐλλείμματα μᾶλλον ἀρετῆς τινος, ἢ κακίας πονηρεύματα, νομίζοντας, ὀ δεῖ πάνυ προθύμως ἐναποσημαίνειν τῇ ἱστορίᾳ καὶ περιττῶς, ἀλλ᾽ ὥσπερ αἰδεμένες ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, εἰ καλὸν ἐδὲν εἰλικρινὲς, ἐδ᾽ ἀναμφισβήτητον, εἰς ἀρετὴν ἦθος γεγονὸς ἀποδίδωσιν.

3. Ὁ δ᾽ ἐν Λέκελλος ἐδόκει σκοπἐσιν ἡμῖν τῷ Κίμωνι παραβλητέος εἶναι. πολεμικοὶ γὰρ ἀμφότεροι, καὶ πρὸς τὲς βαρβάρες λαμπροί· πρᾷοι δὲ τὰ πολιτικὰ, καὶ μάλιστα τῶν ἐμφυλίων στάσεων ἀναπνοὴν ταῖς πατρίσι παρασχόντες· ἑκάτερος [8] δέ τις αὐτῶν στήσαντες τρόπαια, καὶ νίκας ἀνελόμενοι περιβοήτες. ὔτε γὰρ Ἑλλήνων Κίμωνος, ὔτε Ῥωμαίων Λεκέλλε πρότερος ὀδεὶς, ὔτω μακρὰν πολεμῶν προῆλθεν, ἔξω λόγε τιθεμένων τῶν καθ᾽ Ἡρακλέα καὶ Διόνυσον· εἴτε τι Περσέως πρὸς Αἰθίοπας, ἢ Μήδες καὶ Ἀρμενίες, ἢ Ἰάσονος ἔργον ἀξιόπιστον ἐκ τῶν τότε χρόνων μνήμῃ φερόμενον εἰς τὲς νῦν ἀφῖκται. κοινὸν δέ πως αὐτῶν καὶ τὸ ἀτελὲς γέγονε τῆς στρατηγίας,

reipublicae temporibus, intercurrunt actionibus, offenſas et vitia, claudicationes potius virtutis alicuius, quam improbitatis ea fraudes exiſtimantes, non debemus nimium diligenter, et ad amuſſim in ſcribendo explicare, ſed tanquam rubore capti ſortis humanae, quae nihil boni ſincerum, neque mores ad virtutem edat inculpatos.

Videbatur autem iudicio noſtro Cimoni Lucullus opponendus: ſiquidem fuerunt bellaces ambo, atque aduerſus barbaros inclyti: contra in rebus ciuilibus placidi, ac potiſſimum ab diſcordiis inteſtinis patrias ſuas recreauerunt. Ad haec erexit vterque tropaea, et victorias retulit inſignes. Neque enim, ſi ab Hercule et Libero patre diſceſſeris, aut ſi quod Perſei contra Aethiopas, vel Medos et Armenios, aut Iaſonis veritati factum conſonum ex vetuſtate tanta ad memoriam delatum noſtram ſit, ex Graecis Cimone, vel Lucullo ex Romanis, tam procul arma prior protulit vllus. Iam eſt hoc quoque iis commune, quod bellum

8 ἕκαστος idem.

ἑκατέρου μὲν συντρίψαντος, οὐδετέρου δὲ καταλύσαντος τὸν ἀνταγωνιστήν. μάλιστα δ' ἡ περὶ τὰς ὑποδοχὰς καὶ τὰς φιλανθρωπίας ταύτας ὑγρότης καὶ δαψίλεια, καὶ τὸ νεαρὸν καὶ ἀνειμένον ἐν τῇ διαίτῃ, παραπλήσιον ἐπ' ἀμφοτέρων ἰδεῖν ὑπάρχει. παραλείπομεν δ' ἴσως καὶ ἄλλας τινὰς ὁμοιότητας, ἃς οὐ χαλεπὸν ἐκ τῆς διηγήσεως αὐτῆς συναγαγεῖν.

4. Κίμων ὁ Μιλτιάδου, μητρὸς ἦν Ἡγησιπύλης, γένος Θρᾴττης, θυγατρὸς Ὀλόρου τοῦ βασιλέως, ὡς ἐν τοῖς Ἀρχελάου καὶ Μελανθίου ποιήμασιν εἰς αὐτὸν Κίμωνα γεγραμμένοις ἱστόρηται. διὸ καὶ Θουκυδίδης ὁ ἱστορικός, τοῖς περὶ Κίμωνα κατὰ γένος προσήκων, Ὀλόρου τε πατρὸς ἦν εἰς τὸν πρόγονον ἀναφέροντος τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ τὰ χρυσεῖα περὶ τὴν Θρᾴκην ἐκέκτητο. καὶ τελευτῆσαι μὲν ἐν τῇ Σκαπτῇ ὕλῃ [9], τοῦτο δ' ἔστι τῆς Θρᾴκης χωρίον, λέγεται, φονευθεὶς ἐκεῖ· μνῆμα δ' αὐτοῦ, τῶν λειψάνων εἰς τὴν Ἀττικὴν κομισθέντων, ἐν τοῖς Κιμωνείοις δείκνυται, παρὰ τὸν Ἐλπινίκης τῆς Κίμωνος ἀδελφῆς τάφον.

lum mutilum reliquerint, atque fregerit quidem vterque, ſed neuter oppreſſerit hoſtem. Praecipue vero benignitatem et effuſionem in conuiuiis et comitate hac, ſplendidamque et prolixam menſam ac vitam quotidianam adſpicere in vtroque licet parem. Praeterimus fortaſſis alias nonnullas congruentias, quas haud difficile fuerit ex ipſa colligere narratione.

Cimon, Miltiadis filius, matrem Hegeſipylam habuit, natione Threſſam, filiam regis Olori, vt eſt Archelai et Melanthii poematibus, in ipſius Cimonis laudem ſcriptis, proditum. Vnde et Thucydides hiſtoricus, Cimonis propinquus, patrem habuit Olorum, qui ad generis autorem retulit ſimilem nominis appellationem, et metalla auri in Thracia poſſedit; quem perhibent in Scapte hyle (id locus eſt in Thracia, quaſi effoſſam ſyluam dicas) defunctum atque ibidem interfectum. Monumentum eius reliquiarum, quae in terram Atticam fuerunt relatae, inter monumenta Cimonis viſitur iuxta Elpinices, Cimonis ſororis, tumulum.

Cae-

9 Σκαπτῇ ὕλῃ] Vulc. Anon. Steph. de Vrb. et Mur. Σκαπτησύλῃ recte. Vide

10 ἀλλὰ

ἀλλὰ Θουκυδίδης [10] μὲν Ἀλιμούσιος γέγονε τὸν δῆμον, οἱ δὲ περὶ τὸν Μιλτιάδην, Λακιάδαι. Μιλτιάδης μὲν οὖν πεντήκοντα ταλάντων ὄφλων δίκην, καὶ πρὸς τὴν ἔκτισιν εἰρχθεὶς, ἐτελεύτησεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· Κίμων δὲ, μειράκιον παντάπασιν ἀπολειφθεὶς μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἔτι κόρης οὔσης καὶ ἀγάμου, τὸν πρῶτον ἠδόξει χρόνον ἐν τῇ πόλει, καὶ κακῶς ἤκουεν, ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης, καὶ τῷ πάππῳ [11] Κίμωνι προσεοικὼς τὴν φύσιν· ὃν δι' εὐήθειαν φασὶ Κοάλεμον [12] προσαγορευθῆναι. Στησίμβροτος δ' ὁ Θάσιος, περὶ τὸν αὐτὸν ὁμοῦ τι χρόνον τῷ Κίμωνι γεγονὼς, φησὶν, αὐτὸν οὔτε μουσικὴν, οὔτ' ἄλλο τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιχωριαζόντων ἐκδιδαχθῆναι· δεινότητός τε καὶ στωμυλίας Ἀττικῆς

Caeterum Thucydides curia Alimusius fuit, Miltiades Laciades. Miltiades igitur, quum lis ei aestimata quinquaginta talentis esset, et ad soluendum in vincula ductus, diem suum obiit in carcere. Cimon autem admodum adolescens cum sorore adhuc virgine et innupta orbus in prima aetate ad populum infamis fuit, et male audiuit ex lustris et vinolentia, quasi auum referens ingenio Cimonem, quem aiunt ob mentis stuporem Coalemum fuisse dictum. Stesimbrotus Thasius, Cimoni fere coaetaneus, nec musica eum, nec vlla alia instructum liberali disciplina et Graecis vsitata, memorat fuisse, atque ab Attico acumine leporibusque quam

10 ἀλλὰ Θουκυδίδης etc.] Rationem huius assignat Cl. vir Humphr. Prideaux, quod Hegesipyle post Miltiadis mortem alii nupserit, ciui itidem Atheniensi, a quo Olorus Thucydidis pater ortum ducebat. Pro τῶν δήμων [quod vulgatae dant] Anon. et Mur. τὸν δῆμον habent. Sed vide Notam ad I. 246. [H. Stephanus ad hunc locum ita annotat: Obserua, hic non iam τὸν δῆμον, sed τῶν δήμων scriptum esse: de qua scriptura dixi antea.]

11 τῷ πάππῳ K.] Eustath. ad Il. Z. videtur legisse προπάππῳ: sed male, vt patet ex Herodoto L. VI. nam Cimonis huius proauus fuit Stesagoras, auus vero Cimon. *Palmerius.*

12 Κοάλεμον] Vocabulum ductum παρὰ τὸ κοεῖν et ἀλᾶσθαι, quod est *errare et mentis impotem esse.* Eustathius annotauit in Iliad. VI. et sic etiam interpres Aristophanis in *Equitibus*, exponens oraculi versum: γαμφηλῇσι δράκοντα κοάλεμον αἱματοπώτην. *Xylander.*

ὅλως ἀπηλλάχθαι, καὶ τῷ τρόπῳ πολὺ τὸ γενναῖον καὶ ἀληθὲς ἐνυπάρχειν, καὶ μᾶλλον εἶναι Πελοποννήσιον τὸ χρῆμα τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνδρός,

Φαῦλον [13], ἄκομψον, τὰ μέγιστ᾽ ἀγαθὸν,

κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα. ταῦτα γάρ ἐστι τοῖς ὑπὸ τοῦ Στησιμβρότου γεγραμμένοις ἐπειπεῖν. ἔτι δὲ νέος ὢν αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν τῇ [14] ἀδελφῇ. καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἄλλως τὴν Ἐλπινίκην εὔτακτόν τινα γεγονέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Πολύγνωτον ἐξαμαρτεῖν τὸν ζωγράφον· καὶ διὰ τοῦτο φασὶν ἐν τῇ Πλησιανακτίῳ [15] τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν στοᾷ, γράφοντα τὰς Τρῳάδας, τὸ τῆς Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης. ὁ

quam remotiſſimum: mores vero inſigni generoſitate et ſinceritate tinctos, potiuſque ingenium huius viri Peloponneſium fuiſſe,

Et candidum ſimplexque, bonumque in maximis,

vt apud Euripidem Herculis: haec enim Steſimbroti elogio adiicias licet. Adoleſcentia eius famoſa fuit, quaſi ſorori ſuae illuderet. Siquidem referunt, nec alias omnino fuiſſe Elpinicen pudicam, ſed et pictori ſe Polygnoto ſubieciſſe. Quapropter quum pingeret in porticu Pilianactia (vt tunc vocabatur, quae nunc Poecile a varietate dicitur) Troadas, faciem perhibetur Laodices ad Elpinices reddidiſſe imaginem. Non erat tamen

13 φαύλων Vulcob.

14 πλησιάζειν τῇ ἀδ.] Haec vera Plutarchi ſententia eſt. Aliam affert pag. ſeq. de qua inter doctos controuerſia eſt. *Moſes Duſoul.*

15 Πλησιανακτίῳ] Iuſtinianus Pleſianactium habet, neſcio quid ſecutus, et, ne mendum typographi crederem, facit, quod idem eſt apud Amiotum. In Graeco eſt πλησιακτίῳ, *Pleſiactio:* quaſi dicas, quae vicina ſit litori. Sed ex Pauſaniae Atticis diuerſum apparet. Apud Diogenem Laert. VII. in vita Zenonis legitur, porticum eam antiquitus Πεισιανάκτιαν appellatam: inde a pictura Polygnoti Ποικίλην [id eſt *Variam*] dictam fuiſſe. Quod et Suidas et alii habent: et nomen Poeciles eodem modo interpretatur ipſe Pauſanias. Itaque hic in Plutarcho mendum eſt, reponendumque Πεισιανακτίῳ, vel, vt Suidas et Varinus ſcribunt, Πεισιανακτείῳ. Meminit rei, de qua hic diſſeritur, Plinius etiam, lib. XXXV. cap. 9. *Xylander.*

16 Δι-

δὲ Πολύγνωτος οὐκ ἦν τῶν βαναύσων, οὐδ' ἀπ' ἐργολαβίας ἔγραφε τὴν ςοὰν, ἀλλὰ προῖκα, φιλοτιμούμενος πρὸς τὴν πόλιν· ὡς οἵ τε συγγραφεῖς ἱςοροῦσι, καὶ Μελάνθιος ὁ ποιητὴς λέγει τὸν τρόπον τοῦτον·

Αὐτοῦ γὰρ [16] δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε
Κεκροπίαν κόσμησ' ἡμιθέων ἀρεταῖς [17].

εἰσὶ δ', οἳ τὴν Ἐλπινίκην οὐ κρύφα τῷ Κίμωνι, φανερῶς δὲ γημαμένην [18] συνοικῆσαι λέγουσιν, ἀξίου τῆς εὐγενείας

tamen in operariis Polygnotus, neque pingendam redemerat porticum illam, verum gratuitam eam munificentiam exhibuit publice. Ita scriptores memoriae traditum reliquerunt, ac Melanthius poeta in hunc ait modum:

Ipse suo sumtu diuorum templa, forumque
Cecropium ornauit semideum effigie.

Sunt, qui Elpinicen non clam cum Cimone, sed aperte ferant, contractis nuptiis, vt vxorem habitasse, quod sponsum pro generis

16 Αὐτοῦ δὲ Vulcob.

17 ἀγοραῖσιν] [Ita enim vulgatae dant pro ἀρεταῖς.] Mendosam esse hanc vocem obseruauit Xyl. In MS. Medicaeo, teste Dacerio, legitur κόσμησ' ἡμιθέων γραφαῖσιν. metrum postulat ἡμιθέων τε γραφαῖς. *Moses Dusoul.* [κόσμησ' ἡμιθέων exhibent etiam Bodl. 3. Iuntina atque Aldina.]

18 φανερῶς δὲ γημαμένην] Ita Corn. Nepos, qui disertis verbis affirmat, *habuisse in matrimonio germanam sororem suam*; additque, *Atheniensibus licuisse eodem patre natas vxores ducere.* Muretus errasse sibi videri Nepotem cum scripsisset, Xylander ab eo dissentiens defendere conatus est; cui Muretus respondet, Var. Lect. XV, 5. Lambinus in Not. ad Corn. Nep. nodum inexplicabilem esse pronunciat. Cui sententiae et ego accedo. Sed videndum, quid ea de re proferant Grotius et Puffendorfius, ab eruditissimo Barbeiraco Gallice, cum notis optimis, editi. *Moses Dusoul.* [Xylandri ad hunc locum annotatio haec est: Auctor libelli de viris illustribus, siue is omnino est Aemilius Probus, licuisse Atheniensibus eodem patre natas vxores ducere affirmat. Quod tametsi scio quosdam non indoctos homines in dubium vocare, ac maxime eo niti argumento, quod Cimon ob consuetudinem sororis Elpinices praesertim apud ciues culpatus, adeoque etiam testularum iudicio in exsilium actus perhibeatur, tamen eorum

νυμφίου διὰ τὴν πενίαν ἀποροῦσαν· ἐπεὶ δὲ Καλλίας, τῶν εὐπόρων τις Ἀθήνησιν, ἐρασθεὶς προσῆλθε, τὴν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καταδίκην ἐκτίνειν [19] ἕτοιμος ὢν πρὸς τὸ δημόσιον, αὐτήν [20] τε πεισθῆναι, καὶ τὸν Κίμωνα τῷ Καλλίᾳ συνοικίσαι τὴν Ἐλπινίκην. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅλως φαίνεται τοῖς περὶ τὰς γυναῖκας ἐρωτικοῖς ὁ Κίμων ἔνοχος γενέσθαι. καὶ γὰρ Ἀστερίας, τῷ γένει Σαλαμινίας, καὶ πάλιν Μνήστρας τινός, ὁ ποιητὴς Μελάνθιος μνημονεύει, πρὸς τὸν Κίμωνα παίζων δι' ἐλεγείας, ὡς σπουδαζομένων ὑπ' αὐτοῦ. δῆλος δ' ἐστὶ καὶ πρὸς Ἰσοδίκην, τὴν Εὐρυπτολέμου μὲν θυγατέρα τοῦ Μεγακλέους, κατὰ νόμους δ' αὐτῷ συμβιώσασαν, ὁ Κίμων ἐμπαθέστερον διατεθείς, καὶ

neris dignitate non inueniret ob inopiam. Vbi vero Callias, qui Athenis inter locupletes erat, eius amore captus, obtulit, patris eius mulctam dissoluere, illam accepisse conditionem, ac Cimonem Calliae Elpinicen despondisse. Atqui apparet omnino obnoxium fuisse ob mulierum libidines Cimonem. Nam Asteriae, quae erat Salamine oriunda, et mox Mnestrae cuiusdam, poeta meminit Melanthius, elegiis cum Cimone ludens, ab eo adamatarum. Iam non obscuro amore filiam Euryptolemi, Megaclis filii, iustam tamen vxorem, est Cimon prosequutus, eiusque mortem tulit aegerrime;

eorum est veritati posthabenda auctoritas. Non enim, quod matrimonio sibi eam iunxisset Cimon, ideo accusatus fuit: sed quod ea citra nuptias abusus credebatur; quod facile ex Plutarchi verbis intelligere quiuis attentior possit: et apud Athenaeum quoque, huius rei mentionem lib. XIII. inducentem, non simpliciter est τῇ ἀδελφῇ συνόντος, sed additum παρανόμως: quod opus non erat, si quidem omnino et quouis modo corpus cum sorore miscere apud Athenienses vitio fuisset datum. Et vero idem noster Plutarchus in Themistocle refert, huius filium, Archeptolim, sororem suam, Mnesiptolemam, alia matre Themistocli natam, in matrimonium duxisse: eo scilicet exemplo, quo Aemilius Atheniensibus vti permissum scripsit. Quod monere volui, ne quis temere secus de bonorum auctorum dictis statuat.]

19 ἐκτίσειν Iuntina et Aldina.

20 αὐτόν τε Vulcob.

21 ἀνῆγε

δυσφορήσας ἀποθανούσης, εἴ τι δεῖ τεκμαίρεσθαι ταῖς γεγραμμέναις ἐπὶ παρηγορίᾳ τοῦ πένθους ἐλεγείαις πρὸς αὐτόν· ὧν Παναίτιος ὁ φιλόσοφος οἴεται ποιητὴν γεγονέναι τὸν φυσικὸν Ἀρχέλαον, οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῖς χρόνοις εἰκάζων.

5. *Τὰ δ' ἄλλα πάντα τοῦ ἤθους ἀγαστὰ καὶ γενναῖα τοῦ Κίμωνος. οὔτε γὰρ τόλμῃ Μιλτιάδου λειπόμενος, οὔτε συνέσει Θεμιστοκλέους, δικαιότερος ἀμφοῖν ὁμολογεῖται γενέσθαι· καὶ ταῖς πολεμικαῖς οὐδὲ μικρὸν ἀποδέων ἀρεταῖς ἐκείνων, ἀμήχανον ὅσον ἐν ταῖς πολιτικαῖς ὑπερβαλέσθαι, νέος ὢν ἔτι καὶ πολέμων ἄπειρος. ὅτε γὰρ τὸν δῆμον, ἐπιόντων Μήδων, Θεμιστοκλῆς ἔπειθε, προέμενον τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν ἐκλιπόντα, πρὸ τῆς Σαλαμῖνος ἐν ταῖς ναυσὶ τὰ ὅπλα θέσθαι, καὶ διαγωνίσασθαι κατὰ θάλατταν· ἐκπεπληγμένων τῶν πολλῶν τὸ τόλμημα, πρῶτος Κίμων ὤφθη διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ φαιδρὸς ἀνιὼν εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετὰ τῶν ἑταίρων, ἵππου τινὰ χαλινὸν ἀναθεῖναι τῇ θεῷ διὰ χειρῶν κομίζων· ὡς οὐδὲν ἱππικῆς ἀλκῆς, ἀλλὰ ναυμάχων ἀνδρῶν ἐν τῷ παρόντι*

rime; quatenus coniicere licet ex ſcriptis ad leniendum luctum eius elegiis, quas Panaetius philoſophus condidiſſe phyſicum Archelaum putat, neque abſurde ducit ex temporibus coniecturam.

Reliqui mores praeſtantes Cimonis et egregii omnes fuere. Quum enim nec fortitudine concederet Miltiadi, nec Themiſtocli prudentia, vtroque fuiſſe eum conſtat innocentiorem. Ac, quum virtute bellica ne tantillo quidem eſſet illis inferior, mirum quantum pacis artibus antecelluit iis, idque iuuenis etiamnum et ſcientiae militaris rudis. Quum enim populo, ingruentibus Medis, conſuleret Themiſtocles, vt, relicta vrbe et agro deſerto, in freto iuxta Salamina dimicaret et claſſe certaret, omnibus ferme conſilium tam praeceps ſtupentibus, conſpectus Cimon primus eſt per Ceramicum alacris, comitantibus ſodalibus, arcem ſcandere, ac frenum equi, quod manibus ferebat, Mineruae conſecrare; quaſi non requireret ciuitas equeſtre robur in praeſens, ſed milites proeliorum

 naua-

τῆς πόλεως δεομένης. ἀναθεὶς δὲ τὸν χαλινὸν, καὶ λαβὼν ἐκ τῶν περὶ τὸν ναὸν κρεμαμένων ἀσπίδων, καὶ προσευξάμενος τῇ θεῷ, κατέβαινεν ἐπὶ θάλασσαν, οὐκ ὀλίγοις ἀρχὴ τοῦ θαῤῥεῖν γενόμενος. ἦν δὲ καὶ τὴν ἰδέαν οὐ μεμπτὸς, ὡς Ἴων ὁ ποιητής φησιν, ἀλλὰ μέγας, οὔλῃ καὶ πολλῇ τριχὶ κομῶν τὴν κεφαλήν. φανεὶς δὲ κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα λαμπρὸς καὶ ἀνδρώδης, ταχὺ δόξαν ἐν τῇ πόλει μετ' εὐνοίας ἔσχεν, ἀθροιζομένων πολλῶν πρὸς αὐτὸν, καὶ παρακαλούντων ἄξια τοῦ Μαραθῶνος ἤδη διανοεῖσθαι καὶ πράσσειν. ὁρμήσαντα δ' αὐτὸν ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἄσμενος ὁ δῆμος ἐδέξατο, καὶ μεστὸς ὢν τοῦ Θεμιστοκλέους, ἀνῆγε πρὸς τὰς [21] μεγίστας ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχὰς, εὐάρμοστον ὄντα καὶ προσφιλῆ τοῖς πολλοῖς, διὰ πραότητα καὶ ἀφέλειαν. οὐχ ἥκιστα δ' αὐτὸν ηὔξησεν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, τὴν εὐφυΐαν ἐνορῶν τῷ ἤθει, καὶ ποιούμενος οἷον ἀντίπαλον πρὸς τὴν Θεμιστοκλέους δεινότητα καὶ τόλμαν.

6. Ἐπεὶ δὲ, Μήδων φυγόντων ἐκ τῆς Ἑλλάδος,

naualium fcientes. Sacrato freno, fumtoque clypeo ex illis, qui in templo pendebant, adorauit deam, atque ad mare defcendit: qua re non paucis ad audendum praeiuit. Neque vero forma indecora fuit, (vt poeta ait Ion) fed ftatura eminenti, crifpaque et denfa capitis infignis coma. Quum in proelio ftrenue et fortiter dimicaffet, illico nomen quaefiuit apud ciues et beneuolentiam, multique illum adibant, incitabantque, vt digna iam Marathone confilia et facta fufciperet. Capeffentem rempub. excepit populus lubens, eumque faftidio Themiftoclis prouexit, quod acceptus plebi gratufque ex comitate et candore effet, ad fummos honores et magiftratus. Praecipue autem euexit eum Ariftides Lyfimachi, quod indolem perfpiceret in moribus eius probam, et quo, tanquam aduerfarium, eum Themiftoclis ingenio et audaciae obiiceret.

Vt vero, pulfis Graecia Medis, claffi fuit praefectus, non-

21 ἀνῆγε τὰς] H. Steph. ἀνῆγε πρὸς τὰς legere iubet. Saluinus εἰς τάς. Et ita in Numa adhibet nofter. *Mofes Dufoul.*

22 poft

ἐπέμφθη στρατηγὸς, κατὰ θάλατταν οὔπω τὴν ἀρχὴν Ἀθηναίων ἐχόντων, ἔτι δὲ Παυσανίᾳ [22] καὶ Λακεδαιμονίοις ἑπομένων, πρῶτον μὲν ἐν ταῖς στρατηγίαις ἀεὶ παρεῖχε τοὺς πολίτας κόσμῳ τε θαυμαστοὺς καὶ προθυμίᾳ πολὺ πάντων διαφέροντας· ἔπειτα Παυσανίου τοῖς μὲν βαρβάροις διαλεγομένου περὶ προδοσίας, καὶ βασιλεῖ γράφοντος ἐπιστολὰς, τοῖς δὲ συμμάχοις τραχέως καὶ αὐθαδῶς προσφερομένου, καὶ πολλὰ δι' ἐξουσίαν καὶ ὄγκον ἀνόητον ὑβρίζοντος, ὑπολαμβάνων πράως τοὺς ἀδικουμένους, καὶ φιλανθρώπως ἐξομιλῶν, ἔλαθεν οὐ δι' ὅπλων τὴν Ἑλλάδος ἡγεμονίαν, ἀλλὰ λόγῳ καὶ ἤθει παρελόμενος. προσετίθεντο γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν συμμάχων ἐκείνῳ τε καὶ Ἀριστείδῃ, τὴν χαλεπότητα τοῦ Παυσανίου καὶ ὑπεροψίαν μὴ φέροντες. οἱ δὲ καὶ τούτους ἅμα προσήγοντο, καὶ τοῖς ἐφόροις πέμποντες ἔφραζον, ὡς, ἀδοξούσης τῆς Σπάρτης, καὶ ταραττομένης τῆς Ἑλλάδος, ἀνακαλεῖν τὸν Παυσανίαν. λέγεται δὲ, παρθένον τινὰ Βυζαντίαν ἐπιφανῶν γονέων, ὄνομα Κλεονίκην, ἐπ' αἰσχύνῃ τοῦ Παυσανίου μεταπεμπομένου, τοὺς μὲν γονεῖς ὑπ' ἀνάγκης

nondum imperio potitis Athenienſibus, ſed Pauſaniam adhuc et Lacedaemonios ſequentibus, primum in expeditionibus ciues mirifice compoſitos atque alacritate omnibus praebuit praecellentes. Hinc, vt Pauſanias de proditione cum barbaris in ſermonem venit, ſcripſitque ad regem literas, cum ſociis autem aſpere et procaciter egit, effrenatamque licentiam ex imperio et amenti vſurpauit faſtu, hic excipiendo comiter offenſos et humaniter appellando, imperium Graeciae non armis, ſed benigno ſermone et moribus blandis, imprudenti ei abſtulit. Complures enim ſocii, moroſitatem et ſuperbiam exoſi Pauſaniae, aggregauerunt ad ſe illum et Ariſtidem; qui ſimul et hos rapuerunt ad ſe, et Ephoris per nuncios ſignificauerunt, vt Pauſaniam, quod infamia inuolueret Spartam et concitaret Graeciam, reuocarent. Fama eſt, virginem Byzantinam, illuſtribus ortam parentibus, nomine Cleonicen, quam ſtupri cauſa accerſiuerat Pauſanias, a parentibus fuiſſe neceſſitate et metu ſubactis

22 poſt Παυσανίᾳ inſerit τε Bodl. 3.

 23 παύ-

καὶ φόβου προέσθαι τὴν παῖδα· τὴν δὲ τῶν πρὸ τοῦ δωματίου δεηθεῖσαν ἀνελέσθαι τὸ φῶς, διὰ σκότους καὶ σιωπῆς τῇ κλίνῃ προσιοῦσαν, ἤδη τοῦ Παυσανίου καθεύδοντος, ἐμπεσεῖν καὶ ἀνατρέψαι τὸ λυχνίον ἄκουσαν. τὸν δὲ, ὑπὸ τοῦ ψόφου ταραχθέντα καὶ σπασάμενον τὸ παρακείμενον ἐγχειρίδιον, ὥς τινος ἐπ' αὐτὸν ἐχθροῦ βαδίζοντος, πατάξαι καὶ καταβαλεῖν τὴν παρθένον. ἐκ δὲ τῆς πληγῆς ἀποθανοῦσαν αὐτὴν οὐκ ἐᾷν τὸν Παυσανίαν ἡσυχάζειν, ἀλλὰ νύκτωρ εἴδωλον αὐτῷ φοιτῶσαν εἰς τὸν ὕπνον, ὀργῇ λέγειν τόδε τὸ ἡρῷον·

Στεῖχε δίκης ἆσσον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα χαλεπῶς ἐνεγκόντες οἱ σύμμαχοι, μετὰ τοῦ Κίμωνος ἐξεπολιόρκησαν αὐτόν. ὁ δ' ἐκπεσὼν τοῦ Βυζαντίου, καὶ τῷ φάσματι ταραττόμενος, ὡς λέγεται, κατέφυγε πρὸς τὸ νεκυομαντεῖον εἰς Ἡράκλειαν, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνακαλούμενος τῆς Κλεονίκης, παρῃτεῖτο τὴν ὀργήν. ἡ δ' εἰς ὄψιν ἐλθοῦσα, ταχέως ἔφη παύσεσθαι[23] τῶν κακῶν αὐτὸν, ἐν Σπάρτῃ γενόμενον· αἰνιττομένη, ὡς

subactis dimissam. Eam pro cubiculo precatam, vt lumen auferretur, quum per tenebras silentio ad cubile pergeret sopiti iam Pausaniae, incurrisse inuitam in lucernam, eamque euertisse. At illum ex strepitu obturbatum, stricto pugione, qui prope iacebat, quasi ab hoste aliquo peteretur, percussisse ac prostrauisse puellam: quam ex vulnere mortuam non permisisse Pausaniae quietem; sed spectrum noctu se offerens in somno hunc versum cum indignatione ad illum protulisse:

I propere ad poenas, dat maxima damna libido.

Quod factum socii cum Cimone iniquo animo ferentes, arcte obsederunt eum Byzantii. Elapsus tamen est, et viso illo (vti fertur) exterritus Heracleam confugit ad oraculum, quo manes euocantur, euocataque Cleonices anima, offensam deprecatus est. Illa in conspectum Pausaniae venit, ac breui eum illis malis ostendit explicatum iri, vbi Spartam venisset; obscure nimi-

23 παύσασθαι Iuntina et Aldina.

24 περὶ

ἔοικε, τὴν μέλλουσαν αὐτῷ τελευτήν. ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ πολλῶν ἱστόρηται.

7. Κίμων δὲ, τῶν συμμάχων ἤδη προσκεχωρηκότων αὐτῷ, στρατηγὸς εἰς Θρᾴκην ἔπλευσεν, πυνθανόμενος, Περσῶν ἄνδρας ἐνδόξους καὶ συγγενεῖς βασιλέως, Ἠϊόνα πόλιν ἐπὶ [24] τῷ Στρυμόνι κειμένην ποταμῷ κατέχοντας, ἐνοχλεῖν τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον Ἕλλησιν. πρῶτον μὲν οὖν μάχῃ τοὺς Πέρσας αὐτοὺς ἐνίκησε, καὶ κατέκλεισεν εἰς τὴν πόλιν· ἔπειτα τοὺς ὑπὲρ Στρυμόνα Θρᾷκας, ὅθεν αὐτοῖς ἐφοίτα σῖτος, ἀναστάτους ποιῶν, καὶ τὴν χώραν παραφυλάττων ἅπασαν, εἰς τοσαύτην ἀπορίαν τοὺς πολιορκουμένους κατέστησεν, ὥστε Βούτην [25], τὸν βασιλέως στρατηγὸν, ἀπογνόντα τὰ πράγματα, τῇ πόλει πῦρ ἐνεῖναι [26], καὶ συνδιαφθεῖραι [27] μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν χρημάτων ἑαυτόν. οὕτω δὲ λαβὼν τὴν πόλιν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφελήθη, τῶν πλείστων τοῖς βαρ-

nimirum imminentia ei fata designans. Haec multi scripta reliquere.

At Cimon, quum adiunxissent se ei socii, dux in Thraciam est profectus, quod nunciatum esset, ex Persis viros claros et regis necessarios, Eione oppido, quod ad Strymonem amnem positum est, occupato, conterminos infestare Graecos. Hic primum fudit acie Persas ipsos, atque intra moenia oppidi compulit: deinde accolas Strymonis Thracas, vnde supportabatur illis commeatus, sedibus expulit, totamque regionem stationibus cingens ad eas redegit obsessos difficultates, vt regius dux, Butes, rebus deploratis, flammam subderet oppido, seque cum amicis et rebus suis concremaret. Ita potitus oppido, nullum cepit aliud magnopere compendium, quod fuissent pleraque cum barba-

24 περὶ Bodl. 3. Iuntina et Aldina [quanquam Bryanus ex Bodl. 3. non περὶ, sed παρὰ enotauit.]

25 Βούτην] Alibi notaui, huius viri nomen diuerse proferri apud Auctores. *Palmerius.* Βούτης Vulcob. Βόντην Iuntin. et Aldin.

26 ἐνεῖκαι Vulcob. ἐκεῖναι Ald. sed Iuntina recte ἐνεῖναι.

27 διαφθεῖραι simplex dant Iunt. et Ald.

 28 τοὺς

βάροις συγκατακαέντων· τὴν δὲ χώραν, εὐφυεςάτην ἔσαν καὶ καλλίςην, οἰκῆσαι παρέδωκε τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ τὲς Ἑρμᾶς αὐτῷ τὲς λιθίνες [28] ὁ δῆμος ἀναθεῖναι συνεχώρησεν, ὧν ἐπιγέγραπται τῷ μὲν πρώτῳ·

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
Παισὶν ἐπ' Ἠϊόνι Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοὰς,
Λιμόν τ' αἴθωνα κρυερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα,
Πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.

τῷ δὲ δευτέρῳ·

Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν [29],
Ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλων ἀγαθῶν.
Μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων, ἐθελήσει
Ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς πράγμασι δῆριν ἔχειν.

barbaris incendio haufta; fed laetiffimum et amoeniffimum oppido circumiectum agrum Athenienfibus dedit incolendum. Quare ftatuas iftas Mercurii lapideas populus ei vt poneret indulfit: quarum primae eft infcriptum:

Nempe fuere viri magni quoque pectoris illi,
Qui quondam Medos moenibus Eionis
Afflixere fame, claufos ad Strymonis vndam,
Qui primi Martis damna tulere grauis.

Secundae:

Haec vero ducibus retulerunt praemia grati
Cecropidae, factis quae meruere bonis.
Cernentem haec aliquem de pofteritate iuuabit
Bella fubire magis, pro patriaque mori.

Tertiae:

28 τὲς Ἑρμᾶς αὐτῷ τὲς λιθίνες] Xylander vertit: *vt lapideas Mercurii ftatuas:* et annotat: Pofitae funt Athenis in porticu Mercuriali. Vide hac de re orationem Aefchinis in Ctefiphontem: vbi et haec carmina recitantur, etfi paulululum aliter quaedam legantur. Quod de Meneftheo citatur Homeri praeconium, eft lib. II. Iliadis, in Claffis recenfione.

29 ἐπέδωκαν Bodl. 3. Iunt. Ald.

30 πέ-

τῷ δὲ τρίτῳ·

Ἔκ ποτε τῆσδε πόληος [30] ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
 Ἡγεῖτο ζάθεον Τρωϊκὸν ἐς πεδίον.
Ὅν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα θωρηκτάων
 Κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ὄντα μολεῖν.
Οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
 Κοσμηταῖς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

8. Ταῦτα, καίπερ οὐδαμοῦ τὸ Κίμωνος ὄνομα δηλοῦντα, τιμῆς ὑπερβολὴν ἔχειν ἐδόκει τοῖς τότε ἀνθρώποις. οὔτε γὰρ Θεμιστοκλῆς τοιούτου τινὸς, οὔτε Μιλτιάδης, ἔτυχεν· ἀλλὰ τούτῳ γε, θαλλοῦ στέφανον αἰτοῦντι, Σωχάρης [31] ὁ Δεκελεὺς, ἐκ μέσου τῆς ἐκκλησίας ἀναστὰς, ἀντεῖπεν, οὐκ εὐγνώμονα μὲν, ἀρέσασαν δὲ τῷ δήμῳ τότε φωνὴν ἀφείς· Ὅταν γὰρ, ἔφη, μόνος ἀγωνισάμενος, ὦ Μιλτιάδη, νικήσῃς τοὺς βαρβάρους, τότε καὶ τιμᾶσθαι μόνος ἀξίου. διὰ τί τοίνυν τὸ Κίμωνος ὑπερηγά-

Tertiae:

Agmina quum quondam Mnestheus duxisset Atridis
 Ex hac vrbe virum lata per arua Phrygum,
Gnarum prae reliquis quem cantat Homerus Achiuis
 Compositis acies instruere ordinibus.
Sic etiam meritis primi dicentur vbique
 Virtute insigni Marteque Cecropidae.

Haec quanquam nomen nusquam praeferunt Cimonis, eximium honorem tamen illius seculi homines ducebant esse. Neque Themistocles simile quiddam est, neque Miltiades, assequutus: verum huic, coronam oleaginam petenti, surgens ex media concione Sochares Decelensis aduersatus est, vocemque misit, non illam quidem aequam, sed populo id temporis gratam: Vbi vnus (inquit) certaueris, Miltiades, et barbaros viceris, tunc etiam vnus pete honorem. Quid igitur tantopere sunt Cimonis factum

30 πόλεως iidem.
31 Σωχάρης] Lege Σοφάνης, vt apud Herodotum pluries et alios: vir fuit bellica virtute insignis. *Palmerius.*

32 εἰς

πησαν ἔργον; ἢ ὅτι τῶν μὲν ἄλλων ςρατηγέντων ὑπὲρ τȣ͂ μὴ παθεῖν ἠμύνοντο τȣ̀ς πολεμίȣς, τȣ́τȣ δὲ, καὶ ποιῆσαι κακῶς ἠδυνήθησαν, ἐπὶ τὴν ἐκείνων αὐτοὶ ςρατεύσαντες, καὶ προσεκτήσαντο χώρας, αὐτήν τε τὴν Ἠϊόνα καὶ τὴν Ἀμφίπολιν οἰκίσαντες; ᾤκισαν δὲ καὶ Σκῦρον, ἑλόντος Κίμωνος ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Δόλοπες ᾤκȣν τὴν νῆσον, ἐργάται κακοὶ γῆς, ληϊζόμενοι δὲ τὴν θάλασσαν ἐκ παλαιȣ͂, τελευτῶντες ȣ̓δὲ τῶν εἰσπλεόντων παρ' αὐτȣ̀ς καὶ χρωμένων ἀπείχοντο ξένων, ἀλλὰ Θετταλȣ́ς τινας ἐμπόρȣς περὶ τὸ Κτήσιον ὁρμισαμένȣς συλήσαντες εἷρξαν. ἐπεὶ δὲ διαδράντες ἐκ τῶν δεσμῶν οἱ ἄνθρωποι δίκην κατεδικάσαντο τῆς πόλεως Ἀμφικτυονικὴν, ȣ̓ βȣλομένων τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τȣ̀ς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδȣ͂ναι κελευόντων, δείσαντες ἐκεῖνοι, πέμπȣσι γράμματα πρὸς Κίμωνα, κελεύοντες ἥκειν μετὰ τῶν νεῶν ληψόμενον τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν ἐνδιδομένην. παραλαβὼν δ' ȣ̔́τω τὴν νῆσον ὁ Κίμων, τȣ̀ς μὲν Δόλοπας ἐξήλασε, καὶ τὸν Αἰγαῖον ἠλευθέρωσε· πυνθανόμενος δὲ, τὸν παλαιὸν Θησέα, τὸν Αἰγέως, φυγόντα μὲν ἐξ Ἀθη-

factum amplexi? An quod sub caeteris ducibus de salute sua dimicauerint cum hostibus, hoc vero duce inferre etiam illis cladem, facta in ditionem eorum irruptione, potuerint, prouincias subegerint, ipsamque Eiona et Amphipolim colonias deduxerint? In Scyrum insuper, quam cepit Cimon ex huiuscemodi occasione: Dolopes eam insulam tenebant, ignaui agricolae: hi praedando mare infestum antiquitus habebant. Nec a commeantibus denique ad ipsos et commercia secum habentibus temperabant hospitibus, sed mercatores aliquot Thessalos, negotiandi causa eo profectos, spoliauerunt vinxeruntque. Qui, quum ex custodia effugissent, damnauerunt eam ciuitatem in ius vocatam apud Amphictyonas. Quia vero pendere vna mulctam renuit plebs, eos autem, qui praedam abstulissent possiderentque, iusserunt soluere, illi metu perculsi, mittunt literas ad Cimonem, inuitantque eum, vt cum classe adsit ad oppidum capiendum, quod se ei ostenduntondunt traditvros.

νῶν εἰς Σκῦρον, αὐτὸν δ' ἀποθανόντα δόλῳ διὰ φόβον ὑπὸ Λυκομήδους τοῦ βασιλέως, ἐσπούδασε τὸν τάφον ἀνευρεῖν. καὶ γὰρ ἦν χρησμὸς Ἀθηναίοις, τὰ Θησέως λείψανα κελεύων ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ, καὶ τιμᾷν ὡς ἥρωα πρεπόντως. ἀλλ' ἠγνόουν, ὅπου κεῖται, Σκυρίων οὐχ ὁμολογούντων, οὐδ' ἐώντων ἀναζητεῖν. τότε δὴ πολλῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ σηκοῦ μόγις ἐξευρεθέντος, ἐνθέμενος ὁ Κίμων εἰς τὴν αὑτοῦ τριήρη τὰ ὀστᾶ, καὶ τἄλλα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατήγαγεν εἰς τὴν αὑτοῦ [32] δι' ἐτῶν σχεδὸν τετρακοσίων [33]. ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἡδέως ὁ δῆμος ἔσχεν. ἔθεντο δ' εἰς μνήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην. πρώτην γὰρ [34] διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος, Ἀφεψίων ὁ ἄρχων, φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος· ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδάς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελ-

contulisse in Scyrum se, atque ibi ab rege Lycomede ex suspicione dolo sublatum, laborauit sepulcrum eius vestigare. Siquidem oraculum erat Athenis, quod reliquias Thesei in vrbem referri, eumque pro heroe praecipiebat eximie coli. Caeterum, vbi conditus esset, ignorabant, quod Scyrii fateri nollent, neque concederent inuestigari. Tunc vero ingenti studio tandem inuenit Cimon conditorium, imposuitque naui praetoriae ossa, eaque, omni magnificentia decorata, in patriam annis prope quadringentis post reduxit: quamobrem summam gratiam apud populum comparauit. In huius quoque memoriam tragoedorum celebratum certamen constituere. Nam quum primam fabulam Sophocles etiamnum iuuenis dedisset, contentio autem esset et concertatio spectatorum, Aphepsion archon non erat sortitus iudices certaminis. Vbi vero Cimon cum collegis ducibus theatrum ingressus solennia libamina deo fecit, non dimisit eos,

32 εἰς τὴν αὑτοῦ] Forsan εἰς τὸ ἄστυ. Vide I. 31. et hoc Vol. 125, 11.

33 τετρακοσίων] Ὀκτακοσίων a Plutarcho scriptum fuisse non dubitat Dacerius.

34 πρώτην γὰρ διδ....] Legenda est hic Palmerii nota prolixior; quam p. 202. eius Exercit. inuenies. *Moses Dusoul.*

35 ὠφε-

θεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας, ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε. νικήσαντος δὲ τοῦ Σοφοκλέους, λέγεται, τὸν Αἰσχύλον, περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα, χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται.

9. Συνδειπνῆσαι δὲ τῷ Κίμωνί φησιν ὁ Ἴων παντάπασι μειράκιον, ἥκων εἰς Ἀθήνας ἐκ Χίου παρὰ Λαομέδοντι· καὶ τῶν σπονδῶν γενομένων, παρακληθέντος ᾆσαι, καὶ ᾄσαντος οὐκ ἀηδῶς ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας, ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους. ἐκεῖνον γὰρ ᾄδειν μὲν οὐ φάναι μαθεῖν, οὐδὲ κιθαρίζειν· πόλιν δὲ ποιῆσαι μεγάλην καὶ πλουσίαν ἐπίστασθαι. τοὐντεῦθεν, οἷον εἰκὸς, ἐν πότῳ τοῦ λόγου ῥυέντος ἐπὶ τὰς πράξεις τοῦ Κίμωνος, καὶ μνημονευομένων τῶν μεγίστων, αὐτὸν ἐκεῖνον ἓν διελθεῖν στρατήγημα τῶν ἰδίων ὡς σοφώτατον. ἐπεὶ γὰρ ἐκ Σηστοῦ καὶ Βυζαντίου πολλοὺς τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους λαβόντες οἱ σύμμαχοι, τῷ Κίμωνι διανεῖμαι προσέταξαν, ὁ δὲ

eos, ſed illos decem ex ſingulis tribubus ſingulos coegit iuratos conſidere et diſceptare. Exceſſit autem ob dignitatem iudicum certamen ambitionem. Victore Sophocle, Aeſchylum fama tenet diſcruciatum, atque id iniquo animo ferentem, non diu Athenis haeſiſſe, inde profectum fuiſſe ex indignatione in Siciliam, vbi defunctus quoque et circa Gelam humatus eſt.

Ion coenatum ſe cum Cimone narrat apud Laomedontem, quum admodum adoleſcens ex Chio veniſſet Athenas. Secundum libamina quum accubuiſſet, cantaſſe eum: quem, quum non illepide ceciniſſet, commendatum fuiſſe a conuiuis, vt Themiſtocle feſtiuiorem. Illum enim ſcire ſe negaſſe canere, vel citharam pulſare: vrbem vero amplificare et opibus augere, id tenere. Hinc ſermone (vt fit) inter pocula ad res geſtas Cimonis delapſo, commemoratiſque maximis, hoc vnum conſilium illum ipſum ex ſuis vt ſolertiſſimum propoſuiſſe. Quum enim magnum numerum barbarorum, qui capti Seſti et Byzantii fuerant, ſocii denunciaſſent Cimoni vt diuideret, atque ille

hinc

χωρὶς μὲν αὐτὺς, χωρὶς δὲ τὸν περὶ τοῖς σώμασι κόσμον αὐτῶν ἔθηκεν, ᾐτιῶντο τὴν διανομὴν ὡς ἄνισον. ὁ δὲ τῶν μερίδων ἐκέλευσεν αὐτὺς ἑλέσθαι τὴν ἑτέραν, ἣν δ' ἂν ἐκεῖνοι καταλίπωσιν, ἀγαπήσειν Ἀθηναίυς. Ἡροφύτυ δὲ τῦ Σαμίυ συμβυλεύσαντος, αἱρεῖσθαι τὰ Περσῶν μᾶλλον, ἢ Πέρσας, τὸν μὲν κόσμον αὐτοὶ ἔλαβον, Ἀθηναίοις δὲ τὺς αἰχμαλώτυς ἀπέλιπον. καὶ τότε μὲν ὁ Κίμων ἀπῄει, γελοῖος εἶναι δοκῶν διανομεὺς, τῶν μὲν συμμάχων ψέλλια χρυσᾶ, καὶ μανιάκας, καὶ στρεπτὺς, καὶ κάνδυας, καὶ πορφύραν φερομένων, τῶν δ' Ἀθηναίων γυμνὰ σώματα κακῶς ἠσκημένα πρὸς ἐργασίαν παραλαβόντων. μικρὸν δὲ ὕστερον οἱ τῶν ἑαλωκότων φίλοι καὶ οἰκεῖοι, καταβαίνοντες ἐκ Φρυγίας καὶ Λυδίας, ἐλυτρῦντο μεγάλων χρημάτων ἕκαστον· ὥστε τῷ Κίμωνι τεσσάρων μηνῶν τροφὰς εἰς τὰς ναῦς ὑπάρξαι, καὶ προσέτι τῇ πόλει χρυσίον ὐκ ὀλίγον ἐκ τῶν λύτρων περιγενέσθαι.

10. Ἤδη δ' εὐπορῶν ὁ Κίμων, ἐφόδια τῆς στρατιᾶς, ἃ καλῶς ἀπὸ τῶν πολεμίων ἔδοξεν ὠφελεῖσθαι [35], κάλλιον ἀνήλισκεν εἰς τὺς πολίτας. τῶν τε γὰρ ἀγρῶν

hinc captiuos, illinc, quae illi gerebant corporibus ornamenta posuisset, iniquam partitionem questi sunt. Ibi iussit ille eis, alteram portionem sumerent, quam ipsi reliquissent, ea fore ait Athenienses contentos. Auctore Samio Herophyto, vt res Persarum prae Persis deligerent, illi ornamenta cepere, Atheniensibus reliquerunt captiuos. Atque in praesentia quidem ridiculus diuisor habitus Cimon est, quod socii aureas armillas, catellas, torques, candyas, et purpuram ferrent, Atheniensibus vero nuda cederent corpora male ad laborem comparata. Verum breui post captiuorum amici et propinqui ex Phrygia et Lydia venientes singulos grandi pretio redemerunt. Vnde Cimon classi in quatuor menses alimenta praebuit, insuperque non parum reipub. ex redemtione illorum superfuit auri.

Iam abundans Cimon, imperii sui compendia, quae praeclare ab hostibus parauerat, praeclarius impendit in ciues. Praediis enim suis

35 ὠφελῆσθαι Bodl. 3.

36 ἐφ'

τὰς φραγμὰς ἀφεῖλεν, ἵνα καὶ τοῖς ξένοις καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις ἀδεῶς ὑπάρχῃ λαμβάνειν τῆς ὀπώρας· καὶ δεῖπνον οἴκοι παρ᾽ αὐτῷ, λιτὸν μὲν, ἀρκοῦν δὲ πολλοῖς ἐποιεῖτο καθ᾽ ἡμέραν· ἐφ᾽ ᾧ [36] τῶν πενήτων ὁ βουλόμενος εἰσῄει, καὶ διατροφὴν εἶχεν ἀπράγμονα, μόνοις τοῖς δημοσίοις σχολάζων. ὡς δ᾽ Ἀριστοτέλης φησὶν, οὐχ ἁπάντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τῶν δημοτῶν αὐτοῦ [37] Λακιαδῶν [38] παρεσκευάζετο τῷ βουλομένῳ τὸ δεῖπνον. αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο δύο, ἢ τρεῖς [39], ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαστος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. καὶ τὸ γινόμενον ἐφαίνετο σεμνόν. οἱ δ᾽ αὐτοὶ καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον, παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλ-

ſuis ſepta detraxit, vt et peregrini et ciues, quotquot quaererent, libere ſumerent fructus. Coena domi apud eum, frugalis illa quidem, ſed multis tamen ſufficiens, erat quotidie inſtructa: quo quilibet pauper admittebatur, vbi alimenta habebat citra laborem ſuum, vt vacare ſolis negotiis publicis poſſet. Ariſtoteles vero auctor eſt, non omnibus Athenienſibus, ſed curialium tantum eius Laciadarum cuiuis paratam coenam fuiſſe. Comitabantur eum familiares adoleſcentes honeſte amicti, quorum quisque, vbi occurrebat Cimoni ex ciuibus maior natu obſoletius veſtitus, pallium cum eo commutabat. Habebat ea res magnificam ſpeciem. Nummos iidem ferebant cumulate, qui in foro adiungebant ſe inopibus, ſi qui honeſti forent, eoſque his ſilentio inii-

36 ἐφ᾽ ᾧ] Mur. ἐφ᾽ οὗ. recte. Idem mox δ᾽ inſerit ante Ἀριστοτέλης, quod etiam probo. *Moſes Duſoul.* [Scilicet a vulgatis abeſt δὲ, quod e Iuntina atque Aldina reſtitui.]

37 ἀλλὰ τῶν δημοτῶν αὐτοῦ etc.] Idem hoc ex Theophraſto refert Cicero lib. II. de officiis. *Xylander.*

38 Λακιαδῶν] Recte. nam ſupra (110, 11.) οἱ περὶ τὸν Μιλτιάδην, Λακιάδαι. Quod etiam infra (130, 14.) ἧκεν εἰς τὴν αὐτοῦ φυλὴν τὴν Οἰνηΐδα, dicit, nemini fraudi vt ſit, adſcribam verba Steph. π. π. Λακιάδαι, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς.

39 συνήθεις] Pro hac voce Athenaeus habet δύο ἢ τρεῖς. p. 533. B.

40 κα-

λον εἰς τὰς χεῖρας. ὧν δὴ καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς [40] ἐν Ἀρχιλόχοις ἔοικε μεμνῆσθαι διὰ τούτων·

> Κἀγὼ [41] γὰρ ηὔχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεὺς
> Σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
> Καὶ πάντ᾽ ἀρίστῳ τῶν πανελλήνων πρώτῳ,
> Κίμωνι, λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος
> Αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν. ὁ δὲ
> Λιπὼν, βέβηκε πρότερος.

ἔτι τοίνυν Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνός φησὶ, τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μὲν, ὡς χρῷτο, χρῆσθαι δὲ, ὡς τιμῷτο. Κριτίας δὲ, τῶν τριάκοντα γενόμενος, ἐν ταῖς ἐλεγείαις εὔχεται

> Πλοῦτον μὲν Σκοπάδων [42], μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος,
> Νίκας δ᾽ Ἀγεσίλα [43] τοῦ Λακεδαιμονίου.

iniiciebant in manum. Cuius rei apparet Cratinum comicum in Archilochis meminiſſe hiſce verbis:

> *In dulcibus votis mihi Metrobio erat*
> *Scribae, ſuauem tranſigere vitam ſeni*
> *Summe hoſpitali cum viro diuinitus*
> *Facto, melior inter Pelaſgos quo fuit*
> *Nemo, aut prior, Cimone: ſed fato graui*
> *Defunctus abſceſſit prior.*

Ad haec Gorgias Leontinus Cimonem refert pecuniam quaeſiſſe, vt vteretur: vſum, vt honorem aſſequeretur. Critias etiam, ex triginta tyrannis vnus, optat in Elegiis

> *Diuitias Scopadum, generoſaque facta Cimonis,*
> *Ageſilae, etiam parta tropaea tibi.*

Licham

40 κωμικὸς] Mur. vti et Bodl. ὁ κωμ. [cum articulo, qui vulgatis deeſt.] recte. mox etiam habent πρέμῳ, quod omnino ſequendum eſt. [Illud πρόμῳ exhibet etiam Anon.]

41 κάτω Iunt. Ald.

42 Πλοῦτον... Σκοπάδων] Quinam hi *Scopades* fuerint, enarrat nemo. Suſpicor, mendoſam eſſe vocem, legendumque Σκόπαδος; vt diues ille Theſſalus intelligatur, cuius dictum habes in M. Cat. (II. 351, 5.) quem locum ſi legeris, mecum, credo, ſenties. *Moſes Duſoul.*

43 Νίκας δ᾽ Ἀγεσίλα etc.] Pentametrum oportet eſſe: itaque ſic

καίτοι Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' ἐδενὸς ἄλλε γινώσκομεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὀνομαςὸν γενόμενον, ἢ ὅτι τὲς ξένες ἐν ταῖς γυμνοπαιδείαις ἐδείπνιζεν· ἡ δὲ Κίμωνος ἀφθονία καὶ τὴν παλαιὰν τῶν Ἀθηναίων φιλοξενίαν καὶ φιλανθρωπίαν ὑπερέβαλεν. οἱ μὲν γὰρ, ἐφ' οἷς ἡ πόλις μέγα φρονεῖ δικαίως, τό τε σπέρμα τῆς τροφῆς εἰς τὲς Ἕλληνας ἐξέδωκαν, ὑδάτων τε πηγαίων [44] καὶ πυρὸς ἔναυσιν χρήζεσιν ἀνθρώποις ἐδίδαξαν. ὁ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν τοῖς πολίταις πρυτανεῖον ἀποδείξας κοινὸν, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχὰς, καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρεσι, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἅπαντα τοῖς ξένοις παρέχων, τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ Κρόνε μυθολογεμένην κοινωνίαν εἰς τὸν βίον αὖθις κατῆγεν. οἱ δὲ ταῦτα κολακείαν ὄχλε καὶ δημαγωγίαν εἶναι διαβάλλοντες, ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐξηλέγχοντο τῦ ἀνδρὸς προαιρέσεως, ἀριςοκρατικῆς καὶ Λακωνικῆς ἔσης. ὅς γε καὶ Θεμιςοκλεῖ πέρα τῦ δέοντος ἐπαίροντι τὴν δημοκρατίαν, ἀντέβαινε μετ' Ἀριςεί-

Licham quidem ſcimus Laconem nulla re celebrem alia in Graecia euaſiſſe, quam quod ludis gymnicis eſſet ſolitus coena excipere peregrinos. Enimuero Cimonis liberalitas etiam veterum Athenienſium ſuperauit hoſpitalitatem et benignitatem. Illi enim, vnde vrbs haec iure gloriatur, alimentorum ſemen ediderunt inter Graecos, atque aquam fontanam accendendique copiam ignis hominibus, quibus eſſet opus, largiti ſunt. At hic aedes ſuas pro coenatione publica aperiendo, et ruri fructus tempeſtiuos capiendos, ac quaecunque anni tempora gignunt bona, fruenda ſumenda peregrinis praebendo, quaſi fabuloſam illam, quae Saturni regno fuit, rerum communionem in orbem reduxit. Qui autem blandimenta haec ad vulgus et populares calumniabantur eſſe aſſentationes, eos retundebant reliqua illius viri inſtituta, optimatium partibus conſentanea et Laconica. Quippe Themiſtocli, plus ſatis populi ius euehenti, reluctatus eſt, ſocio Ariſti-

ſic ſcriptum ab auctore opinor: Νίκας Ἀγησίλεω τῦ Λακεδαιμονίε. *Xylander.*

44 πηγαίων] Excidiſſe hic vocem aliquam ſuſpicor, ad quam illud ὑδάτων πηγαίων referri poſſit, vt πυρὸς ad ἔναυσιν refertur. *Moſes Duſoul.*

45 ὅτε

δȣ· καὶ πρὸς Ἐφιάλτην ὕϛερον χάριτι τȣ͂ δήμȣ καταλύοντα τὴν ἐξ Ἀρείȣ πάγȣ βȣλὴν διηνέχθη. λημμάτων δὲ δημοσίων τȣ̀ς ἄλλȣς, πλὴν Ἀριϛείδȣ καὶ Ἐφιάλτȣ, πάντας ἀναπιμπλαμένȣς ὁρῶν, αὐτὸν ἀδέκαϛον καὶ ἄθικτον ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίας, καὶ πάντα προῖκα καὶ καθαρῶς πράτ]οντα καὶ λέγοντα διὰ τέλȣς παρέσχε. λέγεται γέ τοι, Ῥοισάκην τινὰ βάρβαρον, ἀποϛάτην βασιλέως, ἐλθεῖν μετὰ χρημάτων πολλῶν εἰς Ἀθήνας, καὶ σπαρατ]όμενον ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν, καταφυγεῖν πρὸς Κίμωνα, καὶ θεῖναι παρὰ τὴν αὔλειον αὐτȣ͂ φιάλας δύο, τὴν μὲν ἀργυρείων ἐμπλησάμενον Δαρεικῶν, τὴν δὲ χρυσῶν· ἰδόντα δὲ τὸν Κίμωνα, καὶ μειδιάσαντα, πυθέσθαι τȣ͂ ἀνθρώπȣ, πότερον αἱρεῖται Κίμωνα μισθωτὸν, ἢ φίλον ἔχειν· τȣ͂ δὲ φήσαντος φίλον· Οὐκȣ͂ν, φάναι, ταῦτ' ἄπιθι μετὰ σεαυτȣ͂ κομίζων· χρήσομαι γὰρ αὐτοῖς, ὅταν [45] δέωμαι, φίλος γενόμενος.

11. Ἐπεὶ δ' οἱ σύμμαχοι τȣ̀ς φόρȣς μὲν ἐτέλȣν, ἄνδρας δὲ καὶ ναῦς, ὡς ἐτάχθησαν, ȣ̓ παρεῖχον, ἀλλ'

Ariſtide: et cum Ephialte poſt, curiam Areopagi in gratiam populi moliente diſſoluere, contentiones ſuſcepit. Porro capturis publicis alios extra Ariſtidem et Ephialtem omnes cernens repletos, incorruptum ſe et intactum a quaeſtu in repub. praeſtitit, omniaque gratis et innocenter per totam vitam et fecit et dixit. Ferunt nempe, Roeſacem quendam barbarum, qui a rege deſciuerat, Athenas cum magna pecunia ſe contuliſſe. Hunc, quum fatigaretur a ſycophantis, confugiſſe ad Cimonem, ac phialas duas aureas ad veſtibulum eius poſuiſſe, vnam argenteorum Daricorum, alteram aureorum plenam: Cimonem vero, vbi vidit, arriſiſſe, atque hominem rogaſſe, mercenario Cimone, an vti mallet amico? Qui vt reſpondit: Amico: tum dixiſſe: Ergo aufer iſta tecum: vtar iis, quia amicus tuus ſum, vbi opus habuero.

Quum autem penderent vectigalia ſocii, milites vero et naues completas, vt indictum iis fuerat, non praeberent, verum eſſent

45 ὅτε Bodl. 3.

46 ἐκ

ἀπαγορεύοντες ἤδη πρὸς τὰς στρατείας, καὶ πολέμου μὲν οὐδὲν δεόμενοι, γεωργεῖν δὲ καὶ ζῆν καθ' ἡσυχίαν ἐπιθυμοῦντες, ἀπηλλαγμένων τῶν βαρβάρων καὶ μὴ διοχλούντων, οὔτε τὰς ναῦς ἐπλήρουν, οὔτ' ἄνδρας ἀπέστελλον, οἱ μὲν ἄλλοι στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων προσηνάγκαζον αὐτοὺς ταῦτα ποιεῖν, καὶ τοὺς ἐλλείποντας ὑπάγοντες δίκαις καὶ κολάζοντες, ἐπαχθῆ τὴν ἀρχὴν καὶ λυπηρὰν ἐποίουν. Κίμων δὲ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν ἐν τῇ στρατηγίᾳ πορευόμενος, βίαν μὲν οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων προσῆγε, χρήματα δὲ λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ βουλομένων στρατεύεσθαι καὶ ναῦς κενάς, ἐκείνους εἴα δελεαζομένους τῇ σχολῇ περὶ τὰ οἰκεῖα διατρίβειν, γεωργοὺς καὶ χρηματιστὰς ἀπολέμους ἐκ πολεμικῶν ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἀνοίας γινομένους. τῶν δ' Ἀθηναίων ἀνὰ μέρος πολλοὺς ἐμβιβάζων, καὶ διαπονῶν ταῖς στρατείαις, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῖς παρὰ τῶν συμμάχων μισθοῖς καὶ χρήμασι δεσπότας αὐτῶν τῶν διδόντων ἐποίησε. πλέοντας γὰρ αὐτοὺς συνεχῶς, καὶ διὰ χειρὸς ἔχοντας ἀεὶ τὰ ὅπλα, καὶ τρεφομένους καὶ ἀσκοῦντας ἐκ τῆς αὐτῶν ἀστρατείας [46], ἐθισθέντες φοβεῖσθαι καὶ κολα-

eſſent iam ab expeditionibus auerſi, atque a bello abhorrerent, agros vero colere et quietam vitam geſtirent ducere, quia barbari receperant ſe, nec quicquam faceſſebant negotii: ad haec munera ſubeunda compellebant eos reliqui Athenienſium duces; eoſque, qui non parebant, iudiciis mulctiſque coercendo inuidioſum reddebant imperium Athenienſium et amarum. At Cimon diuerſa via imperator incedens vim nulli afferebat Graeco: pecuniam autem ab illis, qui nomina dare nolebant, et naues vacuas accipiebat, illos otio delinitos domi manere, agricolaſque et negotiatores et quaeſtus ſectatores imbelles ex bellatoribus per mollitiam et vecordiam permittebat effici. Athenienſes vero magno numero viciſſim imponebat in naues et expeditionibus ſubigebat. Quare breui ſpatio eos ſociorum dominos ipſorum praebentium ſtipendiis et nummis reddidit. Hos enim, qui nauigabant aſſidue, arma perpetuo tractabant, ſuſtinebant et exercebant ſe ſuis expeditionibus, quia aſſueſcebant illi formidare

46 ἐκ τῆς αὐτῶν στρατείας] Corruptum locum hunc cenſeo; ſed qua ratione emendandus ſit, non video. *Moſes Duſoul.*

κεύειν, ἔλαθον ἀντὶ συμμάχων ὑποτελεῖς καὶ δοῦλοι γεγονότες.

12. Καὶ μὴν αὐτοῦ γε τοῦ μεγάλου βασιλέως οὐδεὶς ἐταπείνωσε καὶ συνέστειλε τὸ φρόνημα μᾶλλον, ἢ Κίμων. οὐ γὰρ ἀνῆκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπηλλαγμένον, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ποδὸς διώκων, πρὶν διαπνεῦσαι καὶ στῆναι τοὺς βαρβάρους, τὰ μὲν ἐπόρθει καὶ κατεστρέφετο [47], τὰ δ' ἀφίστη καὶ προσήγετο τοῖς Ἕλλησιν· ὥστε τὴν ἀπ' Ἰωνίας [48] Ἀσίαν, ἄχρι Παμφυλίας παντάπασι Περσικῶν ὅπλων ἐρημῶσαι. πυθόμενος δὲ, τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς μεγάλῳ στρατῷ καὶ ναυσὶ πολλαῖς ἐφεδρεύειν περὶ Παμφυλίαν, καὶ βουλόμενος αὐτοῖς ἄπλουν καὶ ἀνέμβατον ὅλως ὑπὸ φόβου τὴν ἐντὸς Χελιδονίων ποιήσασθαι θάλατταν, ὥρμησεν ἄρας ἀπὸ Κνίδου καὶ Τριοπίου διακοσίαις τριήρεσι, πρὸς μὲν τάχος ἀπ' ἀρχῆς καὶ περιαγωγὴν ὑπὸ

midare et assentari, euadebant imprudentes pro sociis vectigales eorum et serui.

Iam magni regis quidem nemo spiritus magis, quam Cimon, infregit atque imminuit. Neque enim fugatum ex Graecia dimisit, sed, quasi vestigiis inhaerens, priusquam respirarent et consisterent barbari, alia depopulatus est et deleuit, alia ad defectionem impulit subiunxitque Graecis, vt in Asia ab Ionia vsque ad Pamphyliam nusquam Persica arma apparerent. Quum autem allatum ad eum esset, regios duces magno exercitu et ingenti classe circa Pamphyliam statiua habere, quo iis mare, quod inter insulas Chelidonias est, vndequaque redderet infestum et inaccessum, prouectus est a Cnido et Triopio nauibus ducentis, quae agiles vt essent et versatiles, optime fuerant a principio

47 κατέστρεφε Bodl. 3. Iunt. Ald.

48 Ἰονίας] Peccatur in hac voce non infrequenter. Ἰωνίας scribendum est. [vt dudum ante nostram aetatem et Iunt. et Ald. dederant, vnde reuocaui.] Contra, quando de mari Ionio sermo est, Ἰόνιος scribendum: quod non obseruatum est V. 95, 12. 127, 18. et 128, 16. forsan et alibi, quod me fugit. sed semel hic obseruasse satis erit. *Moses Dusoul.*

Θεμιστοκλέους ἄριστα κατεσκευασμέναις· ἐκεῖνος δὲ τότε καὶ πλατυτέρας ἐποίησεν αὐτὰς, καὶ διάβασιν τοῖς καταστρώμασιν ἔδωκεν, ὡς ἂν ὑπὸ τῶν [49] πολλῶν ὁπλιτῶν μαχιμώτεραι προσφέροιντο τοῖς πολεμίοις. ἐπιπλεύσας δὲ τῇ πόλει τῶν Φασηλιτῶν, Ἑλλήνων μὲν ὄντων, οὐ δεχομένων δὲ τὸν στόλον, οὐδὲ βουλομένων ἀφίστασθαι βασιλέως, τήν τε χώραν κακῶς ἐποίει, καὶ προσέβαλε τοῖς τείχεσιν. οἱ δὲ Χῖοι συμπλέοντες αὐτῷ, πρὸς δὲ τοὺς Φασηλίτας ἐκ παλαιοῦ φιλικῶς ἔχοντες, ἅμα μὲν τὸν Κίμωνα κατεπράϋνον, ἅμα δὲ τοξεύοντες ὑπὲρ τὰ τείχη βιβλίδια προσκείμενα τοῖς οἰστοῖς, ἐξήγγελλον τοῖς Φασηλίταις. τέλος δὲ διήλλαξαν αὐτοὺς, ὅπως δέκα τάλαντα δόντες ἀκολουθῶσι καὶ συστρατεύωσιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Ἔφορος μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν, καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην [50]· Καλλισθένης δ' Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου, κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως, παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα [51] ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν, οὐκ ὄντα

cipio per Themiſtoclem paratae: tunc vero effecit hic latiores quoque, pontemque foris addidit, vt multis inſtructae armatis cum hoſtibus concurrerent pugnaciores. Poſtquam infeſtus decurrit ad Phaſelim, cuius oppidi erant Graeci quidem incolae, ſed claſſem ipſius non recipiebant, neque deſciſcere volebant a rege, agrum eorum vaſtauit et muros oppugnauit. Chii autem, qui erant in eius praeſidiis, quod cum Phaſelitis antiquitus amicitia intereſſet, hinc Cimonem lenierunt, hinc libellos ſagittis annexos ſuper muros miſerunt, atque omnia ſignificarunt Phaſelitis. Poſtremo pacem inter eos his conciliauerunt legibus, vt talenta decem numerarent, Cimonem ſequerentur, vnaque arma ferrent in barbaros. Porro Ephorus quidem Tithrauſtem claſſi regiae tradit praefuiſſe, terreſtribus copiis Pherendatem: Calliſthenes vero, Ariomandis, Gobryae filii, ſummum imperium in exercitu fuiſſe. Hunc claſſem ad Eurymedontem in ſtatione habuiſſe, nec fuiſſe

49 τῶν abeſt a Bodl. 3.

50 Φερενδάτην] Diod. Sic. (46.) Φερεδάτην vocat.

51 παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα] Vide Diod. Sic. 46.

53 λυ-

μάχεσθαι τοῖς Ἕλλησι πρόθυμον, ἀλλὰ προσδεχόμενον ὀγδοήκοντα ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρȣ προσπλεȣ́σας. ταύτας Φθῆναι [52] βȣλόμενος ὁ Κίμων ἀνήχθη, βιάζεσθαι παρεσκευασμένος, ἂν ἑκόντες μὴ ναυμαχῶσιν. οἱ δὲ πρῶτον μὲν, ὡς μὴ βιασθεῖεν, εἰς τὸν ποταμὸν εἰσωρμίσαντο, προσφερομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀντεξέπλευσαν, ὡς ἱστορεῖ Φανόδημος, ἑξακοσίαις ναυσίν· ὡς δ' Ἔφορος, πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις [53]. ἔργον δὲ κατὰ γȣ̃ν τὴν θάλατταν ȣ̓δὲν ὑπ' αὐτῶν ἐπράχθη τῆς δυνάμεως ἄξιον, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὴν γῆν ἀποστρέφοντες, ἐξέπιπτον οἱ πρῶτοι, καὶ κατέφευγον εἰς τὸ πεζὸν ἐγγὺς παρατεταγμένον· οἱ δὲ καταλαμβανόμενοι, διεφθείροντο μετὰ τῶν νεῶν. ᾧ καὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι πάμπολλαί τινες αἱ πεπληρωμέναι τοῖς βαρβάροις νῆες ἦσαν, ὅτε πολλῶν μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐκφυγȣσῶν, πολλῶν δὲ συντριβεισῶν, ὅμως διακοσίας [54] αἰχμαλώτȣς ἔλαβον οἱ [55] Ἀθηναῖοι.

13. Τῶν δὲ πεζῶν ἐπικαταβάντων πρὸς τὴν θά-

fuiſſe ad certandum cum Graecis promtum, ſed naues Phoeniſſas ex Cypro aduentantes praeſtolatum. Ad haec praeuertenda Cimon in altum prouectus eſt, ſi detrectarent certamen, vi eos adacturus. Illi primo, ne cogi poſſent, amnem ſubierunt. Caeterum vbi ingruerunt Athenienſes, ſexcentis nauibus, vt ſcribit Phanodemus, vt Ephorus, trecentis quinquaginta, occurrerunt ei. Enimuero nihil hi mari pro tanta claſſe ediderunt memorabile, ſed illico proras verterunt ad litus, ac primi ſe eiecerunt in terram, atque ad exercitum pedeſtrem, qui erat in propinquo inſtructus, refugere, caeteri oppreſſi vna cum nauibus periere. Vnde liquet, permultas fuiſſe barbaris completas naues, vbi, multis (vt eſt veriſimile) elapſis, multis obtritis, ducentas tamen captiuas abſtraxerint Athenienſes.

Quum vero pedeſtres copiae ad mare infeſtae deſcendiſſent,

52 ληφθῆναι Vulcob. Bodl. 3. λειφθῆναι Iunt.

53 πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις] Diod. Sic. 46. CCCLX habet.

54 διακοσίȣς Bodl. 3. Iunt. Ald.

55 deeſt οἱ Bodl. 3.

56 ἐώ-

λασσαν, μέγα μὲν ἔργον ἐφαίνετο τῷ Κίμωνι τὸ βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν, καὶ κεκμηκότας ἀκμῆσι καὶ πολλαπλασίοις ἐπάγειν τοὺς Ἕλληνας· ὅμως δὲ, ῥώμῃ [56] καὶ φρονήματι τοῦ κρατεῖν ὁρῶν ἐπηρμένους καὶ προθύμους ὁμόσε χωρεῖν τοῖς βαρβάροις, ἀπεβίβαζε τοὺς ὁπλίτας ἔτι θερμοὺς τῷ κατὰ τὴν ναυμαχίαν ἀγῶνι, μετὰ κραυγῆς καὶ δρόμου προσφερομένους. ὑποστάντων δὲ τῶν Περσῶν καὶ δεξαμένων οὐκ ἀγεννῶς, κρατερὰ μάχη συνέστη. καὶ τῶν Ἀθηναίων ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ τοῖς ἀξιώμασι πρῶτοι καὶ διαπρεπεῖς ἔπεσον· πολλῷ δ' ἀγῶνι τρεψάμενοι τοὺς βαρβάρους ἔκτεινον, εἶτα ᾕρουν αὐτούς τε καὶ σκηνὰς παντοδαπῶν χρημάτων γεμούσας. Κίμων δ', ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δ' ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς τρόπαιον, ἐπηγωνίσατο [57] ταῖς νι-

ditum, equitum minus tribus millibus ad ſecundum bellum perrexit. Impetu autem apparebat eum praecipiti, nec ſano conſilio, in gentes bellicoſas ſe infinitaſque equitum turmas ac vaſtam regionem, altis amnibus et montibus perpetua tectis niue circumfuſam, coniicere. Hic milites, nec alias ſatis dicto audientes, reluctari ei et grauate ſequi: Romae obtrectare ei tribuni plebis, quiritarique, bellum ex bello parum e repub. ſerere Lucullum, quo nunquam non cum imperio eſſet, neque arma deponeret, neque finem faceret quaerendae ex periculis publicis pecuniae. Atqui hi quidem, quod intendebant, tandem effecerunt. At Lucullus magnis itineribus peruenit ad Euphratem, quem vbi ex hyeme conſpexit inflatum turbidumque, ſolicitus fuit, dum coguntur pontones, et ratibus pons iungitur, moram veritus et difficultatem interceſſuram. Sed quum ſub veſperam coepiſſet vnda ſubſidere, per noctem extenuata, vbi diluxit,

90 ἐλάττους] H. Steph. οὐκ ἐλάττους mauult. Neque enim, inquit, illo, ſed hoc modo ſolent hiſtorici loqui.

91 καὶ συνάγοντι Bodl. 3.

92 βα-

ἅμ' ἡμέρα κοῖλον ὀφθῆναι παρέσχε τὸν ποταμόν. οἱ δ' ἐπιχώριοι νησῖδας ἐν τῷ πόρῳ μικρὰς διαφανείσας θεασάμενοι, καὶ τεναγίζοντα τὸν ῥοῦν ἐπ' αὐταῖς, προσεκύνουν τὸν Λούκουλλον, ὡς δὴ ὀλιγάκις τούτου συμβεβηκότος πρότερον· ἐκείνῳ δ' ἑκουσίως χειροήθη καὶ πρᾶον αὑτὸν ἐνδιδόντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ παρέχοντος ἀπράγμονα καὶ ταχεῖαν τὴν διάβασιν. χρησάμενος οὖν τῷ καιρῷ, διεβίβαζε τὴν στρατιάν, καὶ γίνεται σημεῖον αὐτῷ χρηστὸν ἅμα τῇ διαβάσει. βόες ἱεραὶ νέμονται Περσίας Ἀρτέμιδος, ἣν μάλιστα θεῶν οἱ πέραν Εὐφράτου βάρβαροι τιμῶσι. χρῶνται δὲ ταῖς βουσὶ πρὸς θυσίαν μόνον, ἄλλως δὲ πλάζονται κατὰ τὴν χώραν ἄφετοι, χαράγματα φέρουσαι τῆς θεοῦ, λαμπάδα· καὶ λαβεῖν ἐξ αὐτῶν, ὅταν δεηθῶσιν, οὐ πάνυ ῥάδιόν ἐστιν, οὐδὲ μικρᾶς πραγματείας. τούτων μία, τοῦ στρατοῦ διαβάντος τὸν Εὐφράτην, ἐλθοῦσα πρός τινα πέτραν, ἱερὰν τῆς θεοῦ νομιζομένην, ἐπ' αὐτῆς ἔστη, καὶ καταβαλοῦσα τὴν κεφαλήν, ὥσπερ αἱ δεσμῷ κατατεινόμεναι, θῦσαι τῷ Λουκούλλῳ παρέσχεν αὐτήν. ἔθυσε δὲ καὶ τῷ Εὐφράτῃ ταῦρον διαβατήρια. κἀκείνην μὲν αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ηὐλίσατο, τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ ταῖς ἐφεξ-

diluxit, amnem ripis ſuis oſtendit clauſum. Incolae autem vt exſiſtere in alueo paruas inſulas animaduertere, curſumque aquae circa eas placide ſtagnantem, adorauerunt Lucullum, quod haud temere id antea accidiſſet, fluuiuſque ſe praeberet illi tractabilem et placidum, tranſitumque praeſtaret expeditum et maturum. Ergo vſus opportunitate, traduxit exercitum. Offertur ei, vbi traiecit, laetum prodigium: Dianae Perſicae, quam eximie ſuper alia numina venerantur barbari trans Euphratem colentes, ſacrae paſcuntur boues. His ad victimam ſolum vtuntur, de caetero vagantur liberae, notam deae ferentes facem. Ex quibus capere aliquam, vbi requirunt, haud ſane pronum eſt, neque parui laboris. Earum vna, tranſgreſſo Euphratem exercitu, profecta ad petram quandam, quae ſacra deae habetur, conſtitit in illa, demiſſoque capite, vt quae reſte detrahuntur, praebuit ſemetipſa Lucullo hoſtiam. Sacrificauit Euphrati quoque tranſitus cauſa taurum. Eodem die ſtatiua illic habuit. Poſtero die

ἧς προῆγε διὰ τῆς Σωφηνῆς, οὐδὲν ἀδικῶν τοὺς ἀνθρώπους προσχωροῦντας αὐτῷ, καὶ δεχομένους τὴν στρατιὰν ἀσμένους. ἀλλὰ καὶ τῶν στρατιωτῶν φρούριόν τι δοκοῦν ἔχειν χρήματα πολλὰ βουλομένων [92] λαβεῖν· Ἐκεῖνο, ἔφη, μᾶλλον τὸ φρούριον ἡμῖν ἐκκοπτέον ἐστὶ, (δείξας τὸν Ταῦρον ἄπωθεν ὄντα,) ταῦτα δ' ἀπόκειται τοῖς νικῶσι. συντείνας δὲ τὴν πορείαν, καὶ τὸν Τίγριν διαβὰς, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀρμενίαν.

25. Τιγράνῃ δ', ὡς ὁ πρῶτος ἀγγείλας ἥκοντα Λούκουλλον, οὐκ ἐχαίρησεν, ἀλλ' ἀπετέτμητο τὴν κεφαλὴν, οὐδεὶς ἄλλος ἔφραζεν, ἀλλ' ἀγνοῶν καθῆστο περικαιόμενος ἤδη τῷ πολεμίῳ πυρὶ, λόγους ἀκούων πρὸς χάριν, ὡς μέγαν ὄντα Λούκουλλον στρατηγὸν, εἰ πρὸς Ἐφέσῳ Τιγράνην ὑποσταίη, καὶ μὴ φεύγων εὐθὺς ἐξ Ἀσίας οἴχοιτο, τὰς τοσαύτας μυριάδας ἰδών. οὕτως οὔτε σώματός παντός ἐστι, πολὺν ἄκρατον ἐνεγκεῖν, οὔτε διανοίας τῆς τυχούσης, ἐν εὐτυχήμασι μεγάλοις μὴ ἐκστῆναι τῶν λογισμῶν. πρῶτος δ' αὐτῷ τῶν φίλων ἐτόλμησε Μι-

et insequentibus fecit iter per Sophenem. Incolas, qui dedebant se et promte recipiebant exercitum, nulla re violauit. Immo vero quum milites arcem, in qua ingens praeda putabatur esse, capere vellent: Illa arx (inquit) expugnanda potius est, ostendens procul Taurum: haec praemia reposita sunt victoribus. Extentis inde itineribus, Tigrim transgressus, iniit Armeniam.

At Tigrani, quod eum, qui aduentum Luculli primus ipsi nunciauit, pro praemio obtruncauit, nemo postmodum detulit quicquam: verum ignarus desidebat, igne iam flagrans hostili, adulatoresque audiebat dicentes, insignem ducem fore Lucullum, si Tigranem operiretur Ephesi, et non, vbi iam innumeras legiones adspexisset, extemplo profugeret ex Asia. Adeo non est neque cuiusuis corporis, multum vini ferre, neque vulgaris animi, in magnis successibus non exire de potestate rationis. Primus ei ex amicis verum dicere Mithro-

92 βουλομένῳ Bodl. 3.

93 οὐχ

θροβαρζάνης φράσαι τὸ ἀληθές. ὐχ ὗτος [93] δὲ χρηςὸν ἠνέγκατο γέρας τῆς παῤῥησίας. ἐπέμφθη γὰρ εὐθὺς ἐπὶ τὸν Λούκουλλον σὺν ἱππεῦσι τρισχιλίοις, πεζοῖς δὲ παμπόλλοις, κελευσθεὶς τὸν μὲν ςρατηγὸν ἄγειν ζῶντα, τοὺς δ' ἄλλους καταπατῆσαι. Λουκούλλῳ δὲ τῆς ςρατιᾶς ἡ μὲν ἤδη κατεζεύγνυεν, ἡ δὲ ἔτι προσῄει. τῶν δὲ σκοπῶν αὐτῷ φρασάντων ἐπελαύνοντα τὸν βάρβαρον, ἔδεισε, μὴ χωρὶς ὄντας καὶ οὐκ ἐν τάξει προσπεσὼν ταράξῃ. καὶ αὐτὸς μὲν καθίςατο τὴν ςρατοπεδείαν, Σεξτίλιον δὲ πρεσβευτὴν ἔπεμψεν ἱππεῖς ἔχοντα χιλίους ἑξακοσίους, ὁπλίτας δὲ καὶ ψιλοὺς οὐ πολλῷ πλείονας· κελεύσας ἐγγὺς προσελθόντα τοῖς πολεμίοις μένειν, ἕως ἂν πύθηται τοὺς μετ' αὐτοῦ κατεςρατοπεδευκότας. ἐβούλετο μὲν οὖν ὁ Σεξτίλιος ταῦτα ποιεῖν, ἐβιάσθη δ' ὑπὸ τοῦ Μιθροβαρζάνου θρασέως ἐπελαύνοντος εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. καὶ γενομένης μάχης, ὁ μὲν Μιθροβαρζάνης ἔπεσεν ἀγωνιζόμενος, οἱ δ' ἄλλοι φεύγοντες ἀπώλοντο πλὴν ὀλίγων ἅπαντες. ἐκ

throbarzanes eſt auſus. Caeterum ne hic quidem fauſtum pretium retulit libertatis ſuae: quandoquidem illico cum tribus millibus equitum et peditum ingenti numero miſſus eſt contra Lucullum. Cui imperatum, vt ducem attraheret viuum, caeteros obtereret. Luculli autem copiae partim caſtra metabantur, pars adhuc erat in itinere, quum nunciant ei ſpeculatores, adeſſe barbarum. Itaque timuit, ne diſtractos et incompoſitos turbaret incurſu ſuos. Quare ſubſtitit ad caſtra munienda: Sextilium legatum cum mille ſexcentis equitibus, militibus legionariis et leuis armaturae non multo pluribus miſit, iuſſum, quum veniſſet prope hoſtem, conſiſtere, dum ſe caſtra permuniuiſſe accepiſſet. Et voluit quidem parere iuſſis Sextilius, verum a ferociter inuehente coactus eſt Mithrobarzane manum conſerere. In conflictu Mithrobarzanes pugnans cecidit: reliqui in fuga, demtis paucis, perierunt cuncti. Tum Tigranes,

93 οὐχ οὗτος] Non ita ſcriptum a Plutarcho fuiſſe credo, ſed οὐδὲ αὐτός. quia ante dixerat de primo omnium nuncio obtruncato. *Moſes Duſoul.*

τȣ́τȣ Τιγράνης μὲν ἐκλιπὼν Τιγρανόκερτα, μεγάλην πόλιν, ἐκτισμένην ὑπ᾽ αὐτȣ͂, πρὸς τὸν Ταῦρον ἀνεχώρησε, καὶ τὰς δυνάμεις πανταχόθεν ἐνταῦθα συνῆγε. Λȣ́κȣλλος δὲ τῇ παρασκευῇ χρόνον ȣ̓ διδȣ̀ς, Μȣρήναν μὲν ἐξέπεμψεν ἐνοχλήσοντα καὶ περικόψοντα τȣ̀ς ἀθροιζομένȣς πρὸς τὸν Τιγράνην, Σεξτίλιον δὲ πάλιν, Ἀράβων χεῖρα μεγάλην ἀνείρξοντα βασιλεῖ προσιȣ͂σαν. ὁμȣ͂ δὲ Σεξτίλιος μὲν ἐπιπεσὼν στρατόπεδον ποιȣμένοις τοῖς Ἄραψι, τȣ̀ς πλείστȣς διέφθειρε· Μȣρήνας δ᾽ ἑπόμενος Τιγράνῃ, τραχὺν αὐλῶνα καὶ στενόπορον στρατῷ μακρῷ διεκβάλλοντι [94], καιρȣ͂ παρασχόντος ἐπιτίθεται. καὶ φεύγει μὲν αὐτὸς Τιγράνης, προέμενος [95] τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν· ἀποθνήσκȣσι δὲ πολλοὶ, καὶ πλείονες ἁλίσκονται τῶν Ἀρμενίων.

26. Οὕτω δὲ τȣ́των προχωρȣ́ντων, ἄρας ὁ Λȣ́κȣλλος ἐπορεύετο πρὸς Τιγρανόκερτα, καὶ περιστρατοπεδεύσας, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἦσαν δ᾽ ἐν αὐτῇ πολλοὶ

Tigranes, relictis Tigranocertis, grandi vrbe, quam condiderat ipſe, ad Taurum recepit ſe, eo copias omnes contrahens. Caeterum Lucullus, ſpatium ei non permittens ad ſe parandum, Murenam miſit ad turbandos et carpendos eos, qui ad Tigranem conglobabant ſe: Sextilium alio, vt obſiſteret magnae Arabum manui, ne coniungerent ſe regi. Eodem tempore Sextilius caſtra ponentibus ſuperueniens oppreſſit maiore ex parte Arabas, et Murena Tigranem inſequens, aſpera et arcta conualle longo agmine iter facientem, opportunitate data, adoritur. Tigranes, obiectis omnibus impedimentis, ipſe fugam capeſſit. Multi cadunt, plures capiuntur Armenii.

In eo rerum progreſſu Lucullus verſus Tigranocerta mouit, caſtriſque cinctam obſedit vrbem. Erant in ea frequentes ex

94 διαβάλλοντι] Vulc. et Bodl. 3. διεκβάλλοντι, vti vſurpatur et 312, 7. de freto Gaditano. διαβαίνοντι Anon. et Mur. Sed prius illud genuinum mihi videtur. [In Iuntina, Aldina, Cratandr. eſt διεβάλλοντι, ad vtramque lectionem ambigue.]

95 προθέμενος dat Iuntina.

96 τῶν

μὲν Ἕλληνες τῶν ἀναςάντων [96] ἐκ Κιλικίας, πολλοὶ δὲ βάρβαροι τοῖς Ἕλλησιν ὅμοια πεπονθότες, Ἀδιαβηνοὶ [97], καὶ Ἀσσύριοι, καὶ Γορδυηνοὶ, καὶ Καππάδοκες· ὧν κατασκάψας τὰς πατρίδας, αὐτὰς δὲ κομίσας, ἐκεῖ κατοικεῖν ἠνάγκασεν. ἦν δὲ καὶ χρημάτων ἡ πόλις μεςὴ καὶ ἀναθημάτων, παντὸς ἰδιώτȣ καὶ δυνάςȣ τῷ βασιλεῖ συμφιλοτιμȣμένȣ πρὸς αὔξησιν καὶ κατασκευὴν τῆς πόλεως. διὸ καὶ συντόνως ἐπολιόρκει ὁ Λȣκȣλλος αὐτὴν, ȣ̓κ ἀνέξεσθαι τὸν Τιγράνην οἰόμενος, ἀλλὰ καὶ παρὰ γνώμην ὑπ' ὀργῆς καταβήσεσθαι διαμαχȣμενον, ὀρθῶς οἰόμενος. πολλὰ δὲ Μιθριδάτης ἀπηγόρευσεν, ἀγγέλȣς πέμπων καὶ γράμματα, μὴ συνάπτειν μάχην, ἀλλὰ

ex Cilicia exciti Graeci, frequentes barbari, eadem, atque Graeci, forte vſi, Adiabeni, Aſſyrii, Gordyeni, Cappadoces: quos, excisis eorum patriis, deduxerat illuc, ac ſedes figere coegerat. Erat etiam illa vrbs opulentiae plena et ornamentorum, quod omnes priuati et principes cum rege certarent ad eam amplificandam atque exornandam vrbem. Qua de cauſa obſedit eam Lucullus acriter, non perpeſſurum id ratus Tigranem, ſed praeter animi ſui ſententiam etiam ſtimulante ira ad dimicandum deſcenſurum. Et recte cenſuit. Enimuero Mithridates magnopere eum per legatos et literas a pugna deterruit, tantum equi-

96 τῶν ἀναςάντων ἐκ Κ.] Lege ἀναςάτων. vt ſupra (115, 3.) ἀναςάτȣς ποιῶν. et infra (205, 8.) initio Niciae: ἀνάςατον ἐποίησε τὴν πόλιν. Alibi etiam vſurpat; ſed haec ſtabiliendae emendationi noſtrae ſufficiunt. Ne dubites autem, hanc eſſe ſcriptoris mentem, addit ſtatim: ὧν κατασκάψας τὰς πατρίδας etc. *Moſes Duſoul.*

97 Ἀραβηνοὶ] Latinus Interpres, et Gallicus, pro Arabenis iſtis, nemini notis, *Adiabenos*, bene notos, et qui paulo poſt (173, 11.) memorantur, nobis exhibent. quod laudo. legendum enim videtur Ἀδιαβηνοὶ. Sed quod de emendatione non monent, probare non poſſum. Anglicus neſcio quos nobis *Arabarenos* excogitauit, eo viro dignos, qui λαμπάδα, cuius figuram inuſtam bobus Perſicae Dianae ſupra (170, 17.) legimus, ſic interpretatur, ac ſi de Hebraeorum Vrim et Thummim ſermo eſſet, *ſhining brightneſs.* *Moſes Duſoul.*

τοῖς ἱππεῦσι περικόπτειν τὴν ἀγοράν· πολλὰ δὲ Ταξίλης, ἥκων παρ' αὐτῷ καὶ συστρατεύων, ἐδεῖτο τοῦ βασιλέως φυλάττεσθαι καὶ φεύγειν, ὡς ἄμαχον πρᾶγμα, τὰ Ῥωμαίων ὅπλα. καὶ τά γε πρῶτα πράως ἤκουε τούτων· ἐπεὶ δὲ πανστρατιᾷ μὲν αὐτῷ συνῆλθον Ἀρμένιοι καὶ Γορδυηνοί, πανστρατιᾷ δὲ Μήδους καὶ Ἀδιαβηνοὺς ἄγοντες οἱ βασιλεῖς παρῆσαν, ἧκον δὲ πολλοὶ μὲν ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι θαλάσσης [98] Ἄραβες, πολλοὶ δ' ἀπὸ τῆς Κασπίας Ἀλβανοί, καὶ Ἴβηρες Ἀλβανοῖς προσοικοῦντες, οὐκ ὀλίγοι δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀράξην νεμομένων ἀβασίλευτοι, χάριτι καὶ δώροις πεισθέντες, ἀπήντησαν· ἐλπίδων δὲ καὶ θράσους καὶ βαρβαρικῶν ἀπειλῶν μεστὰ μὲν [99] ἦν τὰ συμπόσια τοῦ βασιλέως, μεστὰ δὲ τὰ συμβούλια· παρεκινδύνευσε μὲν ὁ Ταξίλης ἀποθανεῖν, ὑπεναντιούμενος τῇ γνώμῃ τῆς μάχης, ἐδόκει δὲ καὶ Μιθριδάτης φθονῶν ἀποτρέπειν μεγάλου κατορθώματος. ὅθεν οὐδ' ἀνέμεινεν αὐτὸν ὁ Τιγράνης, μὴ μετάσχοι τῆς δόξης, ἀλλ' ἐχώρει παντὶ

equitatu vt interciperet commeatum Luculli. Multum Taxiles quoque, qui Mithridatis legatus in praesidiis eius erat, orauit eum, vt vitabundus fugae consuleret, rem inexpugnabilem esse arma Romana. Ac primum quidem benigne hos audiebat. Vt vero cum omnibus copiis iunxerunt se ei Armenii et Gordyeni, ad haec omne nomen Medorum et Adiabenorum excitum reges illarum gentium adduxere, vtque frequentes a mari Babylonico venerunt Arabes, multi item a mari Caspio Albani, et contermini Albanis Iberes, nec pauci ad Araxem colentium liberi populi, studiis in regem et donis euocati occurrerunt; spe, ferocia, minis barbaricis omnia personarunt regis conuiuia, personarunt consilia; ibi in discrimen vitae venit Taxiles, qui oblique repugnabat sententiae de committendo proelio. Videbatur etiam per inuidiam auertere Tigranem ab insigni palma Mithridates. Vnde nec illum est Tigranes praestolatus, ne in societatem veniret gloriae. Itaque progreditur cum toto exercitu,

98 τῇ; ἐν Βαβυλῶνι θαλάσσης] Quis vnquam ita locutus sit, nescio. Forsan, pro ἐν, ἐπὶ legere sufficiat. Sed consulendi Codd. *Moses Dusoul.*

99 μὲν deest Iuntinae.

100 μα-

τῷ ϛρατῷ, σφόδρα δυσφορῶν, ὡς λέγεται, πρὸς τὺς φίλυς, ὅτι πρὸς Λύκυλλον αὐτῷ μόνον, ὐ πρὸς ἅπαντας ὁ ἀγὼν ἔσοιτο τὺς Ῥωμαίων ϛρατηγὺς ἐν ταὐτῷ γενομένυς. καὶ ὐ παντάπασιν ἦν τὸ θράσος αὐτῦ μανιῶδες [100], ὐδ' ἄλογον, ἔθνη τοσαῦτα καὶ βασιλεῖς ἑπομένυς, καὶ φάλαγγας ὁπλιτῶν, καὶ μυριάδας ἱππέων ἀποβλέποντος. τοξότας μὲν γὰρ καὶ σφενδονήτας δισμυρίυς ἦγεν, ἱππεῖς δὲ πεντακισμυρίυς καὶ πεντακισχιλίυς· ὧν ἑπτακισχίλιοι καὶ μύριοι κατάφρακτοι ἦσαν, ὡς Λύκυλλος ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον· ὁπλιτῶν δὲ, τῶν μὲν εἰς σπείρας, τῶν δ' εἰς φάλαγγας συντεταγμένων, πεντεκαίδεκα μυριάδας, ὁδοποιὺς δὲ καὶ γεφυρωτὰς, καὶ καθάρτας ποταμῶν, καὶ ὑλοτόμυς, καὶ τῶν ἄλλων χρειῶν ὑπηρέτας, τρισμυρίυς καὶ πεντακισχιλίυς· οἳ τοῖς μαχομένοις ἐπιτεταγμένοι κατόπιν ὄψιν ἅμα καὶ ῥώμην παρεῖχον.

27. Ὡς δ' ὑπερβαλὼν τὸν Ταῦρον, ἄθρυς κατεφάνη, καὶ κατεῖδε πρὸς τοῖς Τιγρανοκέρτοις ἐπικαθήμενον

citu, perquam aegre ferens (vt fertur) apud amicos, quod cum vno ſibi Lucullo, non cum vniuerſis eſſet Romanis ducibus certandum. Neque erat prorſus regis inſana ferocia, aut abſurda, qui tot gentes et reges in praeſidiis ſuis, legioneſque armatorum peditum et infinitas turmas equitum conſpiciebat. Siquidem ſagittariorum et funditorum habebat viginti millia, equitum quinquaginta quinque, ex quibus cataphracti erant ſeptendecem millia, vt ſenatui ſcripſit Lucullus, grauis armaturae pedites partim in cohortes, partim in phalangas deſcriptos, centum quinquaginta millia, viarum munitores, et qui pontes pararent, flumina repurgarent, materiarios, et ad alia miniſteria deſtinatos, triginta quinque millia. Hi poſtremam aciem claudentes ſpeciem ſimul et robur praebebant.

Vt, Tauro ſuperato, ſimul cum tanto agmine conſpectus, et ipſe ex edito circumſidentem Tigranocerta exercitum

100 μανιῶδες abeſt a Bodl. 3.

τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων, ὁ μὲν ἐν τῇ πόλει βάρβαρος ὅμιλος ὀλυλυγῇ καὶ κρότῳ τὴν ὄψιν ἐδέξατο, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπειλοῦντες ἐδείκνυσαν τοὺς Ἀρμενίους. Λουκούλλῳ δὲ σκοποῦντι περὶ [1] τῆς μάχης οἱ μὲν ἄγειν ἐπὶ Τιγράνην, ἐάσαντα τὴν πολιορκίαν, συνεβούλευον, οἱ δὲ μὴ καταλιπεῖν ὀπίσω πολεμίους τοσούτους, μηδ' ἀνεῖναι τὴν πολιορκίαν. ὁ δ' εἰπὼν, ἑκατέρους μὲν οὐκ ὀρθῶς, ἀμφοτέρους δὲ καλῶς παραινεῖν, διεῖλε τὴν στρατιάν. καὶ Μουρήναν μὲν ἑξακισχιλίους ἔχοντα πεζοὺς ἐπὶ τῆς πολιορκίας ἀπέλιπεν, αὐτὸς δὲ τέσσαρας καὶ εἴκοσι σπείρας ἀναλαβὼν, ἐν αἷς οὐ πλείονες ἦσαν μυρίων ὁπλιτῶν, καὶ τοὺς ἱππεῖς ἅπαντας, καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας περὶ χιλίους, ἐχώρει. καὶ παρὰ τὸν ποταμὸν ἐν πεδίῳ μεγάλῳ καταστρατοπεδεύσας, παντάπασι μικρὸς [2] ἐφάνη Τιγράνῃ, καὶ τοῖς κολακεύουσιν αὐτὸν διατριβὴν παρεῖχεν. οἱ μὲν γὰρ ἔσκωπτον, οἱ δ' ὑπὲρ [3] τῶν λαφύρων ἐν παιδιᾷ διεβάλλοντο κλῆρον [4]. τῶν δὲ στρατη-

tum Romanum eſt contemplatus, barbara colluuies, quae in vrbe erat, vlulatu et plauſu excepit regis conſpectum, Romaniſque ex muro minitans commonſtrauit Armenios. Conſulenti de proelio Lucullo alii ducendum in Tigranem, omiſſa obſidione, ſuaſerunt, alii non relinquendum a tergo tam numeroſum hoſtem, neque intermittendam obſidionem. Ille vtroſque dixit parum recte, ſed ambos recte cenſuiſſe, atque ita bipertito exercitu, Murenam cum ſex millibus peditum reliquit ad continuandam obſidionem: ſecum duxit quatuor et viginti cohortes, in quibus legionarii non amplius decem millia erant, vniuerſum equitatum, funditores et ſagittarios ad mille, atque ita proceſſit. Quum apud amnem in campo ſpatioſo conſediſſet, videbatur Tigrani admodum exilis eſſe, praebuitque ludibriorum adulatoribus eius materiam. Hi namque irridebant, illi de manubiis iaciebant per iocum ſortem. Vnuſquiſque ducum et

1 πρὸ τῆς μ.] Adſciſce omnino, quod praeferunt Fl. Ed. et Aldina et Bodl. 3. περὶ τ. μ.

2 μικρῶς Bodl. 3.

3 ἐπὶ Vulc. ὑπὸ Iunt.

4 διεβάλλοντο κλῆρον] Suſpecta

γῶν καὶ βασιλέων ἕκαστος ᾐτεῖτο προσιὼν, αὐτοῦ μόνου γε-
νέσθαι τὸ ἔργον, ἐκεῖνον δὲ καθέζεσθαι θεατήν. βουλό-
μενος δέ τι καὶ αὐτὸς ὁ Τιγράνης χαρίεις εἶναι καὶ σκω-
πτικὸς, εἶπε τὸ θρυλλούμενον· εἰ μὲν ὡς πρεσβευταὶ,
πολλοὶ πάρεισιν· εἰ δ' ὡς στρατιῶται, ὀλίγοι. καὶ τότε
μὲν οὕτως εἰρωνευόμενοι καὶ παίζοντες διετέλεσαν. ἅμα δ'
ἡμέρᾳ Λούκουλλος ὡπλισμένην τὴν δύναμιν ἐξῆγε, καὶ
πρὸς ἕω μὲν ἦν τοῦ ποταμοῦ τὸ βαρβαρικὸν στράτευμα. τοῦ
δὲ ῥεύματος ἀποστροφὴν λαμβάνοντος ἐπὶ τὰς δύσεις, ᾗ
μάλιστα περάσιμον ἦν, ἀντιπαρεξάγων τὴν δύναμιν, καὶ
σπεύδων, ἔδοξεν ἀποχωρεῖν τῷ Τιγράνῃ. καὶ καλέσας
τὸν Ταξίλην, ἅμα γέλωτι· Τοὺς ἀμάχους, ἔφη, Ῥω-
μαίων ὁπλίτας οὐχ ὁρᾷς φεύγοντας; καὶ ὁ Ταξίλης· Βου-
λοίμην ἂν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, γενέσθαι τι τῷ σῷ δαί-
μονι τῶν παραλόγων· ἀλλ' οὔτ' ἐσθῆτα λαμπρὰν οἱ ἄν-
δρες λαμβάνουσιν ὁδοιποροῦντες, οὔτε θυρεοῖς ἐκκεκαθαρ-
μένοις χρῶνται, καὶ κράνεσι γυμνοῖς, ὥσπερ νῦν, τὰ
σκύτινα τῶν ὅπλων σκεπάσματα περισπάσαντες· ἀλ-

et regum Tigranem adiit, eam prouinciam ſibi depoſcens vni, ipſe vt ſpectator ſederet. Voluit ipſe quoque nonnihil vrbanus et facetus eſſe Tigranes, atque vſurpauit vulgare illud: Si vt legati veniſſent, multos eſſe, ſin vt milites, paucos: ac tunc quidem in iſtis dictis et ludis tempus exegerunt. At Lucullus prima luce armatas copias caſtris eduxit. Exercitus barbarorum erat ad partem fluminis orientalem. Flexum autem amnis ad occidentem habet, qua maxime erat ſuperabilis. Eo dum infeſtam aciem citus rapit, Tigrani viſus eſt retro recedere, appellatoque Taxile, ridens: Inuictos hoſce (inquit) Romanorum milites numne vides fugere? Ad quem Taxiles: Vtinam aliquid, (inquit) rex, fortunae tuae praeter exſpectationem accidat. Atqui non ſolent ſumere homines ad iter ſplendidam veſtem, neque tum ſcutis terſis et nudis galeis vtuntur, vti nunc coriaceis detractis armorum tegumentis: ſed eſt

cta mihi haec phraſis. Legendum videtur διέβαλλον τὸν κ. *Moses Duſoul.*

5 πρεσ-

λὰ μαχεμένων ἐςὶν ἡ λαμπρότης αὕτη, καὶ βαδιζόντων ἤδη πρὸς τὲς πολεμίες. ταῦτα λέγοντος ἔτι τῦ Ταξίλε, καταφανὴς ἦν πρῶτος ἀετὸς ἐπιςρέφοντος τῦ Λεκέλλε, καὶ τάξιν αἱ σπεῖραι κατὰ λόχες λαμβάνεσαι πρὸς τὴν διάβασιν, καὶ μόλις, ὥσπερ ἐκ μέθης τινὸς ἀναφέρων ὁ Τιγράνης, δὶς, ἢ τρὶς ἐξεκέκραγεν· Ἐφ᾽ ἡμᾶς οἱ ἄνδρες; ὥςε θορύβῳ πολλῷ τὸ πλῆθος εἰς τάξιν καθίςασθαι, βασιλέως μὲν αὐτῦ τὸ μέσον ἔχοντος, τῶν δὲ κεράτων τὸ μὲν ἀριςερὸν τῷ Ἀδιαβηνῷ, τὸ δὲ δεξιὸν τῷ Μήδῳ παραδόντος· ἐφ᾽ ῦ καὶ τῶν καταφράκτων ἐν προςάγμασι [5] τὸ πλεῖςον ἦν. Λεκέλλῳ δὲ μέλλοντι διαβαίνειν τὸν ποταμὸν ἔνιοι τῶν ἡγεμόνων παρήνεν φυλάττεσθαι τὴν ἡμέραν, μίαν ὖσαν τῶν ἀποφράδων, ἃς μελαίνας καλῦσιν· ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἡ μετὰ Σκιπίωνος [6]

est splendor hic pugnare intendentium et in hostem iam euntium. Nondum sermonem finierat Taxiles, quum prima aquila flectentis agmen Luculli est conspecta, et cohortes manipulatim in ordines ad transitum euntes. Ibi tandem, tanquam ex magna vinolentia Tigranes emergens, bis, aut ter exclamauit: In nos illi? Itaque magno tumultu acies instructa est tantae colluuiei. Mediam ipsam tenuit rex, Adiabeno attribuit laeuum, Medo dextrum cornu, vbi cataphracti plerique erant in fronte collocati. Transmissurum flumen Lucullum quidam duces admonuerunt, cauendam illam diem, quae ex nefastis (quas atras vocant) erat vna. Illa enim die exercitus Caepionis fuerat

5 προςάγμασι] Lat. Int. *in fronte*. Recte: legendum enim προτάγμασι. vt (182, 16.) προτεταγμέναις σπείραις: et in Crasso, 278. πρόταντοι: vel πρόσω τάγμασι.

6 Σκιπίωνος] Mendum est in hac voce, quod a Thuano animaduersum esse docet nos Dacerius. Recteque adscripserat margini codicis sui Καιπίωνος. Foedissima enim Caepionis fuit clades; de qua consule supplementa Liuiana LXVII. 5. Scipio autem nullus a Cimbris victus legitur. Peccatum est iterum in hac voce in Camillo, (I. 306, 4.) et initio Sertorii (306, 5.) vbi Καιπίωνι itidem pro Σκιπίωνι legendum est. At ibi recte in Anon. et Mur. Καιπίωνι scriptum inuenitur. Hic autem solae

ἀπώλετο στρατιὰ, συμβαλοῦσα Κίμβροις. ὁ δ' ἀπεκρίνατο τὴν μνημονευομένην φωνήν· Ἐγὼ γὰρ, ἔφη, καὶ ταύτην εὐτυχῆ ποιήσω Ῥωμαίοις τὴν ἡμέραν. ἦν δὲ καὶ πρὸ μιᾶς νόνων [7] Ὀκτωβρίων.

28. Ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ θαῤῥεῖν κελεύσας, τόν τε ποταμὸν διέβαινε, καὶ πρῶτος ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἡγεῖτο, θώρακα μὲν ἔχων σιδηροῦν φολιδωτὸν ἀποστίλβοντα, κροσσωτὴν δὲ ἐφεστρίδα· τὸ δὲ ξίφος αὐτόθεν ὑποφαίνων γυμνὸν, ὡς [8] εὐθὺς εἰς χεῖρας ἴεσθαι δέον ἑκηβόλοις ἀνδράσι, καὶ συναιρήσειν τὴν διατοξεύσιμον χώραν τῷ τάχει τῆς ἐπαγωγῆς. ἐπεὶ δὲ τὴν κατάφρακτον ἵππον, ἧς πλεῖστος ἦν λόγος, κατεῖδε καταπεφραγμένην ὑπὸ λόφῳ τινὶ, τὴν ἄνω χώραν ἐπίπεδον καὶ πλατεῖαν ἔχοντι, πρόσβασιν δὲ τεττάρων σταδίων οὐ παντάπασι χαλεπὴν, οὐδ' ἀποκεκομμένην, Θρᾷκας μὲν ἱππεῖς καὶ Γαλάτας, οὓς εἶχεν, ἐκέλευσεν ἐκ πλαγίου προσφερομένους παρακρού-

rat a Cimbris in conflictu oppressus. Hic vero celebrato illo dicto occurrens: At ego (inquit) etiam faustam hanc Romanis diem efficiam. Fuit illa pridie Nonas Octobres.

Ita fatus, quum bono animo eos esse iussisset, amnem transmeauit, ac primus duxit in hostem. Loricam induerat ferream squamis refulgentem, et paludamentum fimbriatum. Gladium strictum extemplo extulit, quo statim conferendum pedem scirent cum viris eminus pugnare doctis, spatiumque, quo vti missilibus poterant, incursus celeritate contrahendum. Vt vero equitatum cataphractum, cuius maximus erat respectus, conglobatum conspexit sub tumulo quodam, cuius planum fastigium et spatiosum erat, et adscensum habebat quingentorum passuum, non prorsus asperum, nec diruptum, imperat equitibus Thracibus et Galatis, quos in exercitu suo habebat, ex latere vt eos ado-

solae Mur. Καιπίωνος habent. Ex hoc Plutarchi loco, dies ipse nefandae cladis quis fuerit, discimus. Annus autem Caluisio est ante Chr. CIII. *Bryanus* et *Moses Dusoul.*

7 νόννων Bodl. 3.

8 ὡς deest Iunt.

9 οὐδὲν

σθαι ταῖς μαχαίραις τοὺς κοντούς. μία γὰρ ἀλκὴ τῶν καταφράκτων, κοντὸς, ἄλλο δ' οὐδὲν [9] οὔθ' ἑαυτοῖς, οὔτε τοῖς πολεμίοις, χρῆσθαι δύνανται, διὰ βάρος καὶ σκληρότητα τῆς σκευῆς, ἀλλ' ἐγκατῳκοδομημένοις ἐοίκασιν. αὐτὸς δὲ δύο σπείρας ἀναλαβὼν, ἡμιλλᾶτο πρὸς τὸν λόφον, ἐῤῥωμένως ἑπομένων τῶν στρατιωτῶν, διὰ τὸ κἀκεῖνον ἐν τοῖς ὅπλοις ὁρᾷν πρῶτον κακοπαθοῦντα πεζὸν καὶ προσβιαζόμενον. γενόμενος δ' ἄνω, καὶ στὰς ἐν τῷ περιφανεῖ τοῦ χωρίου, μέγα βοήσας· Νενικήκαμεν, ἔφη, νενικήκαμεν, ὦ συστρατιῶται. καὶ τοῦτ' εἰπὼν, ἐπῆγε τοῖς καταφράκτοις, καὶ κελεύσας μηδὲν ἔτι χρῆσθαι τοῖς ὑσσοῖς, ἀλλ' ἐκ χειρὸς ἕκαστον διαλαβόντα παίειν τῶν πολεμίων κνήμας τε καὶ μηροὺς, ἃ μόνα γυμνὰ τῶν καταφράκτων ἐστίν. οὐ μὴν ἐδέησέ τι ταύτης τῆς μάχης· οὐ γὰρ ἐδέξαντο τοὺς Ῥωμαίους, ἀλλ' ἀλαλάξαντες καὶ φεύγοντες αἴσχιστα πάντων, ἐνέωσαν ἑαυτούς τε καὶ τοὺς [10] ἵππους βαρεῖς ὄντας εἰς τὰ τῶν πεζῶν ὅπλα, πρὶν ἄρξασθαί τινος ἐκείνους μάχης· ὥστε, μήτε τραύματος γενο-

adoriantur, enſibuſque detorqueant contos. Vna enim in re poſitae ſunt cataphractorum vires, conto: neque vllo alio modo aut ſibi prodeſſe, aut hoſtem poſſunt laedere, ob armorum pondus et rigiditatem, ſed ſunt in iis quaſi muris incluſi. Traxit ſimul ille ſecum duas cohortes, cum quibus contendit ad collem, ſtrenue ſequentibus ipſum militibus, quod imperatorem quoque in armis primum cernerent laborem capeſſentem et pedibus in cliuum enitentem. Vbi in ſummum euaſit, ac loco ſtetit conſpicuo, magna voce: Vicimus, exclamauit, vicimus, commilitones. Ita fatus, duxit in cataphractos, praecepitque, vt, omiſſis pilis, cominus quiſque aggrederetur hoſtem, crura et femora foderet, quae ſunt ſola cataphractis nuda. Caeterum nihil hac pugna opus fuit. Neque enim exſpectauerunt Romanos, ſed, ſublato clamore, foediſſime omnium coniecerunt ſe in fugam: ſeque et equos armis graues in peditum ordines, priuſquam pugnam iniiſſent illi, coniecerunt. Ita ſine vllo vulnere, ſine

9 οὐδὲν deeſt Iuntinae.
10 τοὺς deeſt Iuntinae et Aldinae.

11 κατ-

μένου, μήθ' αἵματος ὀφθέντος, ἡττᾶσθαι τὰς τοσαύτας μυριάδας. ὁ δὲ πολὺς φόνος ἤδη φευγόντων ἐγίνετο, μᾶλλον δὲ βουλομένων φεύγειν. οὐ γὰρ ἐδύναντο, πυκνότητι καὶ βάθει τῶν τάξεων ὑφ' αὑτῶν ἐμποδιζόμενοι. Τιγράνης δ' ἐξελάσας ἐν ἀρχῇ μετ' ὀλίγων ἔφευγεν, καὶ τὸν υἱὸν ὁρῶν κοινωνοῦντα τῆς αὐτῆς τύχης, περιεσπάσατο τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς, κἀκείνῳ δακρύσας παρέδωκε, σώζειν ἑαυτὸν, ὅπως δύναται, καθ' ἑτέρας ὁδοὺς κελεύσας. ὁ δὲ νεανίας ἀναδήσασθαι μὲν οὐκ ἐτόλμησε, τῶν δὲ παίδων τῷ πιστοτάτῳ φυλάττειν ἔδωκεν. οὗτος ἁλοὺς κατὰ τύχην, ἀνήχθη πρὸς Λούκουλλον, ὥστε μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων καὶ τὸ διάδημα γενέσθαι τὸ Τιγράνου. λέγεται δὲ, τῶν μὲν πεζῶν ὑπὲρ δέκα μυριάδας διαφθαρῆναι, τῶν δ' ἱππέων ὀλίγους παντάπασι διαφυγεῖν. Ῥωμαίων δ' ἑκατὸν ἐτρώθησαν, ἔπεσον δὲ πέντε. ταύτης τῆς μάχης Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος ἐν τῇ περὶ θεῶν γραφῇ μνησθεὶς, οὔ φησιν ἄλλην ἐφεωρακέναι τοιαύτην τὸν ἥλιον. Στράβων δ', ἕτερος φιλόσοφος, ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν, αὐτοὺς λέγει τοὺς Ῥωμαίους αἰσχύνεσθαι καὶ καταγελᾷν ἑαυτῶν, ἐπ' ἀνδράποδα τοιαῦτα δεη-

ſine ſanguine fuſo, tot profligatae legiones ſunt. Caedes autem ingens iam fugientium, vel potius fugere volentium, edita: neque enim poterant, ordinibus confertis et profundis impediti. Tigranes initio ſtatim cum paucis effuſo curſu fugam cepit. Filiumque quum videret in eadem fortuna, detractum ex capite diadema illi, profuſis lacrymis, tradidit, alia via iubens, ſi qua poſſet, vt ſeipſum ſeruaret. Adoleſcens, quia non audebat diadema capeſſere, dedit id ſeruandum fidiſſimo amico, qui forte captus atque ad Lucullum eſt attractus: ita inter caeteros captiuos diadema quoque Tigranis fuit. Pedites cecidiſſe ſupra centum millia perhibentur, equitum pauci plane effugiſſe. Ex Romano exercitu centum vulnerati, quinque deſiderati. Huius pugnae Antiochus philoſophus in commentario de diis mentionem faciens, negat, vnquam a ſole viſam parem. Strabo, alius philoſophus, in hiſtoricis commentariis ipſos Romanos commemorat puduiſſe, et ſemetipſos deriſiſſe, quod in eiuſcemodi

θέντας ὅπλων. Λιϐῖος δ' εἴρηκεν, ὡς ὀυδέποτε Ῥωμαῖοι πολεμίοις, ἀποδέοντες τοσούτῳ πλήθει, παρετάξαντο. σχεδὸν γὰρ οὐδ' εἰκοστὸν, ἀλλ' ἔλαττον ἐγένοντο μέρος οἱ νικῶντες τῶν ἡσσημένων. Ῥωμαίων δ' οἱ δεινότατοι στρατηγοὶ, καὶ πλεῖστα πολέμοις ὡμιληκότες, ἐπήνουν μάλιστα τοῦ Λουκούλλου τὸ δύο βασιλεῖς τοὺς ἐπιφανεστάτους καὶ μεγίστους δυσὶ τοῖς ἐναντιωτάτοις, τάχει καὶ βραδυτῆτι, καταστρατηγῆσαι. Μιθριδάτην μὲν γὰρ ἀκμάζοντα χρόνῳ καὶ τριβῇ κατηνάλωσε [11]. Τιγράνην δὲ τῷ σπεῦσαι συνέτριψεν· ἐν ὀλίγοις τῶν πώποτε ἡγεμόνων, τῇ μελλήσει μὲν ἐνεργῷ [12], τῇ τόλμῃ δ' ὑπὲρ ἀσφαλείας χρησάμενος.

29. Διὸ καὶ Μιθριδάτης οὐ συνέτεινεν ἐπὶ τὴν μάχην, τῇ συνήθει τὸν Λούκουλλον εὐλαβείᾳ καὶ παραγωγῇ πολεμήσειν οἰόμενος, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν ἐπορεύετο πρὸς τὸν Τιγράνην. καὶ πρῶτον μὲν ὀλίγοις τῶν Ἀρμενίων ἐντυχὼν καθ' ὁδὸν, ἐπτοημένοις καὶ περιφόβοις ἀπιοῦσιν, εἴκασε τὸ πάθος, εἶτ' ἤδη πλειόνων γυμνῶν καὶ τετρω-

mancipia induissent arma. Liuius ait, nunquam Romanos signa cum hostibus contulisse tanto numero inferiores. Neque enim vigesimam propemodum partem, immo nec minorem aequarunt victores victorum. Romanorum vero peritissimi duces, et diutissime in bellis versati, Lucullum in eo celebrabant praecipue, quod duos clarissimos et maximos reges rationibus duabus inter se maxime contrariis, celeritate et tarditate, superauerit. Siquidem Mithridatem tempore et mora florentem attriuit, Tigranem obtriuit accelerando, inter rarissima omnium imperatorum exempla, cunctatione strenua et audacia ad securitatem vsus.

Quapropter nec ad pugnam properauit Mithridates, solita Lucullum cautione et productione bellum ratus administraturum: itaque lente ad Tigranem pergebat. Ac postquam primum in paucos Armenios incidit in via, qui perculsi metuque exsangues recipiebant se, coniecit aduersum casum. Vt plures iam exuti et vulne-

11 κατανάλωσε dant Iunt. et Ald. quod vulgato nil est deterius.

12 ἔργῳ Vulc. Bodl. 3. Iunt.

13 πάν-

μένων ἀπαντώντων, πυθόμενος τὴν ἧτταν, ἐζήτει τὸν Τιγράνην. εὑρὼν δὲ πάντων [13] ἔρημον καὶ ταπεινὸν, οὐκ ἀνθύβρισεν, ἀλλὰ καταβὰς καὶ συνδακρύσας τὰ κοινὰ πάθη, θεραπείαν τε τὴν ἑπομένην αὐτῷ βασιλικὴν ἔδωκε, καὶ κατεθάῤῥυνε πρὸς τὸ μέλλον. οὗτοι μὲν οὖν αὖθις ἑτέρας δυνάμεις συνῆγον. ἐν δὲ τῇ πόλει τοῖς Τιγρανοκέρτοις τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς βαρβάρους στασιασάντων, καὶ τῷ Λουκούλλῳ τὴν πόλιν ἐνδιδόντων, προσβαλὼν εἷλε· καὶ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει θησαυροὺς παρελάμβανε, τὴν δὲ πόλιν διαρπάσαι παρέδωκε τοῖς στρατιώταις, μετὰ τῶν ἄλλων χρημάτων ὀκτακισχίλια τάλαντα νομίσματος ἐχούσαν. χωρὶς δὲ τούτων ὀκτακοσίας δραχμὰς κατ' ἄνδρα διένειμεν ἀπὸ τῶν λαφύρων. πυνθανόμενος δὲ, πολλοὺς ἐν τῇ πόλει κατειλῆφθαι τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν, οὓς ὁ Τιγράνης πανταχόθεν ἠθροίκει, μέλλων ἀποδεικνύναι τὸ κατεσκευασμένον ὑπ' αὐτοῦ θέατρον, ἐχρήσατο τούτοις πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς θέας τῶν ἐπινικίων. τοὺς

vulnerati occurrerunt, audita clade, Tigranem requiſiuit. Quem quum ſemel deſolatum et abiectum offendiſſet, non inſultauit ei viciſſim, verum ex equo deſiliit, deploratiſque communibus calamitatibus, regium comitatum, qui ipſum ſequebatur, dedit illi, eumque in futurum confirmauit. Inde alias de integro copias conſcribebant. Porro dum in vrbe Tigranocertis ſeceſſionem Graeci a barbaris atque ad Lucullum tendunt deditionem facere, adortus muros, ille potitus eſt vrbe. Theſauros regis, qui ibi erant, cepit; vrbem militibus dedit diripiendam: in qua cum reliqua opulentia octo millia talentorum pecuniae ſignatae inuenta. Inſuper octingentas drachmas in ſingulos de praeda diuiſit. Quum repertos in vrbe accepiſſet multos ſcenicos, quos vndequaque conquiſierat Tigranes dedicaturus theatrum, quod exſtruxerat, his ad ludos et ſpectacula triumphalia eſt vſus. Graecos

13 πάντα dant Iuntina et Aldina. quod poſſit defendi, accipiendo aduerbialiter, pro κατὰ πάντα. vel poſſit legi παντάπασιν ἔρημον.

δ᾽ Ἕλληνας εἰς τὰς αὐτῶν πατρίδας ἔπεμψε, προσθεὶς ἐφόδια, καὶ τῶν βαρβάρων ὁμοίως τοὺς ἠναγκασμένους κατοικεῖν. ὥστε συνέβη, μιᾶς πόλεως διαλυθείσης, πολλὰς ἀνοικίζεσθαι, πάλιν κομιζομένας τοὺς αὐτῶν οἰκήτορας· ὑφ᾽ ὧν ὡς εὐεργέτης ὁ Λούκουλλος καὶ κτίστης ἠγαπᾶτο. προὐχώρει δὲ καὶ τἄλλα κατ᾽ ἀξίαν τἀνδρὶ, τῶν ἀπὸ δικαιοσύνης καὶ φιλανθρωπίας ἐπαίνων ὀρεγομένῳ μᾶλλον, ἢ τῶν ἐπὶ τοῖς πολεμικοῖς κατορθώμασιν. ἐκείνων μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγον ἡ στρατιὰ, καὶ τὸ [14] πλεῖστον ἡ τύχη μετεῖχε· ταῦτα δ᾽ ἦν ἡμέρου ψυχῆς καὶ πεπαιδευμένης ἐπίδειξις, οἷς ὁ Λούκουλλος τότε χωρὶς ὅπλων ἐχειροῦτο τοὺς βαρβάρους. καὶ γὰρ Ἀράβων βασιλεῖς ἧκον πρὸς αὐτὸν, ἐγχειρίζοντες τὰ σφέτερα, καὶ τὸ Σοφηνῶν ἔθνος προσεχώρει. τὸ δὲ Γορδυηνῶν οὕτω διέθηκεν, ὥστε βούλεσθαι τὰς πόλεις ἐκλιπόντας ἀκολουθεῖν ἐκείνῳ μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἐθελοντὰς, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ζαρβιηνὸς [15] γὰρ, ὁ τῶν Γορδυηνῶν βασιλεὺς, ὥσπερ εἴρηται,

cos autem, praebito viatico, remisit in patrias suas, barbaros item, qui eo commigare coacti fuerant. Itaque accidit, vt, vna conuulsa vrbe, multae, receptis ciuibus suis, instaurarentur, a quibus, vt bene de ipsis meritus et conditor, est cultus Lucullus. Succedebant ei caetera quoque, prout merebatur, qui iustitiae et humanitatis laudes gloriae anteferebat laurearum bellicarum. Quippe huius non exiguam partem exercitus, et maximam vendicat fortuna: illae placidae et eruditae mentis documentum erant, quibus tunc absque armis barbaros subegit Lucullus. Siquidem reges Arabiae venerunt ad eum, suaque ei permiserunt, adiunxitque se ei Sophenorum nomen. Gordyenorum gens ita fuit in eum animata, vt, relictis sedibus suis, illum sequi cum liberis et coniugibus sponte vellent ex huiuscemodi causa: Zarbienus, rex Gordyenorum, Tigranis grauatus tyrannidem,

14 τὸ abest a Iunt. et Ald. item Bodl. 3.

15 Ζαρβηινὸς h. l. dant Iunt. et Ald. item paulo post p. 180. 10. Ζαρβηινοῦ. verum tamen p. 180. 5. eaedem dant cum vulgata Ζαρβιηνοῦ.

16 διώ-

δι' Ἀππίου κρύφα Λουκούλλῳ διείλεκτο περὶ συμμαχίας, τὴν Τιγράνου τυραννίδα βαρυνόμενος· μηνυθεὶς δ' ἀπεσφάγη, καὶ παῖδες αὐτοῦ καὶ γυνὴ συναπώλοντο, πρὶν ἢ Ῥωμαίους εἰς Ἀρμενίαν ἐμβαλεῖν. τούτων οὐκ ἠμνημόνησεν ὁ Λούκουλλος, ἀλλὰ παρελθὼν εἰς τὴν Γορδυηνῶν, ταφὰς προὔθετο τοῦ Ζαρβιηνοῦ· καὶ πυρὰν ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ βασιλικῷ καὶ τοῖς ἀπὸ Τιγράνου κοσμήσας λαφύροις, αὐτὸς παρὼν ὑφῆψε, καὶ χοὰς ἐπήνεγκε μετὰ φίλων καὶ οἰκείων τοῦ ἀνδρὸς, ἑταῖρον ἑαυτοῦ, καὶ Ῥωμαίων σύμμαχον ἀνακαλούμενος. ἐκέλευσε δὲ καὶ μνημεῖον ἀπὸ χρημάτων συχνῶν αὐτῷ γενέσθαι· πάμπολλα γὰρ εὑρέθη, καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν τοῖς Ζαρβιηνοῦ βασιλείοις. σίτου δ' ἀπέκειντο μυριάδες τριακόσιαι μεδίμνων· ὥστε καὶ τοὺς στρατιώτας ὠφελεῖσθαι, καὶ τὸν Λούκουλλον θαυμάζεσθαι, ὅτι δραχμὴν μίαν ἐκ τοῦ δημοσίου ταμιείου μὴ λαβὼν, αὐτὸν ἐξ αὐτοῦ διώκει [16] τὸν πόλεμον.

nidem, interprete Appio (vt eſt dictum) clam cum Lucullo ſocietatem inierat: verum, quia detectus fuit, interfectus eſt, vnaque liberi et vxor eius necati ante ſunt, quam in Armeniam inuaderent Romani. Haec apud Lucullum non erant obliterata, ſed profectus in Gordyenos, exſequias Zarbieni celebrauit, pyraeque, veſte et auro regali, et Tigranis inſtructae ſpoliis, ipſemet ſubdidit facem, ac libamina cum amicis et neceſſariis illius infudit, amicum quoque ſuum et ſocium populi Romani appellauit. Ad haec monumentum iuſſit ei ſumtuoſum faciendum locari. Nam vis ingens pecuniae, aurumque et argentum reperta in Zarbieni regiis ſunt. Frumenti in horreis decies trecenta millia medimnorum condita erant. Ita et miles auctus eſt, et Lucullo fuit ingenti honori, quod, ne teruncio quidem ex aerario accepto, bellum ipſius belli ſumtibus ſuſtineret.

Hic

16 διώκει] Leue mendum huic voci ineſt, et quod Interpp. fraudi non fuit; recte enim vertunt, quamuis non recte ſcribant. Scribendum autem eſt cum iota ſubſcripto διῴκει, vt ſit a διοικέω: quo verbo noſter eo ſenſu frequenter vſus reperietur. Vide in Cleom. (IV. 349, 7.) ἀφ' ὧν ἐκεῖνος αὐτὸν καὶ τοὺς φίλους εὐτελῶς καὶ σωφρόνως διοικῶν. et in Dione, (V. 208, 18.) ἑαυτὸν δὲ λιτῶς καὶ σωφρόνως ἐκ τῶν τυχόντων διῴκει.

30. Ἐνταῦθα καὶ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως ἧκε πρεσβεία παρ' αὐτὸν, εἰς φιλίαν προκαλουμένου καὶ συμμαχίαν. ἦν δ' ἀσμένῳ ταῦτα τῷ Λουκούλλῳ, καὶ πάλιν ἀντέπεμψε παρ' ἑαυτοῦ πρεσβείαν πρὸς τὸν Πάρθον, οἳ κατεφώρασαν αὐτὸν ἐπαμφοτερίζοντα τῇ γνώμῃ, καὶ μισθὸν αἰτοῦντα κρύφα τοῦ συμμαχῆσαι τῷ Τιγράνῃ τὴν Μεσοποταμίαν. ὡς οὖν ταῦθ' ὁ Λούκουλλος ᾔσθετο, Τιγράνην μὲν ἔγνω καὶ Μιθριδάτην παρελθεῖν, ὥσπερ ἀνταγωνιστὰς ἀπειρηκότας, ἀποπειρᾶσθαι δὲ τῆς Πάρθων δυνάμεως, καὶ στρατεύειν ἐπ' αὐτούς· καλὸν ἡγούμενος μιᾷ ῥύμῃ πολέμου τρεῖς ἐφεξῆς, ὥσπερ ἀθλητὴς, βασιλεῖς καταπαλαῖσαι, καὶ διὰ τριῶν τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον μεγίστων ἡγεμονιῶν [17] ἀήττητος καὶ νικῶν διεξελθεῖν. ἔπεμψεν οὖν εἰς Πόντον τοῖς περὶ Σωρνάτιον ἡγεμόσιν, ἐπιστείλας ἄγειν τὴν ἐκεῖ στρατιὰν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐκ τῆς Γορδυηνῆς ἀναβησόμενον [18]. οἱ δὲ, καὶ πρότερον χαλεποῖς χρώμενοι καὶ δυσπειθέσι τοῖς στρατιώταις, τότε παντελῶς ἀπεκάλυψαν

Hic etiam regis Parthorum legati eum adierunt, amicitiam et ſocietatem petentes. Fuit id Lucullo haud ingratum, qui inuicem ſuos miſit ad Parthum. Eum compererunt hi fluctuantem conſilio, poſcentemque clam ſocietatis a Tigrane praemium Meſopotamiam. Quae vbi Lucullus percepit, Tigranem et Mithridatem ſtatuit, vt aduerſarios confectos, transſilire, et experiri Parthorum vires, atque expeditionem in eos mouere; praeclarum exiſtimans, vno belli impetu tres deinceps reges, ſicut athletam, in lucta proſternere, ac per tres totius orbis potentiſſimos principes perrumpere inuictum et victorem. Igitur in Pontum ad Sornatium legatum ſuum et alios miſit literas, vt copias, quae illic erant, adduceret, quaſi ex Gordyene in Parthos ſigna moturus. Illi cum ante moroſos et contumaces milites habuerunt, tum in praeſentia

17 ἡγεμόνων] Melius ad *Imperia* ipſa, quam ad *Duces* refeRetur, vt fit in Vulc. Anon. et Mur. in quibus eſt ἡγεμονιῶν, Abſurde prorſus *per tres Principes perrumpere* Lucullus ab Interprete Lat. dicitur. *Bryanus* et *Moſes Duſoul.*

18 ἀναβησόμενος Bodl. 3.

19 αὐ-

αὐτῶν τὴν ἀκολασίαν, ἐδενὶ τρόπῳ πειθἕς, ἐδ' ἀνάγκης εὑρόμενοι προσαγαγέσθαι, μαρτυρομένες καὶ βοῶντας, ὡς ἐδ' αὐτόθι μενἕσιν, ἀλλ' οἰχήσονται τὸν Πόντον ἔρημον ἀπολιπόντες. ταῦτα πρὸς Λἐκελλον ἀπαγγελθέντα καὶ τὲς ἐκεῖ προσδιέφθειρε ςρατιώτας, ἤδη μὲν ὑπὸ πλἔτε καὶ τρυφῆς βαρεῖς γεγονότας πρὸς τὴν ςρατείαν, καὶ σχολῆς δεομένες. ὡς δὲ τὴν ἐκείνων ἐπύθοντο παῤῥησίαν, ἄνδρας αὐτὲς ἀπεκάλεν, καὶ μιμητέον αὐτὲς ἔφασαν εἶναι· πολλὰ γὰρ αὐτοῖς[19] ἄξια σωτηρίας καὶ ἀναπαύσεως κατειργάσθαι.

31. Τοιἕτων δὲ καὶ πονηροτέρων ἔτι λόγων αἰσθόμενος ὁ Λἐκελλος, τὴν ἐπὶ Πάρθες ςρατείαν ἀφῆκεν, αὖθις δ' ἐπὶ τὸν Τιγράνην ἐβάδιζε, θέρες ἀκμάζοντος. καὶ τὸν Ταῦρον ὑπερβαλὼν, ἠθύμησε χλωρῶν τῶν πεδίων ἐκφανέντων· τοσἕτον αἱ ὧραι διὰ τὴν ψυχρότητα τἕ ἀέρος ὑςερίζεσιν. ἐ μὴν ἀλλὰ καταβὰς, καὶ δὶς, ἢ τρὶς ἀνατολμήσαντας ἐπ' αὐτὸν τὲς Ἀρμενίες τρεψάμενος, ἀδεῶς ἐπόρθει τὰς κώμας· καὶ τὸν παρεσκευασμένον τῷ Τιγράνῃ σῖτον ἐξαιρῶν, ἣν αὐτὸς ἐφοβεῖτο, τοῖς πολε-

ſentia cognouerunt proteruiam eorum, quod nullis blandimentis, vel imperio, mouere illos valerent, teſtantes et vociferantes, neque illic permanſuros ſe, ſed relicto ſine praeſidio abituros Ponto. Haec ad Lucullum relata inſuper, quos ſecum habebat, milites labefecerunt, ob diuitias iam et delicias langueſcentes ad militiam, et otium quaerentes. Vt vero illorum acceperunt ferociam, viros appellauerunt, imitandoſque iactauerunt. Multis enim factis miſſionem ſe et requiem meritos.

His et improbioribus ad Lucullum delatis ſermonibus, expeditionem Parthicam depoſuit, et media aeſtate mouit in Tigranem. Poſtquam ſuperauit Taurum, et campos vidit iam primum virentes, indoluit. Adeo ſunt illic ex algore ſerotina tempora. Attamen deſcendit in campos, ac duobus, vel tribus proeliis coortos in ipſum Armenios fudit. Inde libere vicos populatus eſt, captoque, qui comportatus Tigrani fuerat, commeatu, quam ipſe

19 αὐτοῖς] Scribe κὐτοῖς. Et ita recte ab Interpp. vertitur.

 20 Ἀρ-

μίοις περιέστησεν ἀπορίαν. ἐπεὶ δὲ προκαλούμενος εἰς μάχην αὐτοὺς, περιταφρεύων τὸν χάρακα, καὶ πορθῶν ἐν ὄψει τὴν χώραν, οὐκ ἐκίνει πεπληγότας πολλάκις, ἀναστὰς ἐβάδιζεν ἐπ᾽ Ἀρτάξατα [20], τὸ Τιγράνου βασίλειον, ὅπου καὶ παῖδες αὐτῷ νήπιοι καὶ γαμεταὶ γυναῖκες ἦσαν· οὐκ ἂν οἰόμενος ἀμαχεὶ ταῦτα προήσεσθαι [21] τὸν Τιγράνην. λέγεται δ᾽, Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον, Ἀντιόχου καταπολεμηθέντος ὑπὸ Ῥωμαίων, μεταβάντα πρὸς Ἀρτάξαν τὸν Ἀρμένιον, ἄλλων τε πολλῶν εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον αὐτῷ [22] γενέσθαι χρησίμων [23], καὶ τῆς χώρας καταμαθόντα τόπον εὐφυέστατον καὶ ἥδιστον, ἀργοῦντα καὶ παρορώμενον, σχῆμα πόλεως ἐν αὐτῷ προϋπογράψασθαι, καὶ τὸν Ἀρτάξαν ἐπαγαγόντα δεῖξαι, καὶ παρορμῆσαι πρὸς τὸν οἰκισμόν. ἡσθέντος δὲ τοῦ βασιλέως, καὶ δεηθέντος, ὅπως αὐτὸς ἐπιστατήσῃ τοῦ ἔργου, μέγα τι καὶ πάγκαλον χρῆμα πόλεως ἀναστῆναι, καὶ γενομένην ἐπώνυμον τοῦ βασιλέως, μητρόπολιν ἀποδειχθῆναι τῆς

ipſe extimeſcebat, offudit inopiam hoſtibus. Quos quum laceſſendo ad dimicandum, caſtris eorum circumuallandis, et foedandis ante oculos eorum agris, quia saepe fuerant fuſi, non mouit, exercitum inde ad Tigranis regiam conuertit Artaxata, vbi parui liberi et coniuges eius erant, non facturum ratus Tigranem, quin pro eorum ſalute dimicaret. Fama tenet, Annibalem Poenum, deuicto ab Romanis Antiocho, contuliſſe ſe ad Armenium Artaxam, cui cum alia multa vtiliter ſuaſiſſe et docuiſſe, tum notata eius loci, qui iners negligebatur, eximia indole atque amoenitate, formam ibi vrbis delineaſſe, eamque deducto eo Artaxae oſtendiſſe, hortatumque ad eam condendam. Quod regi quum placuiſſet, atque ab eo contendiſſet, ipſe vt operis curam ſuſciperet, amplam excitauiſſe et magnificam vrbem, eamque accepiſſe ab rege appellationem, atque caput factam Arme-

20 Ἀρτάξαντα Bodl. 3. Iunt.

21 προείσεσθαι Iunt. et Ald. vitioſe.

22 αὐτῶν Bodl. 3.

23 χρήσιμον] Scribendum omnino, cum Anon. et Mur. χρησίμων, vtpote longe elegantius.

Ἀρμενίας. ἐπὶ ταύτην τοῦ Λουκούλλου βαδίζοντος, οὐκ ἠνέσχετο Τιγράνης, ἀλλὰ τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν, ἡμέρᾳ τετάρτῃ παρεστρατοπέδευσε τοῖς Ῥωμαίοις, ἐν μέσῳ λαβὼν τὸν Ἀρσανίαν ποταμὸν, ὃν ἐξ ἀνάγκης διαβατέον ἦν τοῖς Ῥωμαίοις τὴν [24] ἐπ' Ἀρταξάτων πορευομένοις. Θύσας δὲ τοῖς θεοῖς Λούκουλλος, ὡς ἐν χερσὶν οὔσης τῆς νίκης, διεβίβαζε τὸν στρατὸν, ἐν δώδεκα σπείραις προτεταγμέναις [25], ταῖς δ' ἄλλαις ἐπιτεταγμέναις διὰ [26] τὰς κυκλώσεις τῶν πολεμίων. πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἱππεῖς καὶ λογάδες [27] ἀντιπαρατεταγμένοι· πρὸ δ' αὐτῶν ἱπποτοξόται Μάρδοι, καὶ λογχοφόροι Ἴβηρες, οἷς μάλιστα τῶν ξένων ὁ Τιγράνης ἐπίστευεν, ὡς μαχιμωτάτοις. οὐ μὴν ἐπράχθη τι λαμπρὸν ἀπ' αὐτῶν· μικρὰ δὲ τοῖς ἱππεῦσι τῶν Ῥωμαίων διαπληκτισάμενοι, τοὺς πεζοὺς ἐπιόντας οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἑκατέρωσε τῆς φυγῆς σχισθέντες, ἐπεσπάσαντο τοὺς ἱππεῖς πρὸς τὴν δίωξιν. ἅμα

Armeniae. Ad hanc vrbem contendentem Lucullum non tulit Tigranes, ſed, caſtris motis, quarto die prope Romanos conſedit, medium capiens Arſaniam amnem, quem tranſire neceſſe erat petituris Artaxata Romanis. At Lucullus, poſtquam diis ſacrificauit, quaſi certus de victoria, exercitum traduxit. Duodecim cohortibus in fronte poſitis, reliquos, ne circumueniretur ab hoſtibus, in ſubſidiis collocauit. Multi enim et delecti equites ſtabant in hoſtium aduerſa acie, ante quorum ſigna ſagittis ex equo vtentes Mardi et Iberes haſtati, quibus Tigranes praecipue inter externos milites, vt pugnaciſſimis, fidebat. Nihil eſt ab illis tamen editum praeclari. Pauliſper enim cum equitatu Romano velitati non tulerunt impetum legionum: verum hinc inde fuga diuulſi, equitem ad inſequendum traxere. Simul atque

24 τοῖς Ῥωμαίοις τοῖς] Poſterius illud τοῖς miror in tot libris exſtare. Recte ſane Vulc. et Mur. pro eo τὴν habent, ſc. ὁδόν. Sic Xen. Ed. St. p. 111. 40. προϊὼν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος.

25 προστεταγμέναις Bodl. 3.

26 pro διὰ dat πρὸς Bodl. 3.

27 ἱππεῖς καὶ λογάδες] Suſpecta mihi hoc in loco vox λογάδες: quamuis in Nicia (228, 14.) et in Ageſ. videam a noſtro vſurpatam (372, vlt.) *Moſes Duſoul.*

δὲ τῷ τούτους διασπαρῆναι, τῶν περὶ τὸν Τιγράνην ἐξιππασαμένων, ἰδὼν τὴν λαμπρότητα καὶ τὸ πλῆθος ὁ Λούκουλλος ἔδεισε. καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀπὸ τῆς διώξεως ἀνεκαλεῖτο, πρῶτος δ' αὐτὸς ἀντέστη τοῖς σατραπηνοῖς [28] κατ' αὐτὸν οὖσι μετὰ τῶν ἀρίστων, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, φοβήσας ἐτρέψατο. τριῶν δ' ὁμοῦ παρατεταγμένων βασιλέων, αἴσχιστα δοκεῖ φυγεῖν ὁ Ποντικὸς Μιθριδάτης, οὐδὲ τὴν κραυγὴν τῶν Ῥωμαίων ἀνασχόμενος. γενομένης δὲ τῆς διώξεως μακρᾶς, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς, οὐ μόνον κτείνοντες αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ζωγροῦντες, καὶ χρήματα καὶ λείαν ἄγοντες καὶ φέροντες ἀπεῖπον οἱ Ῥωμαῖοι. φησὶ δ' ὁ Λιούϊος, ἐν μὲν τῇ προτέ-

atque hi dissipati sunt, prouehentibus Tigranis equitibus, videns splendorem et multitudinem eorum Lucullus subtimuit. Itaque equitem a consectandis hostibus reuocat. Interim ipse satrapis circa regem cum praestantissimo quoque sibi oppositis occurrit primus: quos, antequam manum conserere possent, consternatos pepulit. Ex tribus regibus, qui vna in hac acie fuerunt, foedissime fugit Ponticus Mithridates, qui ne clamorem quidem sustinuit Romanorum. Hi quum per longum spatium tota nocte hostium tergis inhaererent, non solum trucidandis, verum etiam capiendis, pecuniaque et praeda agenda ferenda fatigati sunt. Liuius auctor est, priore proe-

28 σατραπηνοῖς] Quid hac voce designare voluerit, haud facile est expiscari. Si corrupta non est, *Satraparum Satellitium* intellexerim, qui ei, tanquam Praetoriani milites, circumfusi fuerint. Sed vide, an non potius corrupta censenda sit, legendumque Ἀδιαβηνοῖς. Hos certe fortissimos in eius exercitu fuisse, inde coniicere licet, quod supra (176, 3.) Regi Adiabenorum sinistrum cornu in acie tuendum assignat. Et tertius Rex adsit oportet (v. l. 6.) *Bryanus.* Ego, si quid mutandum sit, καταφράκτοις malim. Sed de *Satrapis* aliquid hic dici, ideo adducor, vt credam, quod mox a Liuio obseruatum fuisse ait, in hac pugna plures aut captos, aut trucidatos, quam in priore, hostes nobiles, γνωριμωτέρους: (v. l. 10.) et in Triumpho (191, 9.) ad LX. amici, aut duces regii traducti enumerentur. *Moses Dusoul.*

29 προσ-

ρα μάχῃ πλείονας, ἐν δὲ ταύτῃ γνωριμωτέρους πεσεῖν καὶ ληφθῆναι τῶν πολεμίων.

32. Ἐκ τούτου Λούκουλλος μὲν ἐπηρμένος καὶ τεθαῤῥηκὼς ἄνω προάγειν [29] διενοεῖτο καὶ καταστρέφεσθαι τὴν βάρβαρον· ὥρα δ' ἰσημερίας φθινοπωρινῆς οὐκ ἂν ἐλπίσαντι χειμῶνες ἐπέπεσον βαρεῖς, τὰ μὲν πλεῖστα κατανίφοντες, ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις πάχνην ἐπιφέροντες καὶ πάγον, ὑφ' οὗ χαλεποὶ μὲν ἦσαν οἱ ποταμοὶ τοῖς ἵπποις πίνεσθαι, διὰ ψυχρότητος ὑπερβολὴν, χαλεπαὶ δ' αὐτῶν αἱ διαβάσεις, ἐκρηγνυμένου τοῦ κρυστάλλου καὶ διακόπτοντος τὰ νεῦρα τῶν ἵππων τῇ τραχύτητι. τῆς δὲ χώρας ἡ πολλὴ συνηρεφὴς [30] οὖσα καὶ στενόπορος καὶ ὑλώδης, ἀεὶ καθύγραινεν αὐτοὺς, χιόνος ἀναπιμπλαμένους ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις, καὶ κακῶς ἐν τόποις νοτεροῖς νυκτερεύοντας. οὐ πολλὰς οὖν ἡμέρας ἀκολουθήσαντες τῷ Λουκούλλῳ μετὰ τὴν μάχην, ἠναντιοῦντο, πρῶτον δεόμενοι καὶ τοὺς χιλιάρχους προσπέμποντες, ἔπειτα θορυβωδέστερον συνιστάμενοι, καὶ

proelio plures fuiſſe, in hoc nobiliores hoſtes captos et caeſos.

Hinc erectus Lucullus et fiduciae plenus, ſuperiores regiones petere et penitus domare ſtatuit barbarum. Caeterum ſub aequinoctio autumnali graues tempeſtates nec opinantem corripuere. Ningebat fere, et ſereno pruina cum gelu infeſta erat. Vnde equis erant amnes ex immodico frigore parum potabiles, ruptaque glacies et neruos equorum aſperitate incidens aegre permeabiles efficiebat. Tractus fere nemoroſus arctus ſaltuoſuſque rigabat eos aſſidue ex niue in itinere effuſa, atque incommode locis humidis pernoctabant. Igitur quum non multos ſecundum proelium dies fuiſſent Lucullum ſequuti, inſtiterunt ei obluctari. Primum precibus ad Lucullum per tribunos agere, deinde tumultuoſius coire, et per tento-

29 προσάγειν] Legendum προάγειν. *Moſes Duſoul.*

30 συνειρεφὴς dant Iunt. et Ald. vitioſe. item paulo poſt νυκτερεύοντες (in nominatiuo.)

31 ἀπο-

κατὰ σκηνὰς νυκτὸς ἀλαλάζοντες· ὅπερ εἶναι δοκεῖ σύμβολον ἀποστατικῶς ἐχούσης στρατιᾶς. καίτοι πολλὰ προσελιπάρει Λούκουλλος, ἀξιῶν αὐτοὺς μακροθυμίαν ἐμβαλέσθαι ταῖς ψυχαῖς, ἄχρις οὗ τὴν ἐν Ἀρμενίοις Καρχηδόνα λαβόντες, ἀνδρὸς ἐχθίστου, τὸν Ἀννίβαν λέγων, ἔργον ἀνατρέψωσιν [31]. ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ἀπῆγεν αὐτοὺς ὀπίσω, καὶ κατ' ἄλλας ὑπερβολὰς διελθὼν τὸν Ταῦρον, εἰς τὴν λεγομένην Μυγδονικὴν κατέβαινε χώραν, πάμφορον καὶ ἀλεεινὴν, καὶ πόλιν ἐν αὐτῇ μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον ἔχουσαν, ἣν οἱ μὲν βάρβαροι Νίσιβιν [32], οἱ δ' Ἕλληνες Ἀντιόχειαν Μυγδονικὴν προσηγόρευον. ταύτην εἶχεν ἀξιώματι μὲν ἀδελφὸς Τιγράνου, Γοῦρας, ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ δεινότητι μηχανικῇ Καλλίμαχος, ὁ καὶ περὶ Ἀμισὸν πλεῖστα πράγματα Λουκούλλῳ παρασχών. βαλόμενος [33] δὲ στρατόπεδον, καὶ πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας ἐπαγαγὼν, ὀλίγῳ χρόνῳ κατὰ κράτος λαμβάνει τὴν πόλιν. καὶ Γοῦ-

tentoria noctu conclamare: quod esse seditiosi exercitus signum apparet. Quum etiam obnixe obsecraret Lucullus, cohortatus eos ad patientiam, hactenus vt occallerent animis, dum, Armeniorum Carthagine capta, infestissimi hostis (Annibalem designabat) opificium deleuissent. Vbi nihil profecit, retro signa mouit, aliisque iugis traiecto Tauro, in regionem Mygdonicam appellatam descendit, munificam et apricam: in qua vrbs ampla et populosa erat, Nisibin barbari, Graeci vocabant Antiochiam Mygdonicam. Huic praeerat auctoritate Tigranis frater, Guras, arte et solertia machinali Callimachus, is, qui Amisi plurimum negotii exhibuerat Lucullo. Castris prope vrbem positis, postquam omne genus oppugnationis adhibuit, breui spatio expugnauit vrbem. Ac Guram quidem,

31 ἀποτρέψωσιν Iunt. Ald.

32 Σίβιν] Vulc. Νίσιβιν. et sic infra (190, 11.) post Tigranocerta nominatur Nisibis, vt vrbs Armeniae opulentissima: et iterum inter praecipuas vrbes, quas ceperat Lucullus, recensetur Nisibis. (202, 13.) Vide Cellarium, qui in nummis Nasibin scribi monet.

33 βαλλόμενος Bodl. 3. Iunt. Ald.

34 Με-

ρα μὲν ἑαυτὸν ἐγχειρίσαντι φιλανθρώπως ἐχρήσατο· Καλλιμάχῳ δὲ, ὑπισχνουμένῳ, θήκας ἀποῤῥήτους μεγάλων χρημάτων ἀνακαλύψειν, οὐ προσέσχεν, ἀλλ' ἐκέλευσεν ἐν πέδαις κομίζεσθαι, δίκην ὑφέξοντα τοῦ πυρὸς, ᾧ τὴν Ἀμισηνῶν διαλυμηνάμενος πόλιν, ἀφείλετο φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ χρηστότητος ἐπίδειξιν πρὸς τοὺς Ἕλληνας.

33. Μέχρι τοῦδε [34] φαίη τις ἂν Λουκούλλῳ τὴν τύχην ἑπομένην συστρατηγεῖν· ἐντεῦθεν δ', ὥσπερ πνεύματος ἐπιλιπόντος, προσβιαζόμενος πάντα, καὶ παντάπασιν ἀντικρούων, ἀρετὴν μὲν ἐπεδείκνυτο καὶ μακροθυμίαν ἡγεμόνος ἀγαθοῦ, δόξαν δὲ καὶ χάριν οὐδεμίαν αἱ πράξεις ἔσχον· ἀλλὰ καὶ τὴν προϋπάρχουσαν ἐγγὺς ἦλθε, δυσπραγῶν καὶ διαφερόμενος μάτην, ἀποβαλεῖν. τῶν δ' αἰτιῶν αὐτὸς οὐχὶ τὴν ἐλαχίστην εἰς τοῦτο παρέσχεν, οὐκ ὢν θεραπευτικὸς πλήθους στρατιωτικοῦ, καὶ πᾶν τὸ πρὸς ἡδονὴν τοῦ ἀρχομένου γινόμενον, ἀρχῆς ἀτιμίαν καὶ κατάλυσιν ἡγούμενος [35]· τὸ δὲ μέγιστον, οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς

quidem, qui in poteſtatem eius ſe dedidit, comiter habuit: Callimachum vero non audiuit, quamuis grandis pecuniae ſe reconditos theſauros profiteretur proditurum, verum in vinculis haberi imperauit ad poenas pendendas, quod, inflammata Amiſenorum vrbe, gloriam ſibi et benignitatis erga Graecos materiam declarandae praecidiſſet.

Hactenus fortunam dicat non inepte quiſquam comitem in rebus gerendis Luculli fuiſſe. Deinceps, quaſi cadente vento, quum omnia vrgeret, vbique autem incurreret, virtutem quidem boni imperatoris et longanimitatem oſtendit, ſplendor vero rebus et gratia abfuit: immo etiam ante parta gloria fortunae fluctibus et contentionibus ſuis cum exercitu prope manibus dilapſa eſt. Cuius non minimam ipſe praebuit cauſam, quod non conciliaret animos ſibi vulgi militaris, et quicquid ſubiectis imperio ſuo blandimenti adhibebatur, ſemen eſſe dedecoris duceret et ruinam auctoritatis ſuae. Quod vero maximum eſt, ne principibus quidem

rumnosius, tum valetudine corporis affecto, tum indigne contracto ob viatici exiguitatem ad curam angustam corporis, quod multa morbi causa requirebat. Quum faceret tamen in hac imbecillitate et toleraret ea, quae multi vix sustinebant valentes; eum perspiciebant omnes, non sui causa, nec vitae cupiditate, in illis perdurare aerumnis, verum ipsorum causa spem non abiicere. Nam quum alii ad lacrymas et gemitus ex timore atque moerore conuerterent se, illum, si quando esset eo compulsus, liquebat maculam et deformitatem reputare huius expeditionis cum magnitudine et gloria rerum, quas sperauerat perpetrare. Neque vero solum, quum speciem illius intuerentur, verum etiam, quum dictorum reminiscerentur ac monitorum eius, quum ab ea expeditione deterreret populum, multo censebant indigniorem eius fortunam; neque spem in diis vllam reponebant, voluentes secum, virum religiosum, qui prolixissimus in deos fuerat, nihilo forte vti clementiore, quam deterrimi in exercitu et abiectissimi.

Verum-

28 ὅτι Bodl. 3. et Iunt.

29 Πε-

27. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅ γε Νικίας ἐπειρᾶτο καὶ φωνῇ καὶ προσώπῳ καὶ δεξιώσει κρείττων ὁρᾶσθαι τῶν δεινῶν. καὶ παρὰ πᾶσάν γε τὴν πορείαν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ βαλλόμενος καὶ τραυματιζόμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀήττητον ἐφύλαττε τὴν σὺν αὐτῷ δύναμιν, ἄχρις οὗ Δημοσθένης ἑάλω, καὶ τὸ μετ' ἐκείνου στράτευμα, περὶ τὴν Πολυζήλειον[29] αὐλὴν ἐν τῷ διαμάχεσθαι καὶ ὑπολείπεσθαι κυκλωθέν. αὐτὸς δὲ Δημοσθένης, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἔπληξε μὲν ἑαυτὸν, οὐ μὴν ἀπέθανε, ταχὺ τῶν πολεμίων περισχόντων καὶ συλλαβόντων[30]. ὡς δὲ τῷ Νικίᾳ προσελάσαντες ἔφραζον οἱ Συρακούσιοι, καὶ πέμψας ἱππέας, ἔγνω τὴν ἐκείνου τοῦ στρατεύματος ἅλωσιν, ἠξίου σπείσασθαι πρὸς τὸν Γύλιππον, ὅπως ἀφῶσι τοὺς Ἀθηναίους ἐκ Σικελίας, ὅμηρα λαβόντες ὑπὲρ τῶν χρημάτων, ὅσα Συρακουσίοις ἀνάλωτο πρὸς τὸν πόλεμον. οἱ δ' οὐ προσεῖχον, ἀλλὰ πρὸς ὕβριν καὶ μετ' ὀργῆς ἀπειλοῦντες καὶ λοιδοροῦντες ἔβαλλον, ἤδη πάντων ἐνδεῶς ἔχοντα τῶν ἀναγκαίων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν νύκτα διεκαρτέρησε,

Veruntamen enitebatur Nicias voce, vultu, ſuis compellandis ſuperiorem ſe calamitatibus oſtendere, atque itinere toto dum per dies octo iaculis percutitur et vulneratur ab hoſtibus, copias, quas ipſe ducebat, ſeruauit integras, donec captus Demoſthenes eſt, et manus, cui ille praeerat, ad Polyzeliam villam inter dimicandum et reſtitandum circumuenta. Demoſthenes quidem diſtricto enſe percuſſit ſeipſum, ſed ictu non letali, quod cito eum cingerent et comprehenderent hoſtes. Vt Niciae Syracuſani aduecti caſum nunciarunt illius, atque hic, miſſis equitibus, illas copias cognouit in deditionem veniſſe, petiit a Gylippo inducias, vt Athenienſes ex Sicilia dimitterent incolumes, obſidibus acceptis de impenſa, quam eo bello fecerant Syracuſani. At hi cum id reiecerunt, tum ſuperbe atrociterque minitantes proſcindenteſque iaculis omnium iam rerum egenum petierunt. Suſtinuit tamen illam noctem, et

29 Πολυζήλιον Bodl. 3.
30 συλλαβόντων] Adde αὐτὸν, ex Vulc. et Bodl. 3.
31 ita

καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν προῄει βαλλόμενος πρὸς τὸν Ἀσίναρον ποταμόν. ἐκεῖ δὲ τοὺς μὲν οἱ πολέμιοι συνενεγκόντες ἐνέσεισαν εἰς τὸ ῥεῖθρον, οἱ δὲ φθάνοντες ὑπὸ δίψους ἔρριπτον ἑαυτούς· καὶ πλεῖστος ἐνταῦθα φόνος ἦν καὶ ὠμότατος, ἐν τῷ ποταμῷ πινόντων ἅμα καὶ σφαττομένων, ἄχρι Νικίας Γυλίππῳ προσπεσὼν, εἶπεν· Ἔλεος ὑμᾶς, ὦ Γύλιππε [31], λαβέτω νικῶντας, ἐμοῦ μὲν μηδεὶς, ὃς ἐπὶ τηλικαύταις ἀτυχίαις ὄνομα καὶ δόξαν ἔσχον, τῶν δ' ἄλλων Ἀθηναίων, ἐννοηθέντας, ὅτι κοιναὶ μὲν αἱ τύχαι τοῦ πολέμου, μετρίως δ' αὐταῖς καὶ πρᾴως ἐχρήσαντο, ἐν οἷς ηὐτύχουν, Ἀθηναῖοι πρὸς ὑμᾶς. τοιαῦτα τοῦ Νικίου λέγοντος, ἔπαθε μέν τι καὶ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τοὺς λόγους ὁ Γύλιππος· ᾔδει γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους εὖ πεπονθότας ὑπ' αὐτοῦ περὶ [32] τὰς γενομένας διαλύσεις· μέγα δ' ἡγεῖτο πρὸς δόξαν, εἰ ζῶντας ἀπαγάγοι τοὺς ἀντιστρατήγους. διὸ τόν τε Νικίαν ἀναλαβὼν ἐθάῤῥυνε, καὶ τοὺς ἄλλους ζωγρεῖν παρήγγελε. βραδέως δὲ τοῦ παραγγέλματος διϊκνουμένου, πολλῷ τῶν φονευθέντων ἐλάττονες

et postero die processit inter hostium tela ad Asinarum amnem. Illic hostes alios vi impulerunt in flumen, alii occuparunt prae siti abiicere semetipsos. Atque ibi in fluuio, dum simul et bibunt et contrucidantur, maxima strages et cruentissima edita est; quousque genibus aduolutus Gylippi Nicias: Misereat, inquit, vos, Gylippe, victores, nequaquam mei quidem, qui ex tantis cladibus nomen et famam comparaui, sed Atheniensium reliquorum, memores, belli communem esse aleam, ea autem moderate clementerque aduersus vos in rebus suis secundis vsos Athenienses. Ita fati Niciae nonnihil est Gylippus tum conspectu, tum oratione, motus. Sciebat enim in componenda pace bene meritum de Lacedaemoniis Niciam. Magnificum simul ad gloriam putabat, si duces hostium captiuos abduxisset. Itaque Niciam comiter excipit et confirmat, edicitque, vt caeteros capiant. Caeterum perlato tarde ad omnes edicto, longe minor fuit captorum, quam

31 ita etiam dant Bodl. 3. Iunt. et Ald. sed vulgatis particula exclamandi deest.

32 πρὸς Bodl. 3.

33 ἑά-

οἱ διασωθέντες ἐγένοντο. καίτοι πολλοὶ διεκλάπησαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. τὰς δὲ Φανερῶς ἑαλωκότας ἀθροίσαντες, τὰ μὲν κάλλιστα καὶ μέγιστα δένδρα τῶν περὶ τὸν ποταμὸν ἀνέδησαν αἰχμαλώτοις πανοπλίαις, ἐστεφανωμένοι δ' αὐτοὶ καὶ κοσμήσαντες ἵππους διαπρεπῶς, κείραντες δὲ τὰς τῶν πολεμίων, εἰσήλαυνον εἰς τὴν πόλιν, ἀγῶνα λαμπρότατον, ὧν Ἕλληνες πρὸς Ἕλληνας ἠγωνίσαντο, καὶ νίκην τελεωτάτην κράτει πλείστῳ καὶ ῥώμῃ [33] μεγίστῃ προθυμίας καὶ ἀρετῆς κατωρθωκότες.

28. Ἐκκλησίας δὲ πανδήμου Συρακουσίων καὶ τῶν συμμάχων γενομένης, Εὐρυκλῆς [34] δημαγωγὸς [35] ἔγραψε, πρῶτον μὲν τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὸν Νικίαν ἔλαβον, ἱερὰν ἔχειν, θύοντας καὶ σχολάζοντας ἔργων, Ἀσιναρίαν τὴν ἑορτὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλοῦντας. ἡμέρα δ' ἦν τετρὰς Φθίνοντος τοῦ Καρνείου μηνὸς, ὃν Ἀθηναῖοι Μεταγειτνιῶνα προσαγορεύουσι. τῶν δ' Ἀθηναίων τοὺς μὲν οἰκέτας ἀποδόσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους, αὐτοὺς δὲ

quam interfectorum, numerus, quamuis multos ſubducerent milites. Contractis autem omnibus, qui propalam capti erant, pulcherrimas et excellſſimas arbores ſecundum amnem ſpoliis captiuorum exornauere. Ipſi coronati equis ſuis eximie excultis et hoſtium tonſis vrbem ſunt inuecti, quod nobiliſſimo certamine, quod vnquam Graeci contra Graecos decertauerant, ſolidam victoriam maxima contentione et ſumma vi ſtrenuitatis ac virtutis reportaſſent.

Inde totius populi Syracuſani et ſociorum concione aduocata, Eurycles concionator legem rogauit, primum, vt diem, quo ceperant Niciam, feſtum agerent, eoque ſacrificarent, atque ab operibus feriarentur, eumque diem feſtum a fluuio appellarent Aſinarium. Dies fuit viceſimus ſeptimus menſis Carnei, quem Metagitniona Athenienſes vocant: Athenienſium ſeruitia et alii ſocii ſub haſta venderentur: ipſi, et ſi qui

33 ῥώμῃ] Et hic ῥύμῃ legendum cenſeo, vt in Pyrrho (465, 9.) et ſexcentis aliis in locis.

34 Εὐρυκλῆς] *Diocles* vocatur a Diod. Sic. 149. et 161.

35 ὁ δημαγωγὸς Bodl. 3.

 36 ἐνη-

καὶ τοὺς ἀπὸ Σικελίας Φρουρεῖν, ἐμβαλόντας εἰς τὰς λατομίας, πλὴν τῶν στρατηγῶν· ἐκείνους δ' ἀποκτεῖναι. ταῦτα προσδεχομένων τῶν Συρακουσίων, Ἑρμοκράτης μὲν εἰπὼν, ὅτι τοῦ νικᾷν κρεῖττόν ἐστι τὸ καλῶς χρῆσθαι τῇ νίκῃ, οὐ μετρίως ἐθορυβήθη. Γύλιππον δὲ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἀθηναίων ἐξαιτούμενον ζῶντας ἀγαγεῖν Λακεδαιμονίοις, ὑβρίζοντες ἤδη τοῖς εὐτυχήμασιν οἱ Συρακούσιοι, κακῶς ἔλεγον, ἄλλως τε καὶ παρὰ τὸν πόλεμον, αὐτοῦ τὴν τραχύτητα καὶ τὸ Λακωνικὸν τῆς ἐπιστασίας οὐ ῥαδίως ἐνηνοχότες [36]· ὡς δὲ Τίμαιός φησι, καὶ μικρολογίαν τινὰ καὶ πλεονεξίαν κατεγνωκότες, ἀῤῥώστημα πατρῷον, ἐφ' ᾧ καὶ Κλεανδρίδης, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δώρων ἁλοὺς ἔφυγε. καὶ οὗτος αὐτὸς ἀπὸ τῶν χιλίων ταλάντων, ἃ Λύσανδρος ἔπεμψεν εἰς τὴν Σπάρτην, ὑφελόμενος τριάκοντα, καὶ κρύψας ὑπὸ τὸν ὄροφον τῆς οἰκίας, εἶτα μηνυθεὶς, αἴσχιστα πάντων ἐξέπεσεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ μᾶλλον διηκρίβωται. Δημοσθένην δὲ καὶ Νικίαν ἀποθανεῖν Τίμαιος οὔ φησιν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων κατα-

qui essent eorum socii Siculi, in vinculis haberentur, et in lapidicinas conderentur, exceptis ducibus: illi vt necarentur. Sciscente haec populo Syracusano, Hermocrates, quum commemorasset, bene vti victoria praestantius esse, quam vincere, non mediocri est tumultu exceptus. Gylippum vero duces Atheniensium deposcentem sibi condonari, quo ducere eos Lacedaemonem posset, luxuriantes iam rebus secundis insectati Syracusani sunt, alioquin eius etiam in bello asperitatem et Laconicum pertaesi imperium. Sordes quoque eius (vt ait Timaeus) auaritiamque damnauerunt, vitium paternum: ob quod Cleandrides item, pater eius, repetundarum damnatus, exsilii causa solum vertit: et hic ipse ex mille talentis, quae Lysander Spartam misit, depeculatus triginta, quae sub tecto recondiderat, inde detectus foedissime consciuit sibi exsilium. Caeterum haec in historia Lysandri exsequuti sumus fusius. Demosthenem autem et Niciam periisse Timaeus negat lapidibus ab Syracusanis cooper-

36 ἐνηνοχότος Bodl. 3.

37 κατα-

λευσθέντας [37], ὡς Φίλιστος ἔγραψε καὶ Θουκυδίδης, ἀλλ' Ἑρμοκράτους πέμψαντος, ἔτι τῆς ἐκκλησίας συνεστώσης, καὶ δι' ἑνὸς τῶν Φυλάκων παρέντων [38], αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἀποθανεῖν· τὰ μέντοι σώματα πρὸς ταῖς πύλαις ἐκβληθέντα, κεῖσθαι φανερὰ τοῖς δεομένοις τοῦ θεάματος. πυνθάνομαι δὲ, μέχρι νῦν ἐν Συρακούσαις ἀσπίδα [39] κειμένην πρὸς ἱερῷ δείκνυσθαι, Νικίου μὲν λεγομένην, χρυσοῦ δὲ καὶ πορφύρας εὖ πως πρὸς ἄλληλα μεμιγμένων δι' ὑφῆς συγκεκροτημένην.

29. Τῶν δ' Ἀθηναίων οἱ μὲν πλεῖστοι διεφθάρησαν ἐν ταῖς λατομίαις ὑπὸ νόσου καὶ διαίτης πονηρᾶς, εἰς ἡμέραν ἑκάστην κοτύλας δύο κριθῶν λαμβάνοντες, καὶ μίαν ὕδατος. οὐκ ὀλίγοι δ' ἐπράθησαν διακλαπέντες, ἢ καὶ διαλαθόντες, ὡς οἰκέται. καὶ τούτους ὡς οἰκέτας ἐπώλουν, στίζοντες ἵππον εἰς τὸ μέτωπον. ἀλλ' ἦσαν οἱ καὶ τοῦτο πρὸς τῷ δουλεύειν ὑπομένοντες. ἐβοήθει δὲ καὶ τούτοις

coopertos, vt Philiſtus et Thucydides ſcriptum reliquerunt, ſed certiores factos ab Hermocrate, quid ageretur, quum, nondum dimiſſa concione, miſiſſet ad eos certum, qui ab vno fuit ex cuſtodibus admiſſus, ſibimet ipſos mortem conſciuiſſe. Corpora tamen ante portam proiecta in publicum ad cuiuſlibet ſpectaculum fuiſſe. Accepi, Syracuſis etiam hac aetate oſtendi in templo quodam fixum clypeum, quem Niciae autumant fuiſſe, auro et purpura affabre inter ſe contextis compactum.

Athenienſes plerique in latomiis morbo et victu prauo abſumti ſunt: ſiquidem hordei heminae binae, ſingulae aquae illis in dies praebebantur. Non paucos ſurreptos venumdedere, aut non cognitos pro ſeruis diſtraxere, equo in fronte compunctos, ac fuerunt, qui praeter ſeruitutem hoc etiam tulere. Verum ſublevauit

37 καταλευσθέντας] Operae pretium eſt inquirere, an alii etiam Codd. κελευσθέντας, vt Bodl. 3. habeant. Certe verior ſcriptura videtur, et in textum recipienda. Vbi enim lapidibus obruti apud Thucydidem vſpiam leguntur? *Moſes Duſoul.*

38 παρέντος Vulcob.

39 Ἀσπίδα] Vid. Op. Mor. 1035. 28. *Moſes Duſoul.*

ἡ τ' αἰδὼς [40] καὶ τὸ κόσμιον· ἢ γὰρ ἠλευθερῶντο ταχέως, ἢ τιμώμενοι παρέμενον τοῖς κεκτημένοις. ἔνιοι δὲ καὶ δι' Εὐριπίδην ἐσώθησαν. μάλιστα γὰρ, ὡς ἔοικε, τῶν ἐντὸς Ἑλλήνων [41] ἐπόθησαν αὐτῶ τὴν μῶσαν οἱ περὶ Σικελίαν· καὶ μικρὰ τῶν ἀφικνωμένων ἑκάστοτε δείγματα καὶ γεύματα κομιζόντων ἐκμανθάνοντες, ἀγαπητῶς μετεδίδοσαν ἀλλήλοις. τότε γῶν φασι τῶν σωθέντων οἴκαδε συχνὼς ἀσπάσασθαι τὸν Εὐριπίδην φιλοφρόνως, καὶ διηγεῖσθαι τὼς μὲν, ὅτι δωλεύοντες ἀφείθησαν, ἐκδιδάξαντες, ὅσα τῶν ἐκείνω ποιημάτων ἐμέμνηντο, τὼς δ', ὅτι πλανώμενοι μετὰ τὴν μάχην, τροφῆς καὶ ὕδατος μετέλαβον τῶν μελῶν ᾄσαντες. ὡ δεῖ δὴ θαυμάζειν, ὅτι τὼς Καυνίως φασὶ, πλοίω προσφερομένω τοῖς λιμέσιν, ὑπὸ λῃστρίδων διωκομένω, μὴ δέχεσθαι [42] τὸ πρῶτον, ἀλλ' ἀπείργειν· εἶτα μέντοι διαπυνθανομένως, εἰ γινώ-

vauit hos verecundia et modeſtia ſua: quippe vel breui manumiſſi fuerunt, vel in honore habiti remanſerunt apud dominos. Fuerunt et nonnulli Euripidis cauſa conſeruati. Nam praeter caeteros interiores Graecos deſiderauerunt illius verſus maxime ii, qui Siciliam incolebant. Quod ſi qua ſpecimina et guſtus horum adferrent ii, qui quotidie appellebant, ea ediſcebant, laetique inter ſe communicabant. Plures autem tunc commemorant, qui ſoſpites domum reuerſi ſunt, Euripidem benigne ſalutauiſſe, ac praedicaſſe alios, fuiſſe ſe manumiſſos, quod, quae ipſius carmina tenuerant memoria, illos ea docuiſſent, alios palantes poſt pugnam fuiſſe cibo et potu adiutos, quum verſus illius canerent. Neque id nouum eſt: quia Caunium nauigium ferunt, quum litori appelleret Siculo, prementibus nauibus praedatoriis, Siculos primo non recepiſſe, ſed repuliſſe: tandem rogatos, noſſentne

40 αἰδῶ Bodl. 3.

41 τῶν ἐντὸς Ἑλλήνων] Nihil verius ſcriptura Anon. et Mur. τῶν ἐκτὸς Ἑ. Nam praeterquam, quod raro, ſi vſpiam, οἱ ἐντὸς Ἕλληνες dicuntur, qui in Graecia proprie dicta habitabant; certe de iis hic ſermo eſt, qui extra Graeciae fines degebant, quales hi Siculi erant. Οἱ ἐκτὸς Ἕλληνες ergo omnes Graecorum Colonias ſignificat, in Aſia, Italia, Sicilia, etc. degentes. *Moſes Duſoul.*

42 μάχεσθαι] Immo δέχεσθαι, vt in Vulc. Anon. et Mur. eſt.

43 τῶν

σκῦσιν ᾄσματα τοῦ [43] Εὐριπίδου, φησάντων ἐκείνων, οὕτω παρεῖναι καταγαγεῖν [44] τὸ πλοῖον.

30. Ἀθηναίοις δέ φασι τὴν συμφορὰν οὐχ ἥκιστα διὰ τὸν ἄγγελον ἄπιστον γενέσθαι. ξένος [45] γάρ τις, ὡς ἔοικεν, ἀποβὰς εἰς Πειραιᾶ, καὶ καθίσας ἐπὶ κουρεῖον [46], ὡς ἐγνωκότων ἤδη τῶν Ἀθηναίων, λόγους ἐποιεῖτο περὶ τῶν γεγονότων. ὁ δὲ κουρεὺς ἀκούσας, πρὶν ἄλλους πυνθάνεσθαι, δρόμῳ συντείνας εἰς τὸ ἄστυ, καὶ προσβαλὼν τοῖς ἄρχουσιν, εὐθὺς κατ' ἀγορὰν ἐνέβαλε τὸν λόγον. ἐκπλήξεως δὲ καὶ ταραχῆς, ὡς εἰκὸς, γενομένης, οἱ μὲν ἄρχοντες ἐκκλησίαν συναγαγόντες, εἰσήγαγον τὸν ἄνθρωπον. ὡς δ' ἐρωτώμενος, παρ' οὗ πύθοιτο, σαφὲς οὐδὲν εἶχε φράζειν, δόξας λογοποιὸς εἶναι, καὶ ταράττειν τὴν πόλιν, εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς [147] ἐστρεβλοῦτο πολὺν

ſentne cantica Euripidis, vbi ſcire oſtenderunt, tum applicare nauigium permiſiſſe.

Apud Athenienſes ferunt hanc cladem maxime propter nuncium non fidem reperiſſe. Siquidem peregrinus quidam, qui forte in Piraeum deſcenderat, et in tonſtrina ſedebat, quaſi re Athenienſibus iam nota, ſermonem habuit de geſtis illis. Tonſor, vbi audiuit, priuſquam diuulgaretur apud alios, curſum contendit in vrbem, ac quum ad Magiſtratus contuliſſet ſe, detulit illico ea dicta in forum. Pauore et trepidatione haud immerito inſequuta, archontes, aduocata concione, hominem produxere. Qui interrogatus, de quo accepiſſet, quum nihil certi haberet dicere, pro mendace et ciuitatis turbatore in rotam deligatus et diu tortus eſt, donec

43 τῶν Εὐριπίδου Vulcob.

44 ſic dant etiam Bodl. 3. Iunt. et Ald. vulgo legitur παρεῖναι καὶ καταγαγεῖν.

45 ξένος etc.] Rem fuſius narrat Op. Mor. p. 903. ſq. quem locum legas auctor ſum.

46 καθίσας ἐπὶ κουρεῖον] Non ſolent ſic efferre Graeci, ſed ἐπὶ κουρείου. Sic noſter ipſe Op. Mor. 896, 21. πρεσβυτῶν τινων ἐπὶ κουρείου διαλεγομένων. Sic Lucian. de conſcr. Hiſt. ſic Ariſtoph. Schol. ad Plut. aliique. Nunquam ἐπὶ κουρεῖον, quamuis aliquando etiam ἐπὶ κουρείῳ habeant; vt eo in loco Ariſtoph. Eſt autem fabulae illius verſ. 338. *Moſes Duſoul.*

147 εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς] Xylander vertit: *rotae alligatus eſt*: et annotat: Guarinus male

χρόνον, ἕως ἐπῆλθον οἱ τὸ πᾶν κακὸν, ὡς εἶχεν, ἀπαγγέλλοντες. ὕτω μόλις ὁ Νικίας ἐπιστεύθη παθὼν, ἃ πολλάκις αὐτοῖς προεῖπεν.

ΜΑΡΚΟΣ [1] ΚΡΑΣΣΟΣ.

Μάρκος δὲ Κράσσος ἦν τιμητικῦ καὶ θριαμβικῦ πατρός· ἐτράφη δ' ἐν οἰκίᾳ μικρᾷ μετὰ δυοῖν ἀδελφῶν. καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῦ γυναῖκες ἦσαν, ἔτι τῶν γονέων ζώντων· καὶ πάντες ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐφοίτων τράπεζαν. ὅθεν ὖχ ἥκιστα δοκεῖ καὶ διὰ τῦτο σώφρων καὶ μέτριος γενέσθαι περὶ τὴν δίαιταν. ἀποθανόντος δὲ τῦ ἑτέρῦ [2] τῶν ἀδελφῶν, τῇ γυναικὶ συνῴκησε, καὶ τὺς

donec aduenerunt, qui totam cladem ordine annunciarunt. Adeo aegre crediderunt, ea Niciam esse passum, quae euentura saepius iis praedixerat.

M. Crassus patrem habuit censorium et triumphalem. Educatus est angustis in aedibus in duorum fratrum contubernio. Fratres eius vxores, superstitibus adhuc parentibus, duxerant, vtebanturque mensa omnes eadem. Ob quod vel maxime vita temperans fuisse et moderatus videtur. Altero defuncto fratre, vxorem eius duxit, liberosque suos

le *carcerem.* Erat autem rota quaestionibus et tormentis inseruiens, cuius etiam prope finem vitae Phocionis meminit noster.

1 deest Μάρκος in titulo Bodl. 3.

2 ἀποθανόντος δὲ τῦ ἑτέρῦ etc.] Quod initio statim huius vitae verba haec Plutarchi non Guarinus modo, sed et Amiotus ita interpretatur, vt dicant, Crassum fratris sui defuncti vxorem in matrimonium duxisse, ex eaque liberos procreasse, non ita leuis est momenti error, neque dissimulandus fuit. Nam neque scripsit hoc Plutarchus, neque vsitatum hoc Romanis eo tempore fuit, atque haud scio, an vnquam quidem. Non nego, verbum συνοικεῖν aliquando esse *viuere cum altero in matrimonio*, idque tam de viris, quam mulieribus dici, *ehlich beywohnen:* nunquam autem id verbum sua prima significatione et simplici accipi, qua est *eadem vti domo et habitatione*, pernego. Quid enim fiet vocabulo

παῖδας ἐξ ἐκείνης ἔσχεν, οὐδενὸς ἧττον καὶ περὶ ταῦτα Ῥωμαίων εὔτακτος [3] γενόμενος. καίτοι προϊὼν καθ' ἡλικίαν, αἰτίαν ἔσχε Λικιννίᾳ συνιέναι, τῶν Ἑστιάδων μιᾷ παρθένων· καὶ δίκην ἔφυγεν ἡ Λικιννία, Πλωτίνου τινὸς διώκοντος. ἦν δὲ προάστειον αὐτῇ καλὸν, ὃ βουλόμενος λαβεῖν ὀλίγης τιμῆς ὁ Κράσσος, καὶ διὰ τοῦτο προσκείμενος ἀεὶ τῇ γυναικὶ καὶ θεραπεύων, εἰς τὴν ὑποψίαν ἐκείνην ἐνέπεσε· καὶ τρόπον τινὰ τῇ φιλοπλουτίᾳ τὴν αἰτίαν τῆς φθορᾶς ἀπολυσάμενος, ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀφείθη. τὴν δὲ Λικιννίαν οὐκ ἀνῆκε πρότερον, ἢ τοῦ κτήματος κρατῆσαι.

ſuos ex illa genuit, neque in his continentia cuiquam ceſſit Romanorum: licet aetatis progreſſu ſtupratae virginis Veſtalis Liciniae adſperſus ſuſpicione fuerit: caeterum Licinia, Plotino quodam accuſatore, eſt abſoluta. Poſſidebat villam illa ſuburbanam amoenam, quam dum auferre Craſſus vili pretio cupit, eam affectando et colendo in iſtam incidit ſuſpicionem, atque auaritia quodammodo crimen inceſtus diluens, a iudicibus liberatus eſt. Liciniam tamen non ante dimiſit, quam praedio eſſet potitus.

Perhi-

lo συνοικία, quod inde ductum magni eſt vſus? Ergo viduam illam Craſſus ſecum in aedibus, eiuſque etiam liberos, retinuit: quod fuit humanitatis. Vt autem coniugium contraheret cum ea, et liberos procrearet, nihil attinuit. Et quidem vel articulus in verbis τοὺς παῖδας oſtendit, dici de fratris liberis. Nam ſi ipſe Craſſus liberos ſuſtuliſſet, ſcripturus fuiſſet Plutarchus καὶ παῖδας (non τοὺς,) quod priores demonſtrat) ἔσχεν, additurusque nimirum ἐξ αὐτῆς. Quae (inquis) ergo laus hic εὐταξίας, ſeu continentiae, ſiue modeſtiae, Craſſo tribuitur? Equidem ea, (niſi fallor) quae ex obiecto ei deinde ſtupro Veſtalis intelligi poſſit; quaſi diceret Plutarchus, ita eum habitaſſe cum fratris vidua, vt modeſtiae et pudicitiae laudem mereretur, quanquam ea aetate, quae ad libidinem propenſior habetur: quum quidem deinde in ſuſpicionem inceſti cum ſacerdote concubitus venerit. Hanc arbitror germanam et minime inſolentem monſtroſamue verborum Plutarchi eſſe ſententiam. *Xylander.*

3 ἄτακτος Vulcob.

 4 ἔοικε

2. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν λέγουσι πολλαῖς ἀρεταῖς τοῦ Κράσσου κακίαν μόνην ἐπισκοτῆσαι, τὴν φιλοπλουτίαν. ἔοικε δὲ μία [4] πασῶν ἐῤῥωμενεστέρα τῶν ἐν αὐτῷ κακιῶν γενομένη τὰς ἄλλας ἀμαυρῶσαι. τεκμήρια δὲ τῆς φιλοπλουτίας αὐτοῦ μέγιστα ποιοῦνται, τόν τε τρόπον τοῦ πορισμοῦ, καὶ τῆς οὐσίας τὸ μέγεθος. τριακοσίων γὰρ οὐ πλείω κεκτημένος ἐν ἀρχῇ ταλάντων, εἶτα παρὰ τὴν πολιτείαν ἀποθύσας μὲν τῷ Ἡρακλεῖ τὴν δεκάτην, καὶ τὸν δῆμον ἑστιάσας, εἰς τρεῖς δὲ μῆνας [5] ἑκάστῳ Ῥωμαί-

Perhibent Romani, multarum Craſſi virtutum vnum hoc vitium luminibus obſtruxiſſe, auaritiam. In ſpecie quidem erat vnum: verum, omnium in eo vitiorum quum eſſet valentiſſimum, offuſcauit caetera. Indicia eius auaritiae haec potiſſima cenſent, rationem quaeſtus et facultatum amplitudinem. Nam quum ab initio non excederent trecenta talenta, inde rempublicam tractans, decimam facultatum ſuarum partem Herculi ſacraſſet, praebuiſſet etiam populo epulum, ad haec ſingulis ciuibus Romanis teſſeram anno-

4 ἔοικε δὲ μία] H. Steph. οὐ μία a Plutarcho ſcriptum fuiſſe exiſtimat. cui et ego aſſentior. Et ita in Mur. eſſe video. [Plena H. Stephani annotatio haec eſt: Plutarchum exiſtimo ſcripſiſſe ἔοικε δὲ οὐ μία. Interpretes tamen lectionem, quam habemus, ſecuti ſunt, ſed vnus ea, quam verbo ἔοικε tribuit, interpretatione adiuuare illam conatus eſt. Vertit enim: *Perhibent Romani, multarum Craſſi virtutum vnum hoc vitium luminibus obſtruxiſſe, auaritiam. In ſpecie quidem erat vnum, verum, omnium in eo vitiorum quum eſſet valentiſſimum, offuſcauit caetera.* Alter autem ſic reddidit: *Sane Romani tradunt, multis Craſſi virtutibus vnum auaritiae vitium offeciſſe. Mihi id vnum de multis eius vitiis, quod eſſet reliquis vehementius, caetera obſcuraſſe videtur.* At ego Plutarchum negatiuam particulam nomini μία praefixiſſe arbitror, vt dixi. Atque ita fuerit hic ſenſus: *Videtur tamen non vnum hoc eius vitium fuiſſe, ſed quum* etc. Atque ita nihil opus fuerit, verbo ἔοικε ſignificationem ab hoc loco alienam tribuere, vt certe tribuitur ab eo, qui ἔοικε δὲ μία vertit: *In ſpecie quidem erat vnum.* Nam et ἔοικε μὲν μία legendum eſſet, et infinitiuum ἀμαυρῶσαι, qui illi verbo ἔοικε iungitur, in ἠμαύρωσε mutari oporteret.]

5 μνᾶς] Lege cum Ed. Fl. et Aldina, item Bodl. 3. μῆνας. Sic enim

ων σιτηρέσιον ἐκ τῶν αὐτοῦ παρασχὼν, ὅμως πρὸ τῆς ἐπὶ Πάρθους στρατείας αὐτὸς αὑτῷ θέμενος ἐκλογισμὸν τῆς οὐσίας, εὗρεν ἑκατὸν ταλάντων τίμημα πρὸς ἑπτακισχιλίοις. τὰ δὲ πλεῖστα τούτων, εἰ δεῖ μετὰ βλασφημίας εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς, ἐκ πυρὸς συνήγαγε καὶ πολέμου, ταῖς κοιναῖς ἀτυχίαις προσόδῳ τῇ μεγίστῃ χρησάμενος. ὅτε γὰρ Σύλλας ἑλὼν τὴν πόλιν, ἐπώλει τὰς οὐσίας τῶν ἀνῃρημένων [6] ὑπ' αὐτοῦ, λάφυρα καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων, καὶ βουλόμενος ὅτι πλείστοις καὶ ἀκρατήτοις [7] προσομόρξασθαι τὸ ἄγος, οὔτε λαμβάνων, οὔτ' ὠνούμενος ἀπεῖπε. πρὸς δὲ τούτοις, ὁρῶν τὰς συγγενεῖς καὶ συνοίκους τῆς Ῥώμης κῆρας, ἐμπρησμοὺς καὶ συνιζήσεις, διὰ βάρος καὶ πλῆθος οἰκοδομημάτων, ἐωνεῖτο δούλους ἀρχιτέκτονας καὶ οἰκοδόμους. εἶτ' ἔχων τούτους, ὑπὲρ πεντακοσίους ὄντας, ἐξηγόραζε τὰ καιόμενα καὶ γειτνιῶντα τοῖς καιομένοις, διὰ φόβον καὶ ἀδηλότητα τῶν δεσποτῶν ἀπ' ὀλίγης τι-

annonariam trium menſium de ſuo dediſſet; tamen, antequam ad bellum Parthicum proficiſceretur, ſubducto ſecum fortunarum ſuarum calculo, reperit in cenſu ſepties mille et centum talenta. Harum diuitiarum pleraſque, ſi cum illius ignominia proferenda veritas eſt, ex igne et bello conflauit, ex publicis calamitatibus maximum quaeſtum faciens. Siquidem cum Sylla, capta vrbe, bona ab ſe interemtorum ſubhaſtaret, praedam eam ſuam et cenſens et appellans, idque agens, vt quam plurimis ex potentiſſimis ciuibus illud inureret piaculum, nullum donum, vel ſectionem repudiauit. Praeterea conſiderans peſtes vrbis Romae cognatas et familiares, aedificiorum propter molem et frequentiam, incendia ac ſedimenta, ſeruos comparauit architectos et fabros. Quibus ad quingentos paratis, emtitabat inflammata et vicina inflammatis, quae domini metu et incertitudine rerum vili pretio dimit-

enim de congiario illo ipſo noſter infra (264, 15.) καὶ σῖτον ἐμέτρησεν εἰς τρίμηνον.

6 οὐσίας ἀνῃρημένων] Deeſt τῶν ante ἀνῃρημένων. *Moſ. Duſ.*

7 ἀκρατήτοις] Cruſerius cum *potentiſſimos* vertit, ἀκροτάτοις reddidit; quod ego etiam genuinum eſſe Plutarchi verbum arbitror.

8 οἱ

μῆς προϊεμένων· ὥστε τῆς Ῥώμης τὸ πλεῖστον μέρος ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι. τοσούτους δὲ κεκτημένος τεχνίτας, οὐδὲν ᾠκοδόμησεν αὐτὸς, ἢ τὴν ἰδίαν οἰκίαν [8], ἀλλ' ἔλεγε τοὺς φιλοικοδόμους αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν καταλύεσθαι, χωρὶς ἀνταγωνιστῶν [9]. ὄντων δ' αὐτῷ παμπόλλων ἀργυρείων [10], πολυτιμήτου δὲ χώρας, καὶ τῶν ἐργαζομένων ἐν αὐτῇ, ὅμως ἄν τις ἡγήσαιτο μηδὲν εἶναι ταῦτα πάντα πρὸς τὴν τῶν οἰκετῶν τιμήν· τοσούτους ἐκέκτητο καὶ τοιούτους, ἀναγνώστας, ὑπογραφεῖς, ἀργυρογνώμονας, διοικητὰς, τραπεζοκόμους· αὐτὸς ἐπιστατῶν μανθάνουσι καὶ προσέχων καὶ διδάσκων, καὶ ὅλως νομίζων τῷ δεσπότῃ προσήκειν μάλιστα τὴν περὶ τοὺς οἰκέτας ἐπιμέλειαν, ὡς ὄργανα ἔμψυχα τῆς οἰκονομικῆς. καὶ τοῦτο μὲν ὀρθῶς ὁ Κράσσος, εἴπερ [11], ὡς ἔλεγεν, ἡγεῖτο τὰ μὲν ἄλλα διὰ τῶν οἰκε-

dimittebant. Ita pars vrbis maxima in illius recidit mancipium. Qui quum manum tantam haberet artificum, nisi propriam domum nihil ipse aedificauit, cupidos dicens aedificandi a semet ipsis euerti, cum nullus iis esset aduersarius. Multas possidebat argentifodinas, agrum pretiosum, multosque, qui eum exercerent. Veruntamen omnia haec minime sunt cum seruorum pretio comparanda: Tam multos tamque habebat excellentes lectores, amanuenses, argentarios, dispensatores, structores. Assistebat ipse discentibus, attendebat, atque etiam docebat eos. Omnino enim putabat seruorum, quasi animata essent rei familiaris instrumenta, praecipue ad dominos pertinere curam. Recte id quidem Crassus, si (vt dicebat) ita sentiebat, caetera per seruos,

8 οἰκίαν deest Iuntinae.

9 ἔλεγε τοὺς φιλοικοδόμους αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν καταλύεσθαι, χωρὶς ἀνταγωνιστῶν] Xylander vertit: *aedificandi studio laborantium vires nullo aduersario a se ipsis comminui dicens:* et annotat: Non possum excogitare, quid vel fugerit hoc loco, vel secutus sit Guarinus: adeo nullum eorum, quae dixit Plutarchus, vestigium in eius interpretatione reperio. Quid enim est hic de areis, quas ille ciuibus suo ipsorum arbitratu concederet, fabrosque suos praeberet? Et quidem satis perspicua est sententia Graecorum verborum.

10 ἀργυρίων] Scribe cum Mur. ἀργυρείων.

11 ἤπερ Bodl. 3.

τῶν χρῆναι, τὰς δ' οἰκέτας δι' αὐτᾶ κυβερνᾶν. τὴν γὰρ οἰκονομικὴν, ἐν ἀψύχοις χρηματιστικὴν ἆσαν, ἐν ἀνθρώποις πολιτικὴν γιγνομένην ὁρῶμεν. ἐκεῖνο δ' ἀκ εὖ, τὸ μηδένα νομίζειν, μηδὲ φάσκειν εἶναι πλάσιον, ὃς ἀ δύναται τρέφειν ἀπὸ τῆς ἀσίας στρατόπεδον. ὁ γὰρ πόλεμος ἀ τεταγμένα σιτεῖται, κατὰ τὸν Ἀρχίδαμον [12]. ὥσθ' ὁ πρὸς πόλεμον πλᾶτος ἀόριστος, καὶ πολὺ τῆς Μαρία γνώμης ἀπηρτημένος. ἐκεῖνος γὰρ, ἐπεὶ, κατ' ἄνδρα νείμας ἑκάστῳ δέκα καὶ τέσσαρα πλέθρα γῆς, ἔγνω πλέον ἐπιζητᾶντας· Μηδεὶς, ἔφη, γένοιτο Ῥωμαίων ὀλίγην ἡγάμενος τὴν τρέφειν ἀρκᾶσαν.

3. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ ξένας ἦν φιλότιμος ὁ Κράσσος. ἀνέῳκτο γὰρ οἰκία πᾶσι, καὶ τοῖς φίλοις ἐδάνειζεν ἄνευ τόκων· ἀπῄτει δ' ἀποτόμως, τὰ χρόνα παρελθόντος, εἰς ὃν ἐδάνειζε, καὶ τὸ προῖκα πολλῶν ἐγίνετο τόκων ἐπαχθέστερον. ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἡ μὲν κλῆσις ἦν ὡς τὰ πολλὰ δημοτικὴ καὶ λαώδης· ἡ δ' εὐτέλεια τὴν

seruos, ipsos vero esse per patremfamilias regendos seruos. Quippe oeconomicam, quae est disciplina tuendae rei familiaris, quum sit in inanimatis quaestuaria, in hominibus artem effici videmus politicam et ciuilem. Illud parum recte, quod neminem censeret, vel praedicaret diuitem esse, qui suis fructibus exercitum alere non posset. Bellum enim, vt ait Archidamus, certum modum non habet pabuli: itaque opes ad bellum definiri nequeunt. Ac longe a Marii fuit sententia remotus. Ille enim, quum viritim agri iugera quaterna dena diuisisset, plura autem milites cognouisset flagitare: Absit, inquit, vt ciuis Romanus vllus eum agrum, qui alere ipsum queat, existimet exiguum.

Erat in hospites tamen prolixus Crassus: siquidem patebat omnibus domus eius, atque amicis mutuo dabat sine foenore: verum elapso tempore, id, quod crediderat, repetebat praecise, et euadebat hoc gratuitum multis odiosius vsuris. Mensa eius, quum quos ad coenas inuitasset, ciuilis erat et popularis, ac habebat mundi-

12 ὁ πόλεμος... Ἀρχίδαμον] Eidem Archidamo tribuitur Op. Mor. 387, 29. et in Cleom. (IV. 343, 15.) Sed a Theophrasto (apud nostrum ipsum in Demosth. IV. 423, 16.) traditur, vt vsurpatum a Crobylo, Rhetore Atheniensi.

13 πολ-

καθαριότητα καὶ τὴν φιλοφροσύνην ἡδίονα τῆ πολυτελῆς [13] εἶχε. παιδείας δὲ τῆς περὶ λόγον, μάλιστα μὲν τὸ ῥητορικὸν καὶ χρειῶδες εἰς πολλὰς ἤσκησε· καὶ γενόμενος δεινὸς εἰπεῖν ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων, ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ τὰς εὐφυεστάτας ὑπερέβαλλεν. ἐδεμίαν γὰρ ἕτω δίκην φασὶ μικρὰν, ἐδ' εὐκαταφρόνητον γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαράσκευος ἦλθεν [14]: ἀλλὰ καὶ Πομπηίῳ πολλάκις

munditiem et comitatem iucundiorem haec frugalitas splendore et sumtu. Ex literarum studio artem oratoriam et eam, qua vti in publico posset, potissimum est meditatus. Qui quanquam esset inter Romanos eloquentissimus, sedulitate tamen et labore superauit summe ad eam artem factos. Nullam enim referunt causam fuisse adeo tenuem et leuem, ad quam imparatus accederet: sed Pompeio frequen-

13 πολλῆ τέλες Bodl. 3.

14 ἐδεμίαν γὰρ ἕτω δίκην φασὶ μικρὰν, ἐδ' εὐκαταφρόνητον γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαράσκευος ἦλθεν] Aliam quampiam lectionem secutus esse videtur vnus interpretum, ita reddens hunc locum: *Ferunt enim, nullam ita exiguam, aut abiectam fuisse causam, quam non posset ex tempore agere.* Nisi forte negatiuam particulam ipsemet ex coniectura addidit. Sed non video, quid ea hic opus sit, nec cur putandum sit, Plutarchum de exigua et abiecta causa, quam de magna, seu magni momenti, aut difficili, dicere maluisse. Imo vero, si negatiua particula vsus fuisset, potius dixisset, vt opinor, ἐδεμίαν γὰρ ἕτω δίκην φασὶ μεγάλην, ἐδὲ πολλῆ ἀξίαν γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαράσκευος ἐκ ἦλθεν, quum dixerit contra: ἐδεμίαν γὰρ ἕτω δίκην φασὶ μικρὰν, ἐδ' εὐκαταφρόνητον γενέσθαι, πρὸς ἣν ἀπαράσκευος ἦλθεν. Ideoque recte alter interpres videtur reddidisse: *Nullam enim referunt causam fuisse adeo tenuem et leuem, ad quam imparatus accederet.* Ac certe optime hoc conuenit cum iis, quae dixit, illum ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ τὰς εὐφυεστάτας ὑπερβάλλειν. Qui enim ἀπαράσκευοι ad agendas causas veniunt, et quidem agere illas possunt, illis contra ἐπιμέλεια καὶ πόνος minime necessaria sunt. Sed vicissim non satis conuenire hoc cum sequentibus, obiiciet fortassis alter ille interpres. Quem etiam ad ea respexisse suspicor: praesertim quum ἀλλὰ reddiderit *itaque.* Illis enim: *Nullam fuisse causam, quam non posset ex tempore agere:* consentanea videntur haec: *Itaque aliis orare recusantibus, ipse patrocinium suscipit.* Verum vt omittam, quam attuli, rationem, ob quam hic locus negationem non admittit, nihil nos

ὀκνοῦντος, καὶ Καίσαρος ἐξαναστῆναι, καὶ Κικέρωνος, ἐκεῖνος ἀνεπλήρου τὴν συνηγορίαν. καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἤρεσκεν, ὡς ἐπιμελὴς καὶ βοηθητικός. ἤρεσκε δὲ καὶ τὸ περὶ τὰς δεξιώσεις καὶ προσαγορεύσεις φιλάνθρωπον αὐτοῦ καὶ δημοτικόν. οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἀπήντησε Ῥωμαίων ἀδόξῳ καὶ ταπεινῷ Κράσσος, ὃν ἀσπασάμενον οὐκ ἀντιπροσηγόρευσεν ἐξ ὀνόματος. λέγεται δὲ καὶ πολυμαθὴς καθ' ἱστορίαν γενέσθαι, καί τι καὶ [15] φιλοσοφῆσαι τοῖς Ἀριστοτέλους λόγοις προσθέμενος· ὧν διδάσκαλον εἶχεν Ἀλέξανδρον [16], ἄνθρωπον εὐκολίας καὶ πρᾳότητος ἀπόδειξιν διδόντα τὴν πρὸς Κράσσον συνήθειαν. οὐ γὰρ ἦν ἀποφήνασθαι ῥᾳδίως, πότερον προσῆλθεν αὐτῷ πενέστερος, ἢ προσελθὼν ἐγένετο. μόνος δ' οὖν ἀεὶ τῶν φίλων αὐτῷ συναποδημῶν, στέγαστρον [17] ἐλάμβανεν εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦτ'

frequenter et Caesare recusante dicere ac Cicerone, ille absoluebat defensionem. Qua de causa inprimis gratus fuit, tanquam solicitus et ad succurrendum promtus. Grata fuit etiam eius in complectendo et salutando humanitas atque popularitas. Nulli enim ciui Romano occurrebat tam obscuro, vel abiecto, quem salutantem non nomine suo resalutaret. Perhibetur historiae quoque fuisse studiosus, et vero etiam aliquid philosophiae operae dedisse, addictus Aristotelis scriptis, quorum habuit Alexandrum doctorem. Is facilitatis et mansuetudinis documentum ex Crassi contubernio dedit: quippe non facile dixeris, egentior ad illum venerit, an apud eum factus sit. Solus enim ex amicis peregrinantem semper comitans lecticam accipiebat, quam reposce-

nos mouere debent haec, quae subiunguntur, quum ἀλλὰ καὶ reddi possit *sed tamen*. *H. Stephanus.*

15 καίτοι καὶ dat Iuntina.

16 Ἀλέξανδρον] Nescio, an is sit Alexander Milesius, qui et Polyhistor et Cornelius est dictus, et vixisse Syllanis temporibus fertur apud Suidam. *Xyl.*

17 στέγαστρον] In genere videatur posse verti *id, quod nos ab iniuria aëris tuetur, superne impositum.* Ex libro Varronis de Latina lingua quarto apparet, *lecticam* id vocabulum significare, quum doceat, Latinorum *segestriam*, id est *lecticam*, inde videri natam. Guarinus *pileum*, quem alter secutus est. *Xylander.*

18 Φεῦ

ἐπανελθὼν ἀπητεῖτο. Φεῦ τῆς ὑπομονῆς, ὐδὲ τὴν πενίαν ὁ τλήμων ἀδιάφορον ἡγὐμενος [18]. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕςερον [19].

4. Ἐπεὶ δὲ, Κίννα καὶ Μαρίυ κρατήσαντος, εὐθὺς ἦσαν ἔνδηλοι κατιόντες ὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς πατρίδος, ἐπ' ἀναιρέσει δ' ἄντικρυς καὶ ὀλέθρῳ τῶν ἀρίςων, οἱ μὲν ἐγκαταληφθέντες ἀπέθνησκον· ὧν ἦν καὶ ὁ πατὴρ Κράσσυ καὶ ὁ ἀδελφός· αὐτὸς δὲ νέος ὢν παντάπασι, τὸ μὲν αὐτίκα δεινὸν ἐξέφυγε, πάντῃ δὲ περιβαλλόμενον ἑαυτὸν αἰσθανόμενος καὶ κυνηγετύμενον ὑπὸ τῶν τυράννων, τρεῖς φίλυς ἀναλαβὼν, καὶ θεράποντας δέκα, τάχει δ' ὑπερβάλλοντι χρησάμενος, εἰς Ἰβηρίαν ἔφυγε, γεγονὼς πάλαι ςρατηγῦντος αὐτόθι τῦ πατρὸς, καὶ φίλυς

poſcebatur reuerſus. Miſera profecto Alexandri patientia, qui ne paupertatem quidem in rerum indifferentium numero habuerit. Verum haec infra.

Quum Cinnae et Marii arma valerent, protinus ambiguum erat nemini, redire hos non ad ſalutem patriae, ſed plane ad caedem et perniciem optimatium: quorum pars, quos illi occupauerunt, necati ſunt. Inter eos Craſſi pater et frater fuere. Ipſe iuuenis praeſens defugit periculum. Caeterum quia a tyrannis ſe vndique cinctum captari aduertit, tres amicos et ſeruos decem ſecum trahens, profugit incredibili celeritate in Hiſpaniam, quod pridem illic in parentis praetura fuiſſet, amicoſque ſibi adiun-

18 Φεῦ .... ἡγύμενος] Exclamatio haec magis reprehendentis rigidam Alexandri philoſophiae rationem, quam laudantis, eſt: quod vel vocabulum τλήμων oſtendit. *Xylander.* Corrupta haec mihi videntur; et Scholium reſipiunt in textum receptum. Neque enim ſatis apte miratur, quem Ariſtotelicum fecit, eum non ponere Paupertatem in numero rerum indifferentium: neque ea reprehenſio in virum cadit, qui eam tam patienter ferebat. *Moſes Duſoul.*

19 ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕςερον] Haec verba non id volunt, quod ab Interpp. ad vnum omnibus dicitur; ſed *acta haec poſtea;* vt paſſim apud noſtrum. Vide et 420, 16. vbi a Lat. et Angl. Interpr. iterum peccatur, ſed non a Gallico. *Moſes Duſoul.*

20 συμ-

πεποιημένος. εὑρὼν δὲ πάντας περιδεεῖς, καὶ τὴν ὠμότητα τὴν Μαρίου, καθάπερ ἐφεστῶτος αὐτοῖς, τρέμοντας, οὐδενὶ γενέσθαι φανερὸς ἐθάῤῥησεν, ἀλλ' εἰς ἀγροὺς ἐμβαλὼν παραλίους Οὐϊβίου Πακιανοῦ, σπήλαιον ἔχοντας εὐμέγεθες, ἔκρυψεν ἑαυτόν. πρὸς δὲ τὸν Οὐΐβιον ἔπεμψεν ἕνα δοῦλον, ἀποπειρώμενος, ἤδη καὶ τῶν ἐφοδίων ἐπιλιπόντων. ὁ δὲ Οὐΐβιος ἀκούσας, ἥσθη τε σωζομένῳ, καὶ πυθόμενος τὸ πλῆθος τῶν σὺν αὐτῷ καὶ τὸν τόπον, αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς ὄψιν, τὸν δὲ τῶν χωρίων ἐπίτροπον προσαγαγὼν εὐθὺς, ἐκέλευσε καθ' ἡμέραν δεῖπνον πεποιημένον κομίζειν, καὶ θέντα παρὰ τὴν πέτραν, ἀπέρχεσθαι σιωπῇ, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, μηδ' ἐξετάζειν· προειπὼν πολυπραγμονοῦντι θάνατον, συμπράττοντι δὲ τοῦτο πιστῶς ἐλευθερίαν. τὸ δὲ σπήλαιον οὐκ ἄπωθεν μέν ἐστι θαλάσσης· κρημνοὶ δὲ περὶ αὐτὸ συμφερόμενοι [20] λεπτὴν καὶ ἀσαφῆ παραπέμπουσιν αὔραν ἀνάγουσιν εἴσω [21]. παρελθόντι δ' ὕψος τε θαυμαστὸν ἀναπέπταται,

adiunxiſſet. Quum vero reperiſſet pauore omnes conſternatos, atque ſaeuitiam Marii quaſi praeſentis exhorreſcentes, apud nullum auſus fuit ſe detegere, ſed agrum maritimum Vibii Paciani ingreſſus, in quo ampla erat ſpelunca, eo abdidit ſe, atque ad Vibii animum explorandum vnum ſeruum miſit, viatico quoque iam deficiente. Vibius, re nunciata, exſultauit eius incolumitate, acceptoque comitatus numero et loco, non inuiſit ipſe eum, verum accito procuratori praediorum praecepit, vt coenam quotidie appararet, eamque ad petram deportaret, qua ibi relicta ſilentio abiret, neu curioſe rimaretur, vel ſcrutaretur, denunciata nece, ſi id faceret, et, ſi ſe in iſta re fideliter adiuuiſſet, libertate oſtenſa. Ea ſpelunca haud procul abeſt a mari, quam rupes coëuntes vndique claudunt, tenuemque et lenem auram intromittunt. Vbi ingreſſus ſis, altitudo exſurgit ingens, atque

20 συμφερόμενοι] Vide, an non potius ſcripſerit συμφυόμενοι. *Moſes Duſoul.*

21 ἀνάγουσιν εἴσω] Vulc. ἀνάγουσαν. [e Iuntina ſcilicet.] Neutrum placet. Forſan διάγουσιν legendum eſt. *Moſ. Duſ.*

καὶ κατ' εὖρος ἔχει κόλπους δι' ἀλλήλων [22] ἀνοιγομένους μεγάλαις περιφερείαις. ἀμοιρεῖ δ' οὔτε ὕδατος, οὔτε φωτὸς, ἀλλὰ πηγὴ μὲν ἡδίστου νάματος ὑποῤῥεῖ [23] παρὰ τὸν κρημνόν· αὐτοφυεῖς δὲ ῥωχμοὶ τῆς πέτρας, ᾗ μάλιστα περιπίπτει τὸ φῶς ἔξωθεν ὑπολαμβάνουσι, καὶ καταλάμπεται ἡμέρας τὸ χωρίον. ὁ δ' ἐντὸς ἀὴρ ἀστάλακτος καὶ καθαρὸς, πυκνότητι τῆς πέτρας τὸ νοτερὸν καὶ ἀποτηκόμενον εἰς τὴν πηγὴν ἐκπιεζούσης.

5. Ἐνταῦθα διατρίβοντι τῷ Κράσσῳ τὰ ἐπιτήδεια καθ' ἡμέραν ἐφοίτα κομίζων ὁ ἄνθρωπος, αὐτὸς μὲν οὐχ ὁρῶν ἐκείνους, οὐδὲ γινώσκων, ὑπ' ἐκείνων δὲ καθορώμενος, εἰδότων καὶ παραφυλαττόντων τὸν καιρόν. ἦν δ' ἄφθονα, καὶ πρὸς ἡδονὴν, οὐ μόνον χρείαν, ποιούμενα τὰ πρὸς τὸ δεῖπνον. ἐγνώκει γὰρ ὁ Οὐίβιος ἁπάσῃ φιλοφροσύνῃ θεραπεύειν τὸν Κράσσον. ᾧ γε καὶ τὸ τῆς ὥρας ἐν νῷ λαβεῖν ἐπῆλθεν, ὡς παντάπασι νεανίας εἴη, καί τι καὶ ταῖς καθ' ἡλικίαν ἡδοναῖς [24] αὐτοῦ χαριστέον. ἐπεὶ

que in ſpatio interiore ſinus habet inter ſe peruios mire laxos. Neque vero aquae exſors eſt, vel luminis, ſed fons delabitur ex rupe amoeniſſimi laticis. Rimae etiam petrae natiuae, qua maxime coit, lumen extrinſecus excipiunt, eſtque lucidus interdiu locus. Interior aër non madet, ſed eſt purus, quod liquorem et madorem in fontem exprimat denſitas petrae.

Agenti ibi Craſſo afferebat procurator quotidie neceſſaria: neque hic illos vel vidit, vel cognouit, ſed conſpiciebatur ipſe ab illis, qui tempus ſciebant et obſeruabant. Coenae paratus vel ad voluptatem affluens erat, nedum ad neceſſitatem: quippe ſtatuerat Vibius omni benignitate proſequi Craſſum. Nempe venit ei in mentem, aetatem quoque eius reſpicere, quod admodum eſſet adoleſcens Craſſus, atque aliquid etiam indulgendum aetatis flori. Nam extra

22 δι' ἄλλων] Forſan δι' ἀλλήλων.

23 ἀποῤῥεῖ Vulcob.

24 ἡδοναῖς] Repoſitus fuit hic datiuus in locum datiui ὥραις ex vetuſtis codicibus. Videtur autem genitiuus ὥρας huic errori occaſionem praebuiſſe. Quis enim

τήν γε χρείαν ἀναγκαίως μᾶλλον, ἢ προθύμως, ὑπȣργȣ͂ντος εἶναι. δύο δὴ θεραπαινίδας εὐπρεπεῖς ἀναλαβὼν ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. ὡς δ' ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, δείξας τὴν ἄνοδον, ἐκέλευεν εἴσω πορεύεσθαι καὶ θαῤῥεῖν. οἱ δὲ περὶ τὸν Κράσσον ἰδόντες προσερχομένας, ἔδεισαν, μὴ καταφανὲς καὶ γνώριμον εἴη τὸ χωρίον. ἀνέκρινον ȣ͂ν αὐτὰς, τί βȣ́λονται, καὶ τίνες εἰσίν. ὡς δ' ἀπεκρίναντο δεδιδαγμέναι, δεσπότην ζητεῖν ἐνταῦθα κρυπτόμενον, μαθὼν ὁ Κράσσος τȣ͂ Οὐϊβίȣ τὴν πρὸς αὐτὸν παιδιὰν καὶ φιλοφροσύνην, ἀνέλαβε τὰς παιδίσκας· καὶ συνῆσαν αὐτῷ τὸν λοιπὸν χρόνον, ὧν ἐδεῖτο φράζȣσαι καὶ διαγγέλλȣσαι πρὸς τὸν Οὐΐβιον. τȣ́των φησὶ τὴν ἑτέραν ἤδη πρεσβῦτιν ȣ͂σαν ὁ Φενεστέλλας ἰδεῖν αὐτὸς, καὶ πολλάκις ἀκȣ͂σαι μεμνημένης ταῦτα καὶ διεξιȣ́σης προθύμως.

6. Ὁ δὲ Κράσσος ὀκτὼ μῆνας ȣ̈́τω διαγαγὼν καὶ διακλαπεὶς, ἅμα τῷ πυθέσθαι τὴν Κίννα τελευτὴν φανερὸς γενόμενος, συνδραμόντων πρὸς αὐτὸν ἐκ ὀλίγων ἀνθρώπων, ἐπιλεξάμενος δισχιλίȣς καὶ πεντακοσίȣς,

extra ea, quibus opus haberet, nihil ſuppeditare, neceſſarii potius ducebat, quam promti, eſſe officii. Itaque ancillas duas venuſtas accerſit, ac cum his pergit ad mare. Vbi ad locum ventum eſt, monſtrato adſcenſu, imperat, vt ſine trepidatione ingrediantur. Aduenientes Craſſus conſpicatus, metuit, ne cognitus locus et ipſe proditus eſſet. Igitur rogat eas, quid quaerant, et quae ſint. Vt reſponderunt doctae, latentem ſe ibi dominum quaerere: perſpecto Craſſus Vibii cum ipſo ludo et comitate, recepit puellas, eaſque, quoad illic haeſit, retinuit ſecum. Hae, quibus haberet opus, ſignificabant et renunciabant Vibio. Earum alteram ait Feneſtella ſe iam anum vidiſſe, ac crebro ex ipſa audiiſſe libenter haec commemorantem et narrantem.

Poſtquam ita Craſſus menſes octo delituit et tranſegit, ſimul atque mortem Cinnae accepit, prodiit in lucem. Ibi frequentes mortales concurrerunt ad eum. Delectis duobus

 milli-

enim mendoſum hunc datiuum *H. Stephanus.*
ὥραις hoc in loco non fateatur? 25 ἐνερ-

ἐπήρχετο τὰς πόλεις· καὶ μίαν γε διήρπασε Μαλακὴν, ὥς πολλοὶ γεγράφασιν· αὐτὸν δέ φασιν ἀρνεῖσθαι καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὺς λέγοντας. ἐκ τύτυ συναγαγὼν πλοῖα, καὶ διαπεράσας εἰς Λιβύην, ἀφίκετο πρὸς Μέτελλον Πίον, ἔνδοξον ἄνδρα, συνειληχότα ςρατιὰν ὐκ εὐκαταφρόνητον. ὐ πολὺν δὲ χρόνον ἐνταῦθα παρέμεινεν, ἀλλὰ ςασιάσας τῷ Μετέλλῳ, πρὸς Σύλλαν ἀπῆρε, καὶ συνῆν ἐν τοῖς μάλιςα τιμώμενος. ἐπεὶ δὲ διαβὰς εἰς Ἰταλίαν ὁ Σύλλας, πάντας ἠβύλετο τὺς σὺν αὐτῷ νέυς ἔχειν ἐνεργὺς [25], καὶ πρὸς ἄλλην ἄλλον ἔταττε πρᾶξιν, ἀποςελλόμενος εἰς Μαρσὺς ἐπὶ ςρατείαν ὁ Κράσσος, ᾔτει φύλακας· ἦν γὰρ ἡ πάροδος παρὰ τὺς πολεμίυς. εἰπόντος δὲ τῦ Σύλλα σὺν ὀργῇ· καὶ σφόδρα πρὸς σαυτὸν [26]

millibus quingentis, adiit oppida, atque vnam Malacam, vt multi tradidere, diripuit. Ipſum Craſſum tamen aiunt id inficiatum, et, ſi quis diceret, repugnare ſolitum. Hinc contractis nauibus traiecit in Africam, contulitque ſe ad Metellum Pium, clarum virum, qui non contemnendum exercitum conſcripſerat. Non diu tamen haeſit apud illum, ſed, diſſenſione inter eum et Metellum orta, ad Syllam contendit, apud quem fuit in ſummo honore. Vt tranſmiſit Sylla in Italiam, omnium iuuenum voluit, qui ipſum ſequerentur, opera vti, atque alium alii rei praefecit. Hic Craſſus, quum in Marſos ad delectum deſtinaretur, praeſidium poſtulauit: erat enim ei praeter hoſtes tranſeundum. Cui cum ſtomacho Sylla et acriter reſpondit: Do praeſidium tibi

25 ἐνεργὺς] Bodl. 3. Iunt. Ald. συνεργὺς. Sed caue ſcripturam optimam mutaſſis. Sic in Theſ. (I. 11, pen.) ὁ δὲ Θ. ἐνεργὸς εἶναι βυλόμενος. Sic apud Lucian. π. τῶν ἐπὶ μισθῷ συν. c. 4. ὐδὲ σχοῖεν ἄν τι ἄλλο, πρὸς ὅ, τι χρὴ ἀποκλίναντας παρέχειν αὐτὺς ἐνεργύς. *Moſes Duſoul.*

26 σὺν ὀργῇ καὶ σφόδρα πρὸς αὐτὸν] Perturbata haec, nullique Interpp. ſatis intellecta. Καὶ σφόδρα verba ſunt loquentis iam Syllae. Nihil apud Graecos illa phraſi celebratius. Sic apud Xenoph. Cyrop. V. (p. Ed. St. 73, 18.) οἴεσθε.... ἡδέως ἂν ἐπιβῆναι; . . . Καὶ σφόδρα γε. Sic in ſexcentis locis apud eundem et alios probos Auctores. Sequitur in textu πρὸς αὐτὸν: quod, mea quidem ſententia, poſt ὀργῇ poni debet, et a Plutarcho poſitum fuiſſe arbitror. quamuis eiuſmodi traiectiones apud eum non infrequentes conſpiciantur. *Moſes Duſoul.*

27 ἐς-

δίδωμί σοι Φύλακας, τὸν πατέρα, τὸν ἀδελφὸν, τοὺς φίλους, τοὺς συγγενεῖς, ὧν παρανόμως καὶ ἀδίκως ἀναιρεθέντων, ἔργῳ [27] *μετέρχομαι τοὺς φονεῖς· οὕτω παθών τι καὶ παροξυνθεὶς ὁ Κράσσος, εὐθὺς ἐξῆλθε, καὶ διὰ τῶν πολεμίων ὠσάμενος εὐρώστως, δύναμίν τε συχνὴν ἤθροισε, καὶ πρόθυμον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀγῶσι τῷ Σύλλᾳ παρεῖχεν. ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ τῶν πράξεων λέγουσιν αὐτῷ πρῶτον ἐγγενέσθαι τὴν πρὸς Πομπήϊον ὑπὲρ δόξης ἅμιλλαν καὶ φιλοτιμίαν. ὁ γὰρ Πομπήϊος ἡλικίᾳ τε λειπόμενος αὐτοῦ, καὶ πατρὸς γεγονὼς* [28] *ἀδοξήσαντος ἐν Ῥώμῃ καὶ μισηθέντος ἔσχατον μῖσος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἐν ἐκείνοις τοῖς πράγμασιν ἐξέλαμψε καὶ διεφάνη μέγας, ὥστε Σύλλαν, ἃ πρεσβυτέροις καὶ ἰσοτίμοις οὐ πάνυ πολλάκις παρεῖχεν, ὑπεξανίστασθαι προσιόντος αὐτοῦ, καὶ κεφαλὴν ἀποκαλύπτεσθαι, καὶ προσειπεῖν αὐτοκράτορα. ταῦτα διέκαιε καὶ παρώξυνε τὸν Κράσσον, οὐκ ἀλόγως ἐλασσούμενον. ἐμπειρίας τε γὰρ ἐνδεὴς ἦν, καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ τὴν χάριν ἀφῄρουν αἱ συγγενεῖς κῆρες ἐπιφερόμεναι, φιλοκέρδεια καὶ μικρολογία. καὶ γὰρ πόλιν Ὀμβρικὴν*

tibi parentem, fratrem, amicos, propinquos: quorum indigne et inique interemtorum persequor ab homicidis poenas. Ita commotus et stimulatus Crassus, confestim profectus est, fortiterque per medios hostes perrupit, magnasque conscripsit copias, atque impigrum in certaminibus se Syllae praebuit. Ex his factis ortam primum referunt huius cum Pompeio de gloria contentionem et aemulationem: quippe aetate eo inferior Pompeius, cuius pater infamia Romae flagrauerat, et in summo fuerat ciuium odio, illis in bellis effulsit et eluxit magnus: vt Sylla, quae aetate maioribus ac dignitate paribus perquam raro tribuebat, assurgeret adeunti, caput aperiret, et salutaret imperatorem. Ea vrebant et mordebant Crassum, licet non immerito postponeretur Pompeio. Nam et peritia deficiebatur, et factorum eius insiti morbi prodentes se auferebant auaritia et sordes gratiam. Etenim quum oppidum Vmbriae Tuder

27 ἔργῳ] Forsan ἐγώ. 28 γεγονὼς abest a Iunt. et Ald.

 29 πόλιν

Τȣρδετίαν[29] ἑλὼν, ἔδοξε πλεῖςα τῶν χρημάτων σφετερίσασθαι, καὶ διεβλήθη πρὸς Σύλλαν. ἀλλ' ἔν γε τῷ περὶ τὴν Ῥώμην ἀγῶνι, πάντων γενομένῳ μεγίςῳ καὶ τελευταίῳ, Σύλλας μὲν ἡττήθη, τῶν κατ'[30] αὐτὸν ὠσθέντων, ἐνίων δὲ καὶ συντριβέντων[31]. Κράσσος δὲ τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων ἐνίκησε, καὶ μέχρι νυκτὸς διώξας τȣ̀ς πολεμίȣς, ἔπεμψε πρὸς Σύλλαν, δεῖπνον αἰτῶν τοῖς ςρατιώταις, καὶ τὸ κατόρθωμα φράζων. ἐν δὲ ταῖς προγραφαῖς καὶ δημεύσεσι πάλιν κακῶς ἤκȣσεν, ὠνȣ́μενος

Tuder cepiſſet, praedam paene totam habitus eſt interuertiſſe: qua de cauſa apud Syllam eſt delatus. At magno illo et nouiſſimo, qui pro portis vrbis commiſſus eſt, conflictu Sylla pulſus fuit, profligatis illis, qui in cornu eius ſtabant, aliquatenus et obtritis: Craſſus vero, qui laeuum cornu tenebat, victor fuit, atque hoſtes in noctem vſque inſequutus, miſit ad Syllam, coenam militibus petitum et nunciatum victoriam. In proſcriptionibus et ſectionibus rurſus male audiuit, quod

29 πόλιν Ὀμβρικὴν Τȣρδετίαν] Sic habeo in Graeco. Guarinus autem *Tudertum* verterat, quod, vt non rectum, notauerat quidam in margine. Ego tamen ſuſpicor, legiſſe eum (ſicut legit Amiotus) Τȣδερτίαν, quomodo Vmbriae vrbs ea potuit efferri a Plutarcho, quam Plinius (quem ego hic ſecutus ſum) *Tuder* appellat, in Vmbriae deſcriptione, lib. III. cap. 14. Apud Ptolemaeum quoque lib. Geograph. tertio, in recenſione vrbium, quas Vilumbris (ſunt autem, quam Vmbri, orientaliores, ὡς εἰπεῖν) attribuit, mendoſe legi ſuſpicor *Turde*, Τȣ̃ρδε, pro Τȣ̃δερ. Nam longitudo loci, et latitudo, adſcriptaeque vicinae vrbes, ſatis oſtendunt, eſſe eundem cum Pliniano. Apud Strabonem libro quinto legitur: Τȣδερευελκὶς πόλις καὶ εἰσπέλλον etc. mendoſe quidem, ſed tamen, vt Τȣ̃δερ nominari ſatis pateat. Inde *Tuders* dicitur. *Tudertibus et Amerinis arma in coelo concurrentia ſpectata tertio Marii conſulatu*, Plinius refert lib. II. cap. 57. *Xylander*. Anon. Bodl. 3. et Mur. Τȣδερτίαν habent.

30 καθ' Bodl. 3.

31 ἐνίων καὶ συντριβέντων] Paruula mutatio, quam ſuppeditant Mur. annotatt. locum hunc faciet longe elegantiorem. τῶν κατ' αὐτὸν ὠσθέντων, ἐνίων δὲ καὶ σ. Sic enim interpungendo, et voculam δὲ, quam exhibent Annott. inſerendo, elegans iam exoritur ſententia, quam ante premebat obſcuritas. *Moſ. Duſ.*

32 δει-

τε τιμῆς βραχείας μεγάλα πράγματα, καὶ δωρεὰς αἰτῶν. ἐν δὲ Βρεττίοις λέγεται καὶ προγράψαι τινὰ, ꙋ Σύλλα κελεύσαντος, ἀλλ᾽ ἐπὶ χρηματισμῷ· δι᾽ ὃ καὶ Σύλλαν καταγνόντα, πρὸς μηδὲν ἔτι χρῆσθαι δημόσιον αὐτῷ. καίτοι δεινότατος ἦν Κράσσος πάντας ἀνθρώπους κολακείᾳ κατεργάσασθαι [32], πάλιν δ᾽ αὐτὸς ὑπὸ πάντων διὰ κολακείας εὐάλωτος. ἴδιον δὲ κἀκεῖνο περὶ αὐτοῦ λέγεται, φιλοκερδέστατον ὄντα, μάλιστα μισεῖν καὶ λοιδορεῖν τοὺς ὁμοίους.

7. Ἠνία δὲ Πομπήϊος αὐτὸν εὐημερῶν ἐν ἡγεμονίαις, καὶ πρὶν ἢ βουλῆς μεταλαβεῖν, θριαμβεύων, καὶ Μάγνος, ὅπερ ἐστὶ μέγας, ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀναγορευθείς. καί ποτε [33] φήσαντός τινος, ὡς Πομπήϊος Μάγνος πρόσεισι, γελάσας ἠρώτησεν, ὡς πηλίκος. ἀπογνοὺς δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἐξισώσασθαι πρὸς ἐκεῖνον, ὑπεδύετο τὴν πολιτείαν, σπουδαῖς καὶ συνηγορίαις καὶ δανεισμοῖς, καὶ τῷ συμπαραγγέλλειν καὶ συνεξετάζεσθαι τοῖς δεομένοις τι τοῦ δήμου, κτώμενος δύναμιν ἀντίπαλον καὶ δόξαν, ᾗ

quod exiguo pretio magnos redimeret census, et dona posceret. In Brutiis proscripsisse eum quendam ferunt, inscio Sylla, tantum quaestus gratia. Quapropter re comperta, in nullo vsus est eo postea publico negotio. Quamuis autem esset ad omnes homines Crassus assentationibus subigendos peritissimus, idem erat tamen vicissim adulationibus opportunus omnium. Peculiare insuper de eo hoc narratur, quum esset ipse intentissimus lucro, odio et conuicio persequutum fuisse sui similes.

Agitabat eum Pompeii in rebus gerendis successus, et quod, priusquam esset in senatum lectus, triumpharet, appellareturque a ciuibus Magnus. Ac quum aliquando diceret quispiam, Pompeium Magnum adesse, ridens quaesiuit: Quam magnus? Caeterum abiecta spe illum rebus bellicis aequandi, confugit ad togam, atque officiis, defensionibus, mutuum dando, commendando, et suffragando candidatorum petitionibus, opes et auctoritatem comparauit parem

32 δεινότατος ... κατεργάσασθαι] Eodem sensu vsurpatur vox posterior II. Cor. V. 5.

33 ποτε abest a Bodl. 3.

34 ἐν-

Πομπήϊος [34] εἶχεν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων στρατειῶν. καὶ πρᾶγμα συνέβαινεν αὐτοῖς ἴδιον. μεῖζον γὰρ ἦν ἀπόντος ὄνομα τοῦ Πομπηΐου καὶ κράτος ἐν τῇ πόλει, διὰ τὰς στρατείας· παρὼν δὲ πολλάκις ἠλαττοῦτο τοῦ Κράσσου, διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ πρόσχημα τοῦ βίου [35], φεύγων τὰ πλήθη, καὶ ἀναδυόμενος ἐξ ἀγορᾶς, καὶ τῶν δεομένων ὀλίγοις καὶ μὴ πάνυ προθύμως βοηθῶν, ὡς ἀκμαιοτέραν ἔχοι [36] τὴν δύναμιν ὑπὲρ αὐτοῦ χρώμενος. ὁ δὲ Κράσσος ἐνδελεχὲς τὸ χρήσιμον ἔχων, καὶ σπάνιος οὐκ ὢν, οὐδὲ δυσπρόσοδος, ἀλλ' ἐν μέσαις ἀεὶ ταῖς σπουδαῖς ἀναστρεφόμενος, τῷ κοινῷ καὶ φιλανθρώπῳ περιεγένετο τῆς ἐκείνου σεμνότητος. σώματος δ' ἀξίωμα, καὶ λόγου πειθὼ, καὶ προσώπου χάριν ἀγωγὸν ἀμφοτέροις ὁμοίως προσεῖναι λέγουσιν. οὐ μέντοι πρὸς ἔχθραν τινὰ τὸν Κράσσον, ἢ κακόνοιαν, ἐξήνεγκεν οὗτος ὁ ζῆλος· ἀλλὰ καὶ Πομπηΐῳ καὶ Καίσαρι τιμωμένοις μὲν ὑπὲρ [37] αὐτὸν ἤχθετο, τῇ δὲ φι-

parem ei, quam ex multis magnisque bellis gestis Pompeius habebat. Fuit autem quiddam in illis singulare. Maius erat absentis Pompeii nomen et potentia in vrbe ob res eius bello gestas: praesens vero concedebat frequenter Crasso, quod ex fastu et grauitate morum multitudinem declinaret, et deuitaret forum, paucis autem et petentibus aegre aduocatum se praeberet, quo fauorem haberet vegetiorem, vbi pro se ageret. Crassus vero, cuius patebat perpetuus fructus, qui rarus non erat, neque difficilis aditu, sed in mediis voluebatur negotiis, ciuilitate ac humanitate antecelluit illius supercilio. Corporis maiestas, facundia, vultusque ad sui gratiam alliciens, (vti ferunt) vtrique ex aequo. Ad inimicitiam tamen, aut simultatem, non deduxit haec aemulatio Crassum. Nam Pompeium et Caesarem aegre ferebat quidem in maiore honore esse: verum ei ambi-

34 ἀντίπαλον.... ἦν Πομπήϊος] Claudicat haec oratio. Sed, quid reponendum sit, non satis constat. *Moses Dusoul.*

35 Φαβίου Bodl. 3.

36 ἔχων Bodl. 3. et Iuntina, quae etiam altero versu post ἂν pro ἀεὶ dat.

37 ὑπὲρ] Insere ante hanc vocem μὲν, quod suppeditat Bodl. 3. sequitur enim mox δέ. [vulgatis enim μὲν deest.]

38 τὸ

λοτιμίᾳ ταύτῃ δυσμένειαν, ἢ κακοήθειαν, οὐ συνῆπτε. καίτοι Καῖσαρ, ὑπὸ λῃστῶν ἁλοὺς ἐν Ἀσίᾳ, καὶ φρουρούμενος, ἀνεβόησεν· Ἡλίκης, ὦ Κράσσε, χαρᾶς ἀπολαύσεις, πυθόμενος τὴν ἐμὴν ἅλωσιν; ἀλλ' ὕστερόν γε φιλικῶς ἀλλήλοις προσεφέροντο, καί ποτε τῷ Καίσαρι μέλλοντι μὲν εἰς Ἰβηρίαν ἐξιέναι στρατηγῷ, χρήματα δ' οὐκ ἔχοντι, τῶν δανειστῶν ἐπιπεσόντων, καὶ τῆς παρασκευῆς ἐπιλαμβανομένων, ὁ Κράσσος οὐ περιεῖδεν, ἀλλ' ἀπήλλαξεν, ὑποθεὶς αὑτὸν ἔγγυον τριάκοντα καὶ ὀκτακοσίων ταλάντων. καθόλου δὲ τῆς Ῥώμης εἰς τρεῖς νενεμημένης δυνάμεις, τὴν Πομπηΐου, τὴν Καίσαρος, τὴν Κράσσου, (Κάτωνος γὰρ ἡ δόξα μείζων ἦν τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ θαυμαζόμενον πλέον, ἢ ἴσχυεν [38]) ἡ μὲν ἔμφρων καὶ καθεστῶσα μερὶς ἐν τῇ πόλει Πομπήϊον ἐθεράπευε· τὸ δ' ὀξὺ καὶ φερόμενον μετ' εὐχερείας ταῖς Καίσαρος ἐλπίσιν ἐπηκολούθει. Κράσσος δὲ, μέσος ὢν, ἀμφοτέραις ἐχρῆτο, καὶ πλείστας μεταβολὰς ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβαλλόμενος, οὔτε φίλος ἦν βέβαιος, οὔτ' ἀνήκεστος ἐχθρὸς, ἀλ-

ambitioni odium, vel maleuolentiam, non adiungebat: licet captus a piratis Caesar atque in custodia asseruatus exclamauerit: Quanto gaudio, Crasse, perfunderis, nunciata mea captiuitate! Caeterum intercessit postmodum familiaris inter eos vsus. Ac quum Caesar in Hispaniam praetor profecturus soluendo non esset, instantibus creditoribus et impedimentis eius manum iniicientibus, succurrit ei Crassus, explicauitque eum, ipse pro eo octingenta triginta talenta spondens. In summa, quum distracta ciuitas Romana in tres factiones esset, Pompeii, Caesaris, Crassi, (nam Catonis nomen maius, quam opes, erat, et opinio virtutis eius plus pollebat) pars cordatior et constantior ciuitatis Pompeium colebat, praeceps et mobilior sectabatur Caesaris spes, intermedius Crassus vtraque vtebatur. Adeo vt actionibus suis fuerit varius plerumque, neque amicus firmus, neque implacabilis inimicus, sed vtilitate

38 τὸ θαυμαζόμενον πλέον ἴσχυεν] In diuersa abeunt hic Interpp. nec mirum. Quid enim sibi haec verba volunt? Quid si ἰσχύος legamus?

λὰ ῥᾳδίως καὶ χάριτος καὶ ὀργῆς ἐξέπιπτεν ὑπὸ τῦ συμφέροντος, ὥστε πολλάκις μὲν ἀνθρώπων, πολλάκις δὲ νόμων, ἐν ὀλίγῳ φανῆναι τῶν αὐτῶν συνήγορος καὶ ἀντίδικος. ἴσχυε δὲ χάριτι καὶ [φόβῳ,] φόβῳ δ' ἐκ ἔλαττον. ὁ γῦν πλεῖστα [39] πράγματα παρασχὼν τοῖς καθ' αὐτὸν ἄρχυσι καὶ δημαγωγοῖς, Σικίννιος, πρὸς τὸν εἰπόντα· Τί δὴ μόνον ἐ σπαράττει τὸν Κράσσον, ἀλλὰ παρίησιν αὐτόν· χόρτον ἔχειν ἔφησεν [40] ἐπὶ τῦ κέρατος. εἰώθεσαν δὲ Ῥωμαῖοι τὸν κυρίττοντα τῶν βοῶν, ὑπὲρ τῦ φυλάττεσθαι τὺς ἐντυγχάνοντας, χόρτῳ περιελίσσειν τὸ κέρας.

8. Ἡ δὲ τῶν μονομάχων ἐπανάστασις καὶ λεηλασία τῆς Ἰταλίας, ἣν οἱ πολλοὶ Σπαρτάκειον πόλεμον ὀνομάζυσιν, ἀρχὴν ἔλαβεν ἐκ τοιαύτης αἰτίας. Λέντλυ τινὸς Βατιάτυ [41] μονομάχυς ἐν Καπύῃ τρέφοντος, ὧν οἱ πολλοὶ Γαλάται καὶ Θρᾶκες ἦσαν, ἐξ αἰτιῶν ἐ πονηρῶν, ἀλλ' ἀδικίᾳ τῦ πριαμένυ συνειρχθέντες ὑπ' ἀνάγκης ἐπὶ

vtilitate obiecta cito a gratia et ira discedebat. Vnde saepe homines, saepe leges paruo interuallo easdem defendit et oppugnauit. Valebat gratia et metu, verum metu praecipue: vnde qui plurimum negotii sui temporis magistratibus atque ducibus populi exhibuit Sicinius, roganti cuidam, quid vnum non lacesseret Crassum, sed hunc omitteret: Foenum habet, inquit, in cornu. Solent autem Romani bobus cornu petentibus, quo obuii sibi cauerent, cornu foeno circumligare.

At gladiatorum motus et vastitas Italiae, quae inde sequuta est, quam multi bellum Spartacium nominant, ex huiuscemodi est causa orta: Lentulus quidam Batiatus Capuae gladiatorum familiam alebat: hi magna ex parte Galli erant et Thraces, qui nullum ob scelus, sed iniuria domini vincti et compulsi erant, vt specta-

39 post πλεῖστα inserit καὶ Bodl. 3.

40 χόρτον ἔχειν φησὶν] Notum est Horatii illud: *Foenum habet in cornu; longe fuge.* Sed ἔφη, non φησὶν, scribi oportuit. *Moses Dusoul.*

41 Λέντλυ τινὸς Βατιάτυ] Mur. Βαρβάτυ. Cn. Lentulum vocant supplem. Liu. (XCV. 1.) Epitome vero Lentulum tantum.

42 ὁμό-

τῷ μονομαχεῖν, ἐβȣλεύσαντο μὲν διακόσιοι Φεύγειν. γενομένης δὲ μηνύσεως, οἱ προαισθόμενοι καὶ Φθάσαντες, ὀγδοήκοντα δυεῖν δέοντες, ἔκ τινος ὀπτανείȣ κοπίδας ἀράμενοι καὶ ὀβελίσκȣς, ἐξεπήδησαν. ἐντυχόντες δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἁμάξαις ὅπλα κομιζȣσαις μονομάχων εἰς ἑτέραν πόλιν, ἀΦήρπασαν καὶ ὡπλίσαντο· καὶ τόπον τινὰ καρτερὸν καταλαβόντες, ἡγεμόνας εἵλοντο τρεῖς, ὧν πρῶτος ἦν Σπάρτακος, ἀνὴρ Θρᾷξ, τȣ͂ Νομαδικȣ͂ γένȣς, ȣ̓ μόνον Φρόνημα μέγα καὶ ῥώμην ἔχων, ἀλλὰ καὶ συνέσει καὶ πρᾳότητι τῆς τύχης ἀμείνων, καὶ τȣ͂ γένȣς Ἑλληνικώτερος. τȣ́τῳ δὲ λέγȣσιν, ὅτε πρῶτον εἰς Ῥώμην ὤνιος ἤχθη, δράκοντα κοιμωμένῳ περιπεπλεγμένον Φανῆναι περὶ τὸ πρόσωπον. ἡ γυνὴ δ' ὁμόφυλος [42] ȣ̓͂σα τȣ͂ Σπαρτάκȣ, μαντικὴ δὲ καὶ κάτοχος τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς, ἔΦραζε τὸ σημεῖον εἶναι μεγάλης καὶ Φοβερᾶς περὶ αὐτὸν εἰς εὐτυχὲς τέλος ἐσομένης δυνάμεως. ἣ καὶ τότε συνῆν αὐτῷ καὶ συνέΦευγε.

ſpectaculis gladiatoriis depugnarent. Eorum ducenti de fuga conſilium iniere. Quo detecto, ſeptuaginta octo, qui id reſciuerant, praeuenerunt, atque ex popina quadam cultris coquinariis verubuſque correptis eruperunt ex oppido. Offenderunt in itinere plauſtra, quae arma gladiatoria ad aliud oppidum portabant. Haec rapuerunt armaueruntque ſe. Occupato autem firmo praeſidio, duces tres legere, quorum fuit Spartacus primus, ex Thracia ortus, de genere eorum, qui incertis habitationibus vagando Nomadum nomen meruere. Fuit hic non ſolum animo et viribus ingens, ſed et ſupra conditionem ſuam prudens modeſtuſque, magis et ad Graecos mores compoſitus, quam pro natione ſua. Eius aiunt, quum primum Romam venalis ductus eſt, draconem dormientis circumiectum faciem viſum. Vxor autem popularis Spartaci, fatidica et numine afflata Liberi patris, annunciauit, ea re ingentem potentiam horrendamque, quae ceſſitura in laetum exitum eſſet, portendi. Haec tunc quoque cum eo erat, et comitabatur fugientem.

Fuga-

42 ὁμόφυλȣ Bodl. 3.

43 πέ-

9. Καὶ πρῶτον μὲν τοὺς ἐκ Καπύης ἐλθόντας ὠσάμενοι, καὶ πολλῶν ὅπλων ἐπιλαβόμενοι πολεμιστηρίων, ἄσμενοι ταῦτα μετελάμβανον, ἀποῤῥίψαντες, ὡς ἄτιμα καὶ βάρβαρα, τὰ τῶν μονομάχων. ἔπειτα Κλωδίου στρατηγοῦ μετὰ τρισχιλίων πεμφθέντος ἐκ Ῥώμης, καὶ πολιορκοῦντος αὐτοὺς ἐν ὄρει μίαν ἔχοντι καὶ χαλεπὴν καὶ στενὴν ἄνοδον, ἣν ὁ Κλώδιος ἐφρούρει, τὰ δ' ἄλλα κρημνοὺς ἀποτόμους καὶ λισσάδας, ἄμπελον δὲ πολλὴν ἀγρίαν ἐπιπολῆς πεφυκυῖαν, ἔτεμνον τῶν κλημάτων τὰ χρήσιμα· καὶ συμπλέκοντες ἐξ αὐτῶν κλιμακίδας εὐτόνους καὶ βαθείας, ὥστ' ἄνωθεν ἀνηρτημένας παρὰ τὸ κρημνῶδες ἅπτεσθαι τῶν ἐπιπέδων, κατέβαινον ἀσφαλῶς δι' αὐτῶν, πλὴν ἑνός. οὗτος δὲ τῶν ὅπλων ἕνεκα μείνας, ἐπεὶ κατέβησαν, ἠφίει κάτω τὰ ὅπλα, καὶ βαλὼν ἅπαντα, τελευταῖος ἀπεσώζετο καὶ αὐτός. ταῦτ' ἠγνόουν οἱ Ῥωμαῖοι· διὸ καὶ περιελθόντες αὐτοὺς, ἐξέπληξαν τῷ αἰφνιδίῳ, καὶ φυγῆς γενομένης, ἔλαβον τὸ στρατόπεδον. καὶ προσεγίνοντο πολλοὶ τῶν αὐτόθι βοτήρων καὶ ποιμένες αὐτοῖς, πλῆκται καὶ ποδώκεις ἄνδρες· ὧν τοὺς μὲν ὥπλιζον, τοῖς δὲ προδρόμοις καὶ ψιλοῖς ἐχρῶντο. δεύτερος ἐκ-

Fugauerunt primum eos, qui ex Capua ipſos perſequebantur. Ibi armis multis bellicis potiti, laeti ſumſerunt haec, ac gladiatoria, vt foeda et barbarica, abiecere. Inde Clodius praetor contra hos ex vrbe cum tribus millibus militum miſſus eſt. Obſidente illo ſeruos in monte, qui vnum habebat aſperumque et anguſtum adſcenſum, quem obſepſerat ſtatione, caeteris partibus abruptas rupes atque crepidines, frequenti autem labruſca erat in ſuperficie veſtitus; ex ea palmites, qui eſſe vſui poſſent, ſecuerunt, ſcalaſque complicauerunt validas et longas, vt ſuperne ex rupe ſuſpenſae pertinerent ad planiciem. His ſine periculo deſcenderunt praeter vnum, qui armorum deiiciendorum cauſa remanſit. Vbi deſcenderunt, demiſit ea, inde omnium poſtremus euaſit ipſe quoque. Haec latuerunt Romanos: quare adorti eos ſunt, ac repentino aduentu perculere, pulſiſque his, caſtra cepere. Frequentes ibi eius regionis bubulci paſtoreſque, ſtrenui viri et pernices, aggregauerunt ſe ad illos: quorum partim armauerunt, partim pro antecurſoribus et leui armatura ſunt vſi. Alter inde

πέμπεται πρὸς αὐτὰς στρατηγὸς, Πύπλιος Βαρῖνος [43], ὃ πρῶτα μὲν ὑποστρατηγόν τινα Φύριον [44], ἔχοντα δισχιλίους στρατιώτας, ἐτρέψαντο συμβαλόντες· ἔπειτα σύμβουλον αὐτῷ [45] καὶ συνάρχοντα Κοσσίνιον, ἀποσταλέντα μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπιτηρήσας ὁ Σπάρτακος λούμενον περὶ Σαλήνας, μικρὸν ἐδέησε συναρπάσαι. χαλεπῶς δὲ καὶ μόλις ἐκφυγόντος, εὐθὺς μὲν ἐκράτησε τῆς ἀποσκευῆς· ἐκ ποδὸς δὲ κατέχων καὶ διώκων φόνῳ πολλῷ τὸ στρατόπεδον εἷλεν. ἔπεσε δὲ καὶ Κοσσίνιος. αὐτὸν δὲ τὸν στρατηγὸν ἄλλαις μάχαις πολλαῖς καταγωνισάμενος, τέλος [46] τούς τε ῥαβδούχους καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ λαβὼν, ἤδη μὲν μέγας καὶ φοβερὸς ἦν. ἐφρόνει δὲ [47] τὰ εἰκότα, καὶ μὴ προσδοκῶν ὑπερβαλέσθαι τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, ἦγεν ἐπὶ τὰς Ἄλπεις τὸν στρατὸν, οἰόμενος δεῖν ὑπερβαλόντας αὐτὰς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα χωρεῖν, τοὺς μὲν εἰς Θρᾴκην, τοὺς δ' εἰς Γαλατίαν. οἱ δὲ, πλήθει τε ὄντες

inde aduersus eos dux mittitur, P. Varinus: cuius primo legatum Furium cum duobus millibus militum congressum signis collatis profligauerunt. Hinc consiliarium eius et collegam, Cossinium, cum valida manu missum, nihil propius factum est, quam vt lauantem ad Salinas Spartacus circumuenerit et oppresserit: quem, quum aegre et difficulter aufugisset, extemplo exuit impedimentis, ac vestigiis institit magna caede persequi, castraque eius expugnauit. Cecidit etiam Cossinius. Ipsum etiam praetorem crebris aliis proeliis fudit: cepit denique lictores eius et equum. Vnde ingens iam et formidabilis erat. Veruntamen instituit consilium suum sapienter. Quum enim opes Romanas opprimere diffideret se posse, mouit cum exercitu versus Alpes, censuitque, iis superatis, domum cuique abeundum, aliis in Thraciam, aliis in Galliam. At illi numero

43 Πύπλιος Βαρῖνος] Cruserius notat, Epitomen Liuii habere *Q. Varium.* Quam Editionem secutus sit nescio. In antiqua Lugd. *P. Vorenus* est, in Gron. *P. Varenus*, in Clericana *P. Varinius. Moses Dusoul.*

44 Φρέριον dant Iunt. et Ald.

45 αὐτῷ Bodl. 3.

46 post τέλος indit δὲ Bodl. 3.

47 δὲ abest a Bodl. 3.

ἰσχυροὶ καὶ μέγα φρονοῦντες, οὐχ ὑπήκουον, ἀλλ' ἐπόρθουν ἐπιπορευόμενοι τὴν Ἰταλίαν. οὐκέτ' οὖν τὸ παρ' ἀξίαν καὶ τὸ αἰσχρὸν ἠνώχλει τῆς ἀποστάσεως τὴν σύγκλητον· ἀλλὰ δὴ διὰ φόβον γε καὶ κίνδυνον, ὡς πρὸς ἕνα τῶν δυσκολωτάτων πολέμων καὶ μεγίστων, ἀμφοτέρους ἐξέπεμπον τοὺς ὑπάτους. ὧν Γέλλιος μὲν τὸ Γερμανικὸν, ὕβρει καὶ φρονήματι τῶν Σπαρτακείων ἀποσχισθὲν, ἐξαίφνης ἐμπεσὼν ἅπαν διέφθειρε· Λέντλου δὲ τὸν Σπάρτακον μεγάλοις στρατοπέδοις περιλαβόντος, ὁρμήσας ὁμόσε, καὶ μάχην συνάψας, ἐκράτησε μὲν τῶν πρεσβευτῶν, ἔλαβε δὲ τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν. ὠθουμένῳ δ' αὐτῷ πρὸς τὰς Ἄλπεις Κάσσιος, ὁ τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας στρατηγὸς, ἔχων μυρίους, ἀπήντησε· καὶ γενομένης μάχης κρατηθεὶς, καὶ πολλοὺς ἀποβαλὼν, μόλις αὐτὸς ἐξέφυγε.

10. *Ταῦθ' ἡ βουλὴ πυθομένη, τοὺς μὲν ὑπάτους πρὸς ὀργὴν ἐκέλευσεν ἡσυχίαν ἄγειν, Κράσσον δὲ τοῦ πολέμου στρατηγὸν εἵλοντο*[48]*. καὶ πολλοὶ διὰ δόξαν αὐτῷ καὶ φιλίαν συνεστράτευον τῶν ἐπιφανῶν. αὐτὸς μὲν οὖν ὑπέμεινε πρὸ τῆς Πικηνίδος, ὡς τὸν Σπάρτακον ἐκεῖ φερό-*

mero ſubnixi et elati animis non auſcultabant ei, ſed Italiam populabundi percurſabant. Igitur non amplius indignitas et turpitudo rebellionis ſolicitauit ſenatum, verum ob metum et periculum, quaſi ad vnum ex grauiſſimis et maximis bellis, ambos conſules miſit; quorum Gellius cohórtes Germanicas contemtu et arrogantia diuulſas a Spartaciis repentino aduentu omnes oppreſſit: Lentulus magnis copiis circumuallauit Spartacum, qui huius legatos adortus pugna commiſſa fudit, atque omnibus exuit impedimentis. Contendenti ad Alpes Galliae circumpadanae occurrit praetor Caſſius decem millibus militum, atque acie fuſus multos milites amiſit, ipſe aegre fuga quaeſiuit ſalutem.

His nunciatis, ſenatus infenſus iuſſit conſulibus nihil pro imperio agere, et bellum Craſſo mandauit. Eum multi ex nobilitate auctoritatis eius et amicitiae cauſa ſequuti ſunt. Hic pro agro Piceno conſedit, tendentem illuc Spartacum exceptu-

48 εἵλετο Bodl. 3.

49 σκυ-

μενον δεξόμενος· Μώμιον δὲ πρεσβευτὴν, ἄγοντα δύο τάγματα, κύκλῳ περιέπεμψεν, ἕπεσθαι κελεύσας τοῖς πολεμίοις, συμπλέκεσθαι δὲ μὴ, μηδ' ἀψιμαχεῖν. ὁ δ' ἅμα τῷ πρῶτον ἐπ' ἐλπίδος γενέσθαι, μάχην θέμενος, ἡττήθη· καὶ πολλοὶ μὲν ἔπεσον, πολλοὶ δ' ἄνευ τῶν ὅπλων φεύγοντες ἐσώθησαν. ὁ δὲ Κράσσος αὐτόν τε τὸν Μώμιον ἐδέξατο τραχέως, καὶ τοὺς στρατιώτας ὁπλίζων αὖθις, ἐγγυητὰς ᾔτει τῶν ὅπλων, ὅτι φυλάξουσι. πεντακοσίους δὲ τοὺς πρώτους, καὶ μάλιστα τοὺς τρέσαντας, εἰς πεντήκοντα διανείμας δεκάδας, ἀφ' ἑκάστης ἀπέκτεινεν ἕνα τὸν κλήρῳ λαχόντα· πάτριόν τι τοῦτο διὰ πολλῶν χρόνων κόλασμα τοῖς στρατιώταις ἐπανάγων. καὶ γὰρ αἰσχύνη τοῦ θανάτου τῷ τρόπῳ πρόσεστι, καὶ δρᾶται πολλὰ φρικώδη καὶ σκυθρωπὰ [49] περὶ τὴν κόλασιν, ἁπάντων θεωμένων. οὕτω δ' ἐπιστρέψας τοὺς ἄνδρας, ἦγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὁ δὲ Σπάρτακος ὑπεξεχώρει διὰ Λευκανίας εἰς τὴν θάλασσαν· ἐν δὲ πορθμῷ λῃστρίσι Κιλίσσαις ἐπιτυχὼν, ὥρμησεν ἅψασθαι Σικελίας, καὶ δισχιλίους

cepturus. Legatum Mommium cum duabus legionibus circummisit, imperans, vt hostes sequeretur, signa non conferret, neque lacesseret eos. Ille vero, vt primum oblata spes est, manum conseruit, et fusus est: multi cecidere, multi, abiectis armis, fuga salutem petiere. Crassus ipsum Mommium aspere increpauit, milites iterum armans sponsores exegit arma non amissuros. Quingentos primos, a quibus initium fugae ortum fuerat, in quinquaginta decurias diuisit: ex his decimum quemque sorte ductum morte mulctauit; quod vetus supplicii genus, decimationem dictam, longo interuallo reduxit in exercitum. Huic enim generi poenae adiuncta infamia est, inspectantibusque omnibus horrendum et triste spectaculum editur. Ita correctis militibus, duxit in hostem. At Spartacus cessit per Lucaniam ad mare. In freto nauigia praedatoria Cilicum nactus, animum adiecit ad tentandam Siciliam, ac duobus millibus

49 σκυθρωπὰ] Pro hac voce legitur etiam χαλεπά. Sed illam lectionem malo. *H. Stephanus.*

ἄνδρας ἐμβαλὼν εἰς τὴν νῆσον, αὖθις ἐξεζωπύρησε [50] *τὸν δȣλικὸν ἐκεῖ πόλεμον, ȣ̓́πω πολὺν χρόνον ἀπεσβηκότα, καὶ μικρῶν* [51] *πάλιν ὑπεκκαυμάτων δεόμενον. ὁμολογήσαντες δ'* [52] *οἱ Κίλικες αὐτῷ, καὶ δῶρα λαβόντες, ἐξηπάτησαν καὶ ἀπέπλευσαν. ȣ̓́τω δὴ πάλιν ἀπὸ θαλάσσης ἀναζεύξας, ἐκάθιζε τὸν ςρατὸν εἰς τὴν Ῥηγίνων χεῤῥόνησον. ἐπελθὼν δ' ὁ Κράσσος, καὶ τȣ̃ τόπȣ τὴν*

libus armatorum in eam insulam coniectis, bellum seruile illic denuo concitauit, quod non ita dudum sopitum facile potuit exiguo tantum fomite resuscitari. At Cilices, inito cum eo pacto, muneribusque acceptis, imposuerunt ei ac subduxerunt se. Ita recepit se a mari, atque in Rheginorum consedit peninsulam. Ibi superuenit Crassus, qui, videns, naturam loci, quod

50 ἐξεζωπύρησε] Stante hac scriptura, id narratur, vt factum, quod reuera factum non esse sequentia ostendunt. Arripienda ergo alia illa, quam exhibent Vulc. Anon. et Mur. ἐκζωπυρῆσαι. Quod Dacerius recte secutus est. [Sed in indice Variant. ita: ἐξεζωοπύρησε, ἐκζωοπυρῆσαι Vulcob. ἐκζωπυρεῖσαι Anon.]

51 μικρῶν] Non μικρῶν, sed μιαρῶν, antea legebatur, manifesto errore: et qui tamen vnum ex interpretibus latuerit. Vertit enim: *Ac duobus millibus armatorum in eam insulam coniectis, bellum seruile illic denuo consciuit, quod non ita dudum sopitum facile potuit pestiferis facibus resuscitari.* At vero alter mendum animaduertit, vt ex hac eius interpretatione apparet: *Immissisque in eam insulam duobus suorum millibus, rursus ibi bellum seruile, haud ita pridem sopitum, ac exiguo tantum aliquo fomite opus habens, resuscitare.* Sed lubet locum proferre, in quo litera κ litera α par pari reddidit; in quo videlicet vocabulum μικρὰ sedem vocabuli μιαρὰ occupauit, sicut hic sedem vocis μικρῶν a voce μιαρῶν occupatam esse videmus. Is est in Aeschinis pro Ctesiphonte oratione, vbi, quum ille Demosthenem genere loquendi Graecis familiari μιαρὰν κεφαλὴν appellet, exemplaria quaedam μιαρὰν in μικρὰν deprauarunt. Hanc autem deprauationem sequens Ioachimus Perionius, Benedictinus Cormoeriacenus monachus, in sua interpretatione Demostheni *paruum caput* obiecit. Vide, lector, vt in erroribus alioqui leuibus ipsi etiam (si fas est dicere) monachi hallucinentur. *H. Stephanus.*

52 δ' abest a Bodl. 3.

53 post

φύσιν ὁρῶν ὑφηγȣμένην τὸ δέον, ὥρμησεν ἀποτειχίσαι τὸν ἰσθμόν· ἅμα καὶ τὴν σχολὴν τῶν ϛρατιωτῶν ὑφαιρῶν, καὶ τὴν εὐπορίαν τῶν πολεμίων. μέγα μὲν ȣ̓͂ν ἦν καὶ χαλεπὸν τὸ ἔργον, ἤνυσε δὲ καὶ κατειργάσατο παρὰ δόξαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, τάφρον ἐμβαλὼν ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν διὰ τȣ͂ αὐχένος, ϛαδίων τριακοσίων, εὖρος δὲ καὶ βάθος [53] πεντεκαίδεκα ποδῶν. ὑπὲρ δὲ τῆς τάφρȣ τεῖχος ἔϛησεν ὕψει καὶ ῥώμῃ θαυμαϛόν. ὧν ὁ Σπάρτακος ἠμέλει καὶ κατεφρόνει τὸ πρῶτον· ὡς δὲ, τῆς λείας ὑπολειπȣ́σης, προϊέναι βȣλόμενος συνεῖδε τὸν ἀποτειχισμὸν, καὶ λαμβάνειν ȣ̓δὲν ἦν ἐκ τῆς χεῤῥονήσȣ, νύκτα νιφετώδη καὶ πνεύματι χειμέριον παραφυλάξας, ἔχωσε τῆς τάφρȣ μέρος ȣ̓ πολὺ γῇ καὶ ὕλῃ καὶ κλάδοις δένδρων, ὥϛε τῆς ϛρατιᾶς [54] περαιῶσαι τὸ τρίτον.

11. Ἐφοβήθη μὲν ȣ̓͂ν ὁ Κράσσος, μὴ λάβοι τις ὁρμὴ τὸν Σπάρτακον ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν. ἐθάῤῥησε δὲ, πολλῶν ἐκ διαφορᾶς ἀποϛάντων [55] αὐτȣ͂, καὶ ϛρατοπε-

quod faciendum esset, subiicientem, fauces muro instit it sepire, simul vt otium militibus, et hostibus commeatus facultatem adimeret. Quod, etsi grande esset et laboriosum opus, breui spatio tamen praeter omnium opinionem perfecit et absoluit, fossamque ex mari in mare per ceruicem triginta septem millia quingentos passus longam, latam et altam quindecim pedes duxit. Super fossam murum excitauit mira altitudine et firmitate. Ea Spartacus primum floccipendebat et contemnebat. Vbi vero, deficiente praeda, quum vellet progredi, aduertit se interclusum muro, neque ex peninsula quicquam capere valuit: noctem niue infestam ac vento procellosam pro se capiens, exiguam partem fossae compleuit humo, materia, et arborum ramis, ac tertiam partem exercitus traduxit.

Hic timuit Crassus, ne impetus Spartacum Romam raperet: verum confirmatus est, quod multi ex dissensione desciuissent ab illo, et castra

53 post βάθος inserit ἴσον Bodl. 3.

54 ϛρατείας] Lege ϛρατιᾶς.

55 ἀποϛάντων] Legitur etiam ἀποτραπέντων. *H. Stephanus.*

δευσαμένων καθ' αὐτὰς ἐπὶ Λευκανίδος λίμνης, ἥν Φασι τρέπεσθαι διὰ χρόνα γινομένην γλυκεῖαν, καὶ αὖθις ἁλμυρὰν καὶ ἄποτον. τούτοις ἐπελθὼν ὁ Κράσσος ἐξέωσε μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης, ἀφῃρέθη δὲ τὸν φόνον καὶ τὴν δίωξιν αὐτῶν, ἐπιφανέντος ὀξέως τοῦ Σπαρτάκου, καὶ τὴν φυγὴν ἐπιστήσαντος. γεγραφὼς δὲ τῇ βουλῇ πρότερον, ὡς χρὴ καὶ Λεύκουλλον ἐκ Θρᾴκης καλεῖν, καὶ Πομπήϊον ἐξ Ἰβηρίας, μετενόει, καὶ πρὶν ἥκειν ἐκείνους, ἔσπευδε διαπράξασθαι τὸν πόλεμον· εἰδώς, ὅτι τοῦ προσγενομένου καὶ βοηθήσαντος, οὐχ αὐτοῦ, τὸ κατόρθωμα δόξει. πρῶτον μὲν οὖν διαγνοὺς τοῖς ἀφεστῶσι καὶ κατ' ἰδίαν στρατευομένοις, ὧν ἀφηγοῦντο Γάϊος Καννίκιος καὶ Κάστος, ἐπιθέσθαι, λόφον τινὰ προκαταληψομένους ἄνδρας ἑξακισχιλίους ἀπέστειλε, λανθάνειν κελεύσας πειρᾶσθαι. οἱ δ' ἐπειρῶντο μὲν τὴν αἴσθησιν ἀποκρύπτειν, τὰ κράνη καταμπέχοντες· ὀφθέντες δ' ὑπὸ δυοῖν γυναικῶν προθυομένων τοῖς πολεμίοις, ἐκινδύνευσαν, εἰ μὴ Κράσσος, ὀξέως ἐπιφανεὶς, μάχην ἔθετο πασῶν καρτερωτάτην, ἐν ᾗ τριακοσίους ἐπὶ δισχιλίοις καὶ μυρίοις καταβαλὼν, δύο

castra seorsum super stagno Lucano posuissent. Hoc certis temporibus variari ferunt, ac modo dulce, modo salsum, nec potabile fieri. Eos Crassus adortus repulit a stagno: sed ne delere eos, vel consectari posset, per superuenientem propere Spartacum et fugam sistentem factum est. Poenituit autem eum, quod senatui scripsisset, Lucullum ex Thracia et Pompeium ex Hispania vt excirent, maturabatque ante illorum aduentum patrare bellum; quod sciret, fore, vt ei, qui sibi adiunctus esset et subuenisset, non sibi attribueretur decus. Certus igitur, illos, qui defecerant et seorsum posuerant castra, quos C. Cannicius et Castus ducebant, aggredi, mittit sex millia militum ad occupandum collem quendam. His imperat, vt quam possint occultissime iter faciant: qui studentes hostem fallere, galeas frondibus contexere; conspecti autem a duabus mulieribus, quae sacrificabant ante castra pro salute hostium, in periculo fuissent, ni celeriter interueniens Crassus pugnam commisisset multo acerrimam, in qua duodecim millibus trecentis caesis, solo duo

μόνες εὗρε κατὰ νώτε τετρωμένες· οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες ἑςῶτες ἐν τάξει, καὶ μαχόμενοι τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέθανον. Σπαρτάκῳ δὲ, μετὰ τὴν τέτων ἧτταν ἀναχωρᾶντι πρὸς τὰ ὄρη τὰ Πετηλῖνα, Κόϊντος τῶν περὶ Κράσσον ἡγεμόνων, καὶ Σκρώφας ταμίας, ἐξαπτόμενοι παρηκολέθεν. ἐπιςρέψαντος δὲ, γίνεται φυγὴ μεγάλη τῶν Ῥωμαίων, καὶ μόλις τρωθέντα τὸν ταμίαν ἁρπάσαντες ἀπεσώθησαν. τἆτο τὸν Σπάρτακον ἀπώλεσε τὸ κατόρθωμα, φρονήματος ἐπιγενομένε τοῖς δραπέταις. ἐκέτι γὰρ ἠξίεν φυγομαχεῖν, ἐδ᾽ ἐπείθοντο τοῖς ἄρχεσιν, ἀλλ᾽ ἤδη καθ᾽ ὁδὸν ὄντας ἐν τοῖς ὅπλοις περισχόντες, ἠνάγκασαν αὖθις ὀπίσω διὰ τῆς Λευκανίας ἄγειν ἐπὶ τὲς Ῥωμαίες, εἰς ταὐτὸ τῷ Κράσσῳ σπεύδοντες. ἤδη γὰρ ὁ Πομπήϊος προσιὼν ἀπηγγέλλετο· καὶ δὴ [56] ἀρχαιρεσιάζοντες ἦσαν ἐκ ὀλίγοι τὴν νίκην ἐκείνῳ τᾶ πολέμε προσήκειν· ἐλθόντα γὰρ εὐθὺς μαχεῖσθαι καὶ καταλύσειν τὸν πόλεμον. ἐπειγόμενος ἆν διαγωνίσασθαι, καὶ παραςρατοπεδεύσασθαι [57] τοῖς πολεμίοις, ὤρυττε τάφρον· πρὸς ἣν ἐκπη-

duos inuenit, qui auerſa vulnera haberent, reliqui in acie omnes ſtantes et dimicantes cum Romanis occubuere. Spartacum, poſt horum cladem recipientem ſe ad montes Petilinos, Quintus, Craſſi legatus, et quaeſtor, Scropha, tergo inhaerentes carpebant. Verum vbi ille agmen tandem conuertit, foede fugerunt Romani, atque aegre ſaucio erepto quaeſtore, incolumes euaſere. Haec victoria, quod nimios ſpiritus feciſſet fugitiuis, perdidit Spartacum. Nolebant enim vltra pugnam detrectare, neque ducibus dicto erant audientes, ſed in itinere armis cinctos coëgerunt retro per Lucaniam ducere in Romanos, cupidi cum Craſſo congredi. Iam enim adeſſe nunciabatur Pompeius. Frequentes autem iam iactabant in concionibus, ad illum pertinere huius palmam belli: quem, ſimul atque hoſtem vidiſſet, pugnaturum et debellaturum. Maturans igitur cum hoſtibus dimicare, ac caſtris hoſtium caſtra conferre, ducebat foſſam, ad quam eruptione

56 καὶ δὴ] Melius Mur. καὶ ἤδη. et mox εἶπον, pro ἦσαν; quod et Anon. voluit, vbi mendoſe legitur εἶκον.

57 παραςρατοπεδεύσασθαι] Forſan παραςρατοπεδεύσας.

δῶντες οἱ δοῦλοι προσεμάχοντο τοῖς ἐργαζομένοις. ἀεὶ δὲ πλειόνων ἑκατέρωθεν ἐκβοηθούντων, ὁρῶν τὴν ἀνάγκην ὁ Σπάρτακος, ἅπαν παρέταξε τὸ στράτευμα. καὶ πρῶτον μὲν τοῦ ἵππου προσαχθέντος αὐτῷ, σπασάμενος τὸ ξίφος, καὶ εἰπὼν, ὅτι νικῶν μὲν ἕξοι πολλοὺς ἵππους καὶ καλοὺς τῶν πολεμίων, ἡττώμενος δὲ οὐ δεῖται, κατέσφαξε τὸν ἵππον. ἔπειτα πρὸς Κράσσον αὐτὸν ὠθούμενος, διὰ πολλῶν ὅπλων καὶ τραυμάτων, ἐκείνου μὲν οὐκ ἔτυχεν, ἑκατοντάρχας δὲ δύο συμπεσόντας ἀνεῖλε. τέλος δὲ, φυγόντων τῶν περὶ αὐτὸν, αὐτὸς ἑστὼς, καὶ κυκλωθεὶς ὑπὸ πολλῶν, ἀμυνόμενος κατεκόπη. Κράσσου δὲ τῇ τύχῃ χρησαμένου, καὶ στρατηγήσαντος ἄριστα, καὶ τὸ σῶμα τῷ κινδύνῳ παρασχόντος, ὅμως οὐ διέφυγε τὸ κατόρθωμα τὴν Πομπηΐου δόξαν. οἱ γὰρ διαπεσόντες αὐτῷ διεφθάρησαν [58]· ὥστε καὶ γράψαι πρὸς τὴν σύγκλητον, ὅτι μάχῃ μὲν τοὺς δραπέτας φανερᾷ Κράσσος νενίκηκεν, αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν ἀνῄρηκε. Πομπήϊος μὲν οὖν ἀπὸ Σερτωρίου καὶ Ἰβηρίας ἐπιφανῶς ἐθριάμβευσε· Κράσσος δὲ τὸν μὲν μέ-

eruptione facta ſerui infeſtabant operi intentos. Pluribus ſemper hinc inde affluentibus, cernens Spartacus neceſſitatem, omnes copias explicauit. Primum ſtricto gladio admotum equum, fatus, victorem multos ſe et eximios hoſtium equos habiturum, ſin victus eſſet, non fore ſibi eo opus, confodit. Deinde impreſſione facta per tela multa et vulnera Craſſum petens, illum non eſt aſſequutus, verum duos centuriones, qui manus cum eo conſeruere, interemit. Poſtremo effuſis in fugam iis, qui circa eum erant, dum ipſe locum tenet et hoſtium globo cingitur, pugnans trucidatur. Quamuis autem Craſſus fortuna vſus eſt ſecunda, boni que imperatoris et militis ſtrenui munus praeſtitit, victoriae tamen non fuit Pompeii gloria exſors, ſiquidem qui ex proelio fugerunt ab illo fuerunt oppreſſi. Vnde ſenatui ſcripſit, fuſos quidem a Craſſo, ſignis collatis, fugitiuos, ſe vero radices belli excidiſſe. Pompeius igitur de Sertorio et Hiſpanis clarum triumphum duxit, Craſſus triumphum

58 διαπεσόντες αὐτῷ διεφθάρησαν] Paulo obſcuriora haec verba enarrabit ipſe Plut. in Pomp. (440, 15.)

59 παρὰ

γαν θρίαμβον ȣ̓δ᾽ αὐτὸς αἰτεῖν ἐπεχείρησεν· ἐδόκει δὲ καὶ τὸν πεζὸν, ὀȣ̃αν δὲ καλȣ́μενον, ἀγεννῶς καὶ παρ᾽ ἀξίαν ἐπὶ δȣλικῷ πολέμῳ θριαμβεῦσαι. τί δ᾽ ȣ̃τος ἐκείνȣ διαφέρει, καὶ περὶ τῆς κλήσεως, ἐν τῷ Μαρκέλλȣ βίῳ γέγραπται.

12. Μετὰ δὲ ταῦτα τȣ̃ Πομπηΐȣ αὐτόθεν ἐπὶ τὴν ὑπατείαν καλȣμένȣ, ἐλπίδας ἔχων ὁ Κράσσος συνάρξειν, ὅμως ȣ̓κ ὤκνησε τȣ̃ Πομπηΐȣ δεηθῆναι. δεξάμενος δὲ τὴν χρείαν ἀσμένως ἐκεῖνος, (ἐπεθύμει γὰρ ἁμωσγέπως ἀεὶ χάριτός τινος ὀφειλέτην λαβεῖν τὸν Κράσσον) ἐσπȣ́δασε προθύμως· καὶ τέλος εἶπεν ἐκκλησιάζων, ὡς ȣ̓κ ἐλάττονα περὶ [59] τȣ̃ συνάρχοντος ἕξει χάριν, ἢ περὶ τῆς ἀρχῆς. ȣ̓ μὴν ἔμειναν ἐπὶ τῆς αὐτῆς [60] φιλοφροσύνης εἰς τὴν ἀρχὴν καταστάντες, ἀλλ᾽ ὀλίγȣ δεῖν περὶ πάντων διαφερόμενοι, καὶ πάντα δυσκολαίνοντες ἀλλήλοις καὶ φιλονεικȣ̃ντες, ἀπολίτευτον καὶ ἄπρακτον αὐτοῖς τὴν ὑπατείαν ἐποίησαν. πλὴν ὅτι Κράσσος Ἡρακλεῖ μεγάλην θυσίαν ποιησάμενος, εἱστίασε τὸν δῆμον ἀπὸ μυρίων τραπεζῶν, καὶ σῖτον ἐμέτρησεν εἰς τρίμηνον. ἤδη δὲ τῆς

umphum ne ipſe quidem ſuſtinuit petere: etiam ouantem ex bello ſeruili iniiſſe vrbem abiectum viſum et putidum. Quid autem hoc ab illo differat, atque de vocabulo in vita Marcelli diſſeruimus.

Hinc quum vocaretur illico ad conſulatum Pompeius, Craſſus, quanquam in ſpe eſſet vna ſe cum eo conſulem fore, non dubitauit tamen Pompeium rogare. Quam occaſionem ille libenter arripiens (deſiderabat enim quocunque modo Craſſum ſemper beneficiis ſuis obſtrictum habere) adiuuit eum enixe, atque ad extremum pro concione dixit, non minorem gratiam de collega ſe, quam de ipſo habiturum honore. Inito magiſtratu tamen haud in eadem conſtiterunt beneuolentia, ſed ferme in omnibus diſſentientes, mutua vbique acerbitate et concertatione, nihil domi, vel foris, geſſerunt in conſulatu memorabile, niſi quod Herculi Craſſus magno exhibito ſacrificio, populo epulum decem millibus menſarum praebuit, ac frumentum in tres menſes admenſus eſt. Quum abituri

59 πκρὰ Vulc. 60 ἐπὶ ταύτης τῆς Bodl. 3.

 61 Ἀνά-

ἀρχῆς αὐτοῖς τελευτώσης, ἔτυχον μὲν ἐκκλησιάζοντες· ἀνὴρ δέ τις ἐ τῶν ἐπιφανῶν, ἱππεὺς Ῥωμαίων, ἀγροῖκος δὲ τῷ βίῳ καὶ ἰδιώτης, Ὀνάτιος [61] Αὐρήλιος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ προελθὼν [62], ὄψιν διηγεῖτο κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ γενομένην. Ὁ γὰρ Ζεὺς, ἔφη, μοι φανεὶς, προσέταξεν εἰν κοινὸν εἰπεῖν, ὅπως μὴ πρότερον περιίδητε τοὺς ὑπάτους ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, ἢ φίλους γενέσθαι. Ταῦτα λέγοντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ δήμου διαλλάττεσθαι κελεύοντος, ὁ μὲν Πομπήϊος ἡσυχίαν ἦγεν ἑστώς, ὁ δὲ Κράσσος ἐμβαλὼν τὴν δεξιὰν αὐτῷ πρότερος· Οὐδὲν, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, οἶμαι, πολῖται, ταπεινὸν πράττειν, οὐδ' ἀνάξιον ἐμαυτοῦ, καταρχόμενος εὐνοίας καὶ φιλίας πρὸς Πομπήϊον, ὃν ὑμεῖς μήπω γενειῶντα μέγαν ἀνηγορεύσατε, καὶ μήπω μετέχοντι βουλῆς ἐψηφίσασθε θρίαμβον.

13. Ἡ μὲν οὖν ὑπατεία τοῦ Κράσσου ταῦτ' ἔσχεν ἄξια μνήμης. ἡ δὲ τιμητεία παντάπασιν ἀτελὴς καὶ

abituri iam magiſtratu concionem haberent, eques Romanus ex obſcurioribus quidam, ruri agens et a republica remotus, Onatius Aurelius, conſcendit in roſtra, progreſſuſque viſionem narrauit ſibi in ſomnis oblatam: Iupiter, inquit, mihi obuerſatus praecepit, vt pro concione vobis nunciarem, ne prius deponere conſules honorem, quam in gratiam redierint, permittatis. Ea vbi dixit, et iuſſit populus reconciliationem, diu Pompeius immobilis ſiluit: Craſſus vero prior dextra illi porrecta: Nihil arbitror, inquit, Quirites, demiſſum, aut me indignum facere, qui beneuolentiam et amicitiam exordiar cum Pompeio, quem vos imberbem adhuc Magnum appellauiſtis, et nondum in ſenatum lecto decreuiſtis triumphum.

Haec ſunt in Craſſi conſulatu memoranda. Cenſura eius ignaua plane

61 Ὀνάτιος] Anon. habet Κάϊος, Mur. Γαῖος, vti legitur in Pomp. (443, 2.) niſi quod Γάϊος ſcribitur, quod cum Xylandro probo. [qui ita annotat: Sic [Ὀνάτιος puta] eſt in Graeco. In Pompeio, vbi idem refertur, C. Aurelius dicitur: quod et malo.]

62 προσελθὼν dant Iunt. et Ald.

63 ἐν

ἄπρακτος αὐτῷ διῆλθεν. οὔτε γὰρ βουλῆς ἐξέτασιν, οὔθ' ἱππέων ἐπίσκεψιν, οὔτ' ἀποτίμησιν πολιτῶν ἐποιήσατο, καίτοι συνάρχοντα Ῥωμαίων ἔχοντι τὸν πρᾳότατον, Λουτάτιον Κάτλον. ἀλλά φασιν, ἐπὶ δεινὸν ὁρμήσαντι τῷ Κράσσῳ πολίτευμα καὶ βίαιον, Αἴγυπτον ποιεῖν ὑποτελῆ Ῥωμαίοις, ἀντιβῆναι τὸν Κάτλον ἐρρωμένως· ἐκ δὲ τούτου γενομένης διαφορᾶς, ἑκόντας ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν. ἐν δὲ τοῖς περὶ Κατιλίναν πράγμασι μεγάλοις καὶ μικροῦ δεήσασιν ἀνατρέψαι τὴν Ῥώμην, ἥψατο μέν τις ὑπόνοια τοῦ Κράσσου, καὶ προσῆλθεν ἄνθρωπος ὀνομάζων ἀπὸ τῆς συνωμοσίας· οὐδεὶς δ' ἐπίστευσεν. ὅμως δ' ὁ Κικέρων ἔν τινι λόγῳ [63] φανερὸς ἦν Κράσσῳ καὶ Καίσαρι τὴν αἰτίαν προστριβόμενος. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐξεδόθη μετὰ τὴν ἀμφοῖν τελευτήν. ἐν δὲ τῷ περὶ ὑπατείας ὁ Κικέρων νύκτωρ φησὶ τὸν Κράσσον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐπιστολὴν κομίζοντα περὶ τοῦ Κατιλίνα, καὶ ζητουμένην [64], ὡς ἤδη βε-

plane et imperfecta transacta. Neque enim senatum lustrauit, neque recognouit equites, neque recensum populi egit, quamuis Romanorum modestissimum, Lutatium Catulum, haberet collegam. At fama est, acerbam actionem et violentam suscipienti Crasso, vt efficeret populo Romano vectigalem Aegyptum, enixe Catulum restitisse: hinc dissensione exorta, vltro eos magistratum deposuisse. In magna illa Catilinae coniuratione, quae prope Romanam euertit rempublicam, nonnulla adspersus suspicione Crassus fuit. Atque exstitit quidam, qui eum inter coniuratos nominauit: verum fidem homini adhibuit nemo. Cicero tamen in quadam oratione aperte Crasso et Caesari eam notam inurit: sed edita est post vtriusque fata ea oratio. In oratione autem de consulatu Crassum noctu dicit cum epistola, quae Catilinae faceret mentionem, adiisse se, sic vt coniurationem, de qua quaerebatur, vt

63 ἔν τινι λόγῳ] Aut periit Oratio illa, aut viros doctos fugit locus ille. *Mos. Duf.*

64 καὶ ζητουμένην] Haec verba mendosa esse Xyl. monuit. Cum perierit illa Ciceronis Oratio, nihil certi hac de re potest statui. Hoc patet, a Crasso hanc epistolam, coniurationis indicem, vltro non fore prolatam, si Crassus ipse coniurationi fauisset. Vid. IV. 455, 7. *Moses Du-*

βαιϐντα τὴν συνωμοσίαν. ὁ δ' ϐν Κράσσος ἀεὶ μὲν ἐμίσει τὸν Κικέρωνα διὰ τϐτο· τϐ δὲ βλάπτειν ἀναφανδὸν, ἐμποδὼν εἶχε τὸν υἱόν. ὁ γὰρ Πόπλιος, ὢν φιλολόγος καὶ φιλομαθὴς, ἐξήρτητο τϐ Κικέρωνος· ὥστε καὶ συμμεταβαλεῖν αὐτῷ τὴν ἐσθῆτα κρινομένῳ, καὶ τϐς ἄλλϐς νέϐς ταὐτὰ ποιϐντας παρασχεῖν. τέλος δὲ τὸν πατέρα πείσας φίλον ἐποίησεν.

14. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς ἐπαρ-

vt certam iam confirmantem. Quamobrem Ciceroni ſemper infeſtus Craſſus fuit: verum, ne propalam eum laederet, eſt per filium impeditus. Publius enim, qui eloquentiae et literarum ſtudioſus eſſet, cupidus erat Ciceronis, adeo vt cum reo veſtem mutaret, ac reliquam iuuentutem ad idem faciendum impelleret. Induxit denique parentem, vt rediret cum Cicerone in gratiam.

Iam Caeſar, ex prouincia reuerſus, parabat conſulatum

Duſoul. [Plena Xylandri ad hunc locum annotatio haec eſt: Satis eſt apertum, locum hunc eſſe deprauatum. Corradus, Plutarcho nimis (opinor) infenſus, quum varia conquiſiuiſſet, quae ei obiiceret, etiam ἐξ αὐτϐ τϐ βοὸς quaedam arripuit: inter quae et hic locus eſt. Ait enim, a ſeipſo Plutarchum diſſentire, qui, quum in Cicerone hanc epiſtolam dicat fuiſſe ἀδέσποτον, hic eam miſſam a Catilina teſtetur. Quomodo hoc Corradus ex his verbis collegerit, non video. Nam quod nos mendoſe legimus καὶ ζητεμένην, ipſe *miſſam* vertit, fortaſſis arrepta ex mendo cauillandi occaſione. Profecto autem περὶ Κατιλίνα non eſt *a Catilina*, ſed *de Catilina*; vt, ne ſi πεμφθεῖσαν quidem, aut γραφεῖσαν, aut quidquid tandem tale velit, loco horum verborum reponat, tamen euincere poſſit, hoc Plutarchum hic dixiſſe, a Catilina ſcriptam, vel miſſam epiſtolam fuiſſe. Quod ſi ergo in ea a Craſſo ad Ciceronem allata epiſtola de Catilinae conſilio et machinationibus, aut coniuratione, aliquid renunciabatur, (ſicut Amiotus vertit, in iis literis factam de Catilina mentionem) quid obſtabat, quo minus et incertus eius eſſet vt tabellarius, ita etiam auctor, et Romae etiamnum commorante Catilina, Craſſo aliunde afferretur? Ne dicam, neceſſarium hoc non eſſe, vt de eadem epiſtola hic locus intelligatur omnino, de qua in Cicerone dicatur: et quidem non vnica ibi, ſed plures commemorantur. Locum aſteriſco ſignaui: mendum tollet, qui librum meliorem habebit.]

χίας, παρασκευαζόμενος ὑπατείαν μετιέναι, καὶ Κράσσον ὁρῶν καὶ Πομπήϊον αὖθις ἐν διαφοραῖς πρὸς ἀλλήλους ὄντας, οὔτε θατέρου δεηθεὶς, ἐβούλετο λαβεῖν ἐχθρὸν τὸν ἕτερον, οὔτε μηδετέρου συνεργοῦντος, ἤλπιζε κατορθώσειν. ἔπραττεν οὖν διαλλαγὰς αὐτοῖς, προσκείμενος ἀεὶ [65], καὶ διδάσκων, ὡς καταλύοντες ἀλλήλους αὔξουσι Κικέρωνας καὶ Κάτλους καὶ Κάτωνας· ὧν οὐδεὶς λόγος, ἂν ἐκεῖνοι συνενεγκόντες εἰς ταὐτὸ τὰς φιλίας καὶ τὰς ἑταιρείας, ἑνὶ κράτει καὶ μιᾷ γνώμῃ τὴν πόλιν ἄγωσι. πείσας δὲ καὶ διαλλάξας, συνήγαγε καὶ συνέστησεν ἐκ τῶν τριῶν ἰσχὺν ἄμαχον, ᾗ [66] κατέλυσε Ῥωμαίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, οὐκ ἐκείνους δι' ἀλλήλων μείζονας, ἀλλὰ δι' ἐκείνων ἑαυτὸν μέγιστον ἀπεργασάμενος. εὐθὺς γὰρ αἱρεθεὶς ὑπ' ἀμφοτέρων, ὕπατος ἀπεδείχθη λαμπρῶς [67]. ὑπατεύοντι δ' αὐτῷ καλῶς ψηφισάμενοι στρατευμάτων ἡγεμονίαν, καὶ Γαλατίαν ἐγχειρίσαντες, ὥσπερ εἰς ἀκρόπολιν κατέστησαν, οἰόμενοι καθ' ἡσυχίαν νεμήσεσθαι τὰ λοιπὰ πρὸς ἀλλή-

latum petere: qui vt nouum inter Craſſum et Pompeium diſſidium vidit, noluit, adiuncto altero, contrahere ſibi alterius odium, neque ſperabat, neutro opitulante, voti ſe fore compotem. Quare reducere eos in gratiam molitus eſt, ſedulo admonens eos ſemetipſos euertere, Cicerones autem, Catulos, et Catones augere, qui nullo numero eſſent, ſi, collatis in vnum partibus et factionibus, vnis viribus reipublicae, atque vno moderarentur conſilio. Quibus ſuaſu ſuo reconciliatis, potentiam contraxit et conflauit ex tribus inuictam, quae ſenatum et populum Romanum conuulſit: neque mutua opera illos maiores, ſed per eos ſe effecit maximum. Nam extemplo vtriuſque factionis ſuffragiis glorioſe eſt conſul declaratus. Cui conſulatum egregie gerenti legiones decreuerunt, Galliamque tradiderunt, atque ita tanquam in arce collocauerunt: rati, ſi prouinciam illi, quam erat ſortitus, firma-

65 ἀεὶ abeſt a Bodl. 3. Iunt. Ald.

66 ita etiam Anon. vulgo legitur ἢ.

67 λαμπρός] Lege λαμπρῶς, cum Anon. et Mur.

λυς, ἐκείνῳ βεβαιοῦντες, ἣν ἔλαχεν, ἀρχήν. Πομπήϊος μὲν οὖν ὑπὸ φιλαρχίας ἀμέτρου ταῦτ᾽ ἔπρασσε· τῶν δὲ Κράσσου νοσημάτων τὸ ἀρχαῖον, ἡ φιλοπλουτία, καινὸν ἔρωτα προσλαβοῦσα καὶ ζῆλον, ἐπὶ ταῖς Καίσαρος ἀριστείαις, τροπαίων καὶ θριάμβων, ὥστε μόνοις ἐλαττοῦσθαι [68] προὔχοντα τοῖς ἄλλοις, ἑαυτὸν [69] οὐκ ἀνῆκεν, οὔτ᾽ ἐλώφησε, πρὶν εἰς ὄλεθρον ἀκλεῆ καὶ δημοσίας συμφορὰς τελευτῆσαι. Καίσαρος γὰρ εἰς Λοῦκαν [70] πόλιν ἐκ Γαλατίας καταβάντος, ἄλλοι τε πολλοὶ Ῥωμαίων ἀφίκοντο, καὶ Πομπήϊος καὶ Κράσσος ἰδίᾳ συγγενόμενοι πρὸς αὐτὸν, ἔγνωσαν ἐγκρατέστερον ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ πᾶσαν ὑφ᾽ ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι τὴν ἡγεμονίαν· Καίσαρος μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις μένοντος, ἄλλας δ᾽ ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα Πομπηΐου καὶ Κράσσου λαβόντων. ἐνταῦθα [71] δ᾽ ὁδὸς ἦν μία, δευτέρας ὑπατείας αἴτησις·

firmarent, reliqua ſe nullo negotio inter ſe partituros. Pompeium quidem impulit eo immodica dominandi cupido: Craſſus vero, quum ad inueteratum morbum ſuum, auaritiam ſcilicet, nouam affectationem aſſumſiſſet, et aeſtum ex Caeſaris victoriis tropaeorum et triumphorum, quod, qui caeteris rebus antecelleret, illis foret inferior, non remiſit ante ſtudium, neque conquieuit, quam in foedum exitium et clades recidit publicas. Nam quum Lucam Caeſar ex Gallia veniſſet, frequenteſque Romani ad eum eſſent profecti, Pompeius quoque et Craſſus priuatim cum eo colloquuti ſtatuerunt acrius ſummam rerum capeſſere, ac totam rempublicam ſui iuris facere: hac ratione, Caeſar vt in armis maneret, alias prouincias exercituſque Pompeius et Craſſus caperent. Eo vna patebat via, alterius conſulatus petitio, cuius

68 ὥστε μόνοις ἐλαττοῦσθαι] Prima vox palam mendoſa. Nec placet, quod Anon. et Mur. exhibent, ὡς τούτοις. Legendum enim arbitror οἷς γε. Sed quid de ἐλαττοῦσθαι ſtatuam non habeo. *Moſes Duſoul.*

69 ἑαυτὸν] Malo αὐτὸν, quod exhibet Vulcob.

70 Λουκίαν] Melius in Anon. et Mur. Λοῦκαν: vt in Pomp. recte ſcribitur (478, 5.)

71 ἐνταῦθα] Vide ſupra ad 196, 4. et hic etiam εἰς ταῦτα repone.

ἦν μετιόντων ἐκείνων, ἔδει συμπράττειν Καίσαρα, τοῖς τε φίλοις γράφοντα, καὶ τῶν στρατιωτῶν πέμποντα πολλοὺς ἀρχαιρεσιάσοντας.

15. Ἐπὶ τούτοις οἱ περὶ Κράσσον εἰς Ῥώμην ἐπανελθόντες, εὐθὺς ἦσαν ὕποπτοι, καὶ πολὺς ἐχώρει διὰ πάντων λόγος, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γεγονέναι τὴν σύνοδον αὐτῶν. ἐν δὲ τῇ βουλῇ Μαρκελλίνου καὶ Δομιτίου Πομπήϊον ἐρωτώντων, εἰ μέτεισιν ὑπατείαν, ἀπεκρίνατο, τυχὸν μὲν [72] μετιέναι, τυχὸν δὲ μὴ μετιέναι. καὶ πάλιν ἐρωτώμενος, ἔφη μετιέναι τοῖς δικαίοις πολίταις, μὴ μετιέναι δὲ τοῖς ἀδίκοις. τούτου δὲ δόξαντος ὑπερηφάνους ἀποκρίσεις καὶ τετυφωμένας ποιεῖσθαι, μετριώτερον ὁ Κράσσος εἶπεν, εἰ τῇ πόλει συμφέρει μετιέναι τὴν [73] ἀρχήν· εἰ δὲ μὴ, πεπαύσεσθαι. διὸ καί τινες ἐθάῤῥησαν ὑπατείαν μετελθεῖν· ὧν ἦν καὶ Δομίτιος. γενομένων δὲ φανερῶν ἐκείνων ἐν ταῖς παραγγελίαις, οἱ μὲν ἄλλοι δείσαντες ἀπέστησαν, Δομίτιον δὲ Κάτων, οἰκεῖον ὄντα καὶ φίλον,

cuius illos Caesar candidatos adiuuare, ſcribendo ad amicos, et frequentes milites ad comitia mittendo, debebat.

Hac de re Craſſus et Pompeius ad vrbem regreſſi, illico in ſuſpicionem venere, eratque in omnium ore, nullius fuiſſe eos rei ſalutaris cauſa congreſſos. In ſenatu etiam Marcellino et Domitio Pompeium interrogantibus, an petiturus conſulatum eſſet, reſpondit, fortaſſis ſe petiturum, fortaſſis non. Inſtantibus illis, ait, aequis ciuibus petiturum ſe, non petiturum iniquis: qui quum ſuperbe viſus eſſet et arroganter reſpondiſſe, moderatius Craſſus dixit, ſi e republica foret, honorem ſe petiturum, ſin minus, quieturum. Quare aliqui, quorum de numero fuit Domitius, animum ſumſerunt ad conſulatum ambiendum. Verum vbi hi candidati proceſſerunt, caeteri metu deterriti abiecerunt petitionem. Domitium Cato, propinquum et amicum ſuum, confir-

72 μὲν deeſt Iuntinae et Ald.

73 συμφέρει τὴν] Aut adſciſcendum ex Anon. et Mur. ſecundum μετιέναι ante τὴν, aut, vnico contenti, poſt συμφέρει ponendum eſt. *Moſ. Duſ.* [nam vulgo legitur μετιέναι συμφέρει.]

74 μα-

ἐθάῤῥυνεν, ἐγκελευόμενος καὶ παρορμῶν ἔχεσθαι τῆς ἐλπίδος, ὡς ὑπερμαχοῦντα τῆς κοινῆς ἐλευθερίας. οὐ γὰρ ὑπατείας Πομπήϊον δεῖσθαι καὶ Κράσσον, ἀλλὰ τυραννίδος, οὐδ' ἀρχῆς αἴτησιν, ἀλλ' ἁρπαγὴν ἐπαρχιῶν καὶ στρατοπέδων εἶναι τὰ πραττόμενα. ταῦτα δὲ καὶ λέγων οὕτω καὶ Φρονῶν ὁ Κάτων, μονονοὺ βίᾳ προῆγεν [74] εἰς ἀγορὰν τὸν Δομίτιον, καὶ συνίσταντο πολλοὶ πρὸς αὐτούς. καὶ τὸ θαυμάζον οὐκ ὀλίγον ἦν, τί δὴ δευτέρας οὗτοι χρῄζουσιν ὑπατείας; τί δὲ πάλιν μετ' ἀλλήλων; τί δ' οὐ μεθ' ἑτέρων; πολλοὶ δ' εἰσὶν ἄνδρες ἡμῖν, οὐκ ἀνάξιοι δήπου Κράσσῳ καὶ Πομπηΐῳ συνάρχειν. Ἐκ τούτου δείσαντες οἱ περὶ Πομπήϊον, οὐδενὸς ἀπείχοντο [75] τῶν ἀκοσμοτάτων καὶ βιαιοτάτων· ἀλλὰ πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις, λόχον ὑφέντες τῷ Δομιτίῳ, νυκτὸς ἔτι μετὰ τῶν ἄλλων κατερχομένῳ, κτείνουσι μὲν τὸν ἀνέχοντα τὸ Φῶς πρὸ αὐτοῦ, συντιτρώσκουσι δὲ πολλούς· ὧν ἦν καὶ Κάτων. τρεψάμενοι δὲ καὶ κατακλείσαντες εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνους, ἀνηγο-

confirmauit, adhortans et incitans eum, vt, qui pro libertate publica propugnaret, ſpem ſequeretur ſuam. Neque enim Pompeium, vel Craſſum, conſulatum quaerere, ſed dominationem, neu id agi, vt magiſtratum peterent, ſed vt prouincias et legiones raperent. Ita dicens haec et ſentiens Cato, Domitium deduxit tantum non vi in forum, multique ſe ad illos aggregauerunt: nec pauci mirabantur, quidnam iterum hi conſulatum peterent: quid iterum vna, quidni cum aliis. Atqui multos dicebant eſſe non indignos, qui quidem conſulatum cum Craſſo et Pompeio caperent. Hinc timens Pompeii factio, non temperauit a ſumma indignitate et violentia: ac praeter alia, locatis inſidiis Domitio, qui ante lucem in comitium cum aliis deſcendebat, ſeruum ei praelucentem occidit, multos vulnerauit, atque inter hos Catonem, quibus fugatis et domo incluſis, conſules renun-

74 μονονοὺ προῆγεν] Deeſt inter has voces βίᾳ, quod in Bodl. 3. exſtat, [item Iunt. et Ald.] Mendoſe autem in Mur. legitur διά. Sic ſaepius noſter; vt in Alex. (IV. 71, 17.) τὸ σῶμα βίᾳ παρενεγκόντων εἰς τὸν θάλαμον.

75 ἀντείχοντο Bodl. 3.

76 ἀπί-

ρεύθησαν ὕπατοι· καὶ μετ' ȣ πολὺν χρόνον αὖθις ὅπλοις περισχόντες τὸ οἴκημα, καὶ τὸν Κάτωνα τῆς ἀγορᾶς ἐκβαλόντες, καί τινας ὑποστάντας ἀποκτείναντες, Καίσαρι μὲν ἄλλην ἀπέδοσαν [76] πενταετίαν τῆς ἀρχῆς, αὐτοῖς δὲ τῶν ἐπαρχιῶν ἐψηφίσαντο Συρίαν, καὶ Ἰβηρίας συναμφοτέρας. κληρȣμένων δὲ, Συρίαν [77] ἔλαχε Κράσσος, τὰ δ' Ἰβηρικὰ Πομπήϊος.

16. Ἦν δ' ȣ̓κ ἀκȣ́σιος ὁ κλῆρος ἅπασιν [78]. οἵ τε γὰρ πολλοὶ Πομπήϊον μὴ μακρὰν εἶναι τῆς πόλεως ἐβȣ́λοντο, καὶ Πομπήϊος ἐρῶν τῆς γυναικὸς, αὐτόθι τὰ πολλὰ διατρίβειν ἔμελλε. Κράσσος δὲ ὑπὸ χαρᾶς εὐθὺς ἐκπεσόντι τῷ κλήρῳ καταφανὴς ἦν ȣ̓δὲν εὐτύχημα λαμ-

renunciati ſunt. Nec multo poſt cincta denuo armis Domitii domo, Catone foro deiecto, et nonnullis, qui ſubſtiterunt ibi, interfectis, prorogauerunt Caeſari in quinquennium prouincias, ſibi procurarunt prouincias Syriam et vtramque Hiſpaniam. Sortientibus, Syria Craſſo, Pompeio Hiſpaniae obuenere.

Sors fuit omnibus haud ingrata. Quippe nolebat remotum plebs ab vrbe Pompeium, et vxoris Pompeius amore deperiens, erat circa vrbem plerumque commoraturus. Craſſus ſimul ac ſors exiit, exſultans, fortunam prae ſe tulit arbitrari ſe praeſente accidiſſe

76 ἀπέδοσαν] Leg. ἐπέδοσαν: vti recte apud App. ſcribitur.

77 Συρίαν...] Quae ſequuntur ad finem vſque Craſſi, iiſdem prope omnia Syllabis in Parthicum Appiani Librum ſunt tranſlata. Eſtque vtile conferre vtrumque codicem. Ego diuerſitatem lectionis annotare hic ſuperſedeo. In vertendo ſecutus id ſum, quod videbatur mihi commodum et rectum. Quod cur ita ſentiam, in Dionem quaedam annotans indicaui. *Xylander.* Cl. Editor [id eſt Bryanus] vtrumque codicem [cuius nempe Xylander mentionem fecit] accurate contulit. *Moſes Duſoul.*

78 Ἦν δ' ȣ̓κ ἀκȣ́σιος ὁ κλῆρος ἅπασιν] Guarinus ſententiam hic inuertit, inuiſam omnibus fuiſſe ſortitionem iſtam ſcribens. Hic eſt ȣ̓κ ἀκȣ́σιος, apud Appianum vero ἀσπάσιος: et quidem perſpicua eſt ſententia. Quum enim omnino eſſet Pompeio ab vrbe in alterutram prouinciam proficiſcendum, non ita procul abfuit Hiſpaniam tenens, etiamſi in eam exiſſet, quam ſi in Syriam iret. *Xylander.*

79 ἐν

πρότερον ἑαυτῷ γεγονέναι τȣ͂ παρόντος ἡγȣ́μενος· ὡς μόλις ἐν ἀλλοτρίοις [79] καὶ πολλοῖς ἡσυχίαν ἄγειν, πρὸς δὲ τȣ̀ς συνήθεις πολλὰ κενὰ [80] καὶ μειρακιώδη λέγειν, παρ' ἡλικίαν τὴν ἑαυτȣ͂ καὶ φύσιν, ἥκιστα κομπαστὴς, ἢ σοβαρὸς τῷ βίῳ γεγονώς. τότε δ' ἐπηρμένος κομιδῇ καὶ διεφθαρμένος, ȣ̓ Συρίαν, ȣ̓δὲ Πάρθȣς ὅρον ἐποιεῖτο τῆς εὐπραξίας, ἀλλ' ὡς παιδιὰν ἀποφανῶν τὰ Λȣκȣ́λλȣ πρὸς Τιγράνην, καὶ Πομπηΐȣ πρὸς Μιθριδάτην, ἄχρι Βακτρίων καὶ Ἰνδῶν καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης ἀνῆγεν ἑαυτὸν ταῖς ἐλπίσι. καίτοι τῷ γραφέντι περὶ τȣ́των νόμῳ ὁ Παρθικὸς [81] πόλεμος ȣ̓ προσῆν. ᾔδεσαν δὲ πάντες, ὅτι πρὸς τȣ͂τον Κράσσος ἐπτόηται· καὶ Καῖσαρ ἐκ Γαλατίας ἔγραψεν αὐτῷ, τὴν ὁρμὴν ἐπαινῶν, καὶ παροξύνων ἐπὶ τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ δημαρχῶν Ἀτήϊος ἔμελλε πρὸς τὴν ἔξοδον ἐναντιώσεσθαι, καὶ συνίσταντο πολλοὶ, χαλεπαίνον-

cidiſſe ſibi ſplendidiorem nullam: vix vt apud alienos et vulgus temperaret ſibi, apud interiores vero multa vana et inſolentia iuuenum more effunderet praeter aetatem et ingenium ſuum, qui minime glorioſus, aut iactabundus, per totam vitam fuiſſet. Tunc vero mirum in modum elatus et diſſolutus, non Syriam, nec Parthos, metam deſtinabat ſuae proſperitatis, verum quaſi effecturus, vt pro ludicris haberentur Luculli contra Tigranem res geſtae, et contra Mithridatem Pompeii, vſque ad Bactros et Indos et Oceanum exteriorem proferebat ſpes ſuas. Atqui, quae de imperio eius lata lex fuit, bellum Parthicum non complectebatur, ſed nouerant omnes, geſtienti animo id affectare Craſſum: et Caeſar ex Gallia literis ardorem eius commendauit, inflammauitque eum ad bellum. Quia vero Ateius, tribunus plebis, parabat profectionem eius interpellare, multique coibant, indignantes,

79 ἐν ἀλλοτρίοις etc.] Vide Appian. 219.

80 καινὰ] Praue. Lege κενά. Saepiſſime in hac voce peccatur in omnibus ferme veterum Graecorum ſcriptis

81 πάροικος] Viderunt Interpp. Lat. et Gall. Παρθικὸς legi oportere; quod et App. confirmat. Sed e textu nemo adhuc mendum tam manifeſtum ſuſtulit. Eadem vox in Op. Mor. (887, 6.) mendoſa exſtat. *Bryanus* et *Moſ. Duſ.*

82 πρὸς

τες, εἴ τις ἀνθρώποις ἐδὲν ἀδικᾶσιν, ἀλλ' ἐνσπόνδοις, πολεμήσων ἄπεισι, δείσας ὁ Κράσσος ἐδεήθη Πομπηΐȣ παραγενέσθαι, καὶ συμπροπέμψαι. μέγα γὰρ ἦν ἐκείνȣ τὸ πρὸς τὸν ὄχλον ἀξίωμα· καὶ τότε παρεσκευασμένȣς πολλὰς ἐνίστασθαι καὶ καταβοᾶν, ὁρμώμενος πρὸς αὐτὰς [82] φαιδρῷ βλέμματι καὶ προσώπῳ κατεπράϋνεν ὁ Πομπήϊος, ὥσθ' ὑπείκειν σιωπῇ δι' αὐτῶν προϊᾶσιν [83]. ὁ δ' Ἀτήϊος ἀπαντήσας, πρῶτον μὲν ἀπὸ φωνῆς ἐκώλυε καὶ διεμαρτύρετο μὴ βαδίζειν, ἔπειτα τὸν ὑπηρέτην ἐκέλευεν ἁψάμενον τȣ̃ σώματος κατέχειν. ἄλλων δὲ δημάρχων ἐκ ἐώντων, ὁ μὲν ὑπηρέτης ἀνῆκε [84] τὸν Κράσσον· ὁ δ' Ἀτήϊος προδραμὼν ἐπὶ τὴν πύλην [85], ἔθηκεν ἐσχαρίδα καιομένην· καὶ τȣ̃ Κράσσȣ γενομένȣ κατ' αὐτὴν [86], ἐπιθυμιῶν καὶ κατασπένδων, ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς μὲν αὐτὰς καὶ φρικώδεις, δεινὰς δέ τινας θεὰς καὶ ἀλλοκότȣς ἐπ' αὐταῖς καλῶν καὶ ὀνομάζων. ταύτας φασὶ Ῥωμαῖοι

tes, quod pacatis et foederatis gentibus bellum moturus proficifceretur, timens Craffus orauit Pompeium, vt fibi praefto effet et profequeretur fe. Erat enim magna eius ad plebem auctoritas. Atque in praefentia frequentes ad impediendum et conuiciis lacerandum Craffum paratos, confpectus ipfe ante Craffum placido intuitu ac vultu leniuit Pompeius, vt filentio locum darent per medios progredientibus. Ateius vero occurrit ei, ac primum, ne proficifceretur, verbis interdixit et teftato denunciauit, deinde viatori iuffit manu corpori iniecta eum retinere. Aliis autem tribunis intercedentibus, non dimifit viator Craffum, et praecurrit ad portam Ateius. Ibi focum accendit: quo quum perueniffet Craffus, fuffitibus iniectis factifque libaminibus, diras capiti eius atroces et horrendas imprecatus eft: ad haec immanes deos et inauditos ibi inuocauit et appellauit. Has Romani arcanas

82 πρὸς αὐτὰς dat Iuntina; fed Aldina vulgatam πρὸ αὐτȣ̃.

83 προσιᾶσιν] Tullius legere iubet προϊᾶσιν. quod probo.

84 ἐκ ἀνῆκε] In App. non eft illud ἐκ.

85 πόλιν Bodl. 3. Iunt.

86 κατ' αὐτὴν] haec duo vocabula defunt Iuntinae Aldinaeque. [vti etiam H. Stephanus annotauit, his verbis vtens: Haec verba κατ' αυτὴν in praecedentibus editionibus deerant.]

87 πα-

τὰς ἀρὰς ἀποθέτους καὶ παλαιὰς [87] τοιαύτην ἔχειν δύναμιν, ὡς περιφυγεῖν μηδένα τῶν ἐνσχεθέντων αὐταῖς· κακῶς δὲ πράσσειν καὶ τὸν χρησάμενον· ὅθεν οὐκ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν αὐτὰς, οὐδ' ὑπὸ πολλῶν ἀρᾶσθαι. καὶ τότ' οὖν ἐμέμφοντο τὸν Ἀτήϊον, εἰ δι' ἣν ἐχαλέπαινε τῷ Κράσσῳ πόλιν, εἰς αὐτὴν ἀρὰς ἀφῆκε καὶ δεισιδαιμονίαν τοσαύτην.

17. Ὁ δὲ Κράσσος εἰς Βρεντέσιον ἦλθεν. ἔτι δ' ἀστάτου οὔσης χειμῶνι τῆς θαλάσσης, οὐ περιέμεινεν, ἀλλ' ἀνήχθη, καὶ συχνὰ τῶν πλοίων ἀπέβαλε. τὴν δ' ἄλλην ἀναλαβὼν δύναμιν, ἠπείγετο πεζῇ διὰ Γαλατίας. εὑρὼν δὲ τὸν βασιλέα Δηϊόταρον, πάνυ μὲν ὄντα γηραιὸν ἤδη, κτίζοντα δὲ νέαν πόλιν, ἐπέσκωψεν, εἰπών· Ὦ βασιλεῦ, δωδεκάτης ὥρας οἰκοδομεῖν ἄρχῃ; γελάσας δ' ὁ Γαλάτης· Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς, εἶπεν, ὦ αὐτοκράτορ, ὡς ὁρῶ, πρωῒ λίαν ἐπὶ Πάρθους ἐλαύνεις. ἦν δ' ὁ Κράσσος ἑξήκοντα μὲν ἔτη παραλλάττων, πρεσβύτερος δὲ

arcanas et vetustas deuotiones ea praeditas vi ferunt, vt nemo, aduersus quem conceptae sint, euitare illas queat, nec bene cedant etiam concipientibus eas. Vnde neque qualibet de causa has, neque in multos imprecari. Ac tunc quoque Ateium reprehenderunt, quod, cuius reipub. gratia Crasso infensus erat, deuotionibus eam tanta obstrinxisset religione.

At Crassus Brundusium peruenit. Pelago autem etiamnum ex tempestate turbido non exspectauit, sed conscendit, magnumque numerum nauigiorum amisit. Reliquis copiis properauit pedestri itinere per Galatiam. Ibi quum reperisset regem Deiotarum, qui aetate iam grauis nouam vrbem condebat, dicto incessit eum, ac: Duodecima hora, inquit, rex, aedificare exordiris? Cui Galata ridens: Atqui neque tu, imperator, admodum matutinus contendis in Parthos. Excesserat autem annum Crassus sexagesimum, facie tamen apparebat, quam

87 παλαιὰς] Vide, an non potius παλαμναίας scripserit Plutarchus, vt in Pomp. (512, 19.) ὡς παλαμναῖον ἀπεσράφη: et supra in Coriol. (II. 66.) ἀλλοτρίῳ δαίμονι καὶ παλαμναίῳ συνοικιζομένους.

88 τὶς

τὴν ὄψιν, ἢ καθ' ἡλικίαν. ἀφικόμενον δ' αὐτὸν ἐδέξατο τὰ πράγματα τῆς ἐλπίδος ἀξίως τὸ πρῶτον. καὶ γὰρ ἔζευξε ῥαδίως τὸν Εὐφράτην, καὶ διήγαγε τὸν στρατὸν ἀσφαλῶς, καὶ πόλεις πολλὰς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ κατέσχεν, ἑκουσίως προσθεμένας. ἐν μιᾷ δ', ἧς Ἀπολλώνιός τις [88] ἐτυράννει, στρατιωτῶν ἑκατὸν ἀναιρεθέντων [89], ἐπαγαγὼν τὴν δύναμιν αὐτοῖς καὶ κρατήσας, διήρπασε τὰ χρήματα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπέδοτο. Ζηνοδοτίαν ἐκάλουν τὴν πόλιν οἱ Ἕλληνες. ἐπὶ ταύτης ἁλούσης δεξάμενος αὐτοκράτωρ [90]

quam aetate, grandior. Aduenienti res primo pro ipsius exspectatione respondere. Etenim nullo negotio Euphratem ponte iunxit, exercitum traduxit sine impedimento, oppidis multis Mesopotamiae se vltro dedentibus potitus est. Vni, cuius erat Apollonius tyrannus, vbi milites centum amisit, admouit signa, captamque diripuit, et captiuos sub corona vendidit, Zenodotiam Graeci dicebant. Qua capta, quum salutari se ab exer-

88 τις abest a Bodl. 3. et Iunt.

89 αἱρεθέντων Iunt.

ſoria etiam Pompeium ſuperauit. Decet enim eum, qui rempublicam gerit, in maximis rebus, non ſi inuidioſae ſunt, reſpicere, ſed ſi praeclarae, atque potentiae mole inumbrare inuidiam. Quod ſi ſupra omnia ſecuritatem et quietem ſectaris, atque Alcibiadem formidas in ſuggeſtu, Pyli Lacedaemonios, Perdiccam in Thracia, habet otii ciuitas latum campum, in quo remotus in medio ſedere queas, ac tibi ipſe contexere tranquillitatis coronam, vt nonnulli ſophiſtae aiunt. Nam pacis quidem erat profecto diuinum deſiderium, atque bellum dirimere inprimis humana et ciuilis actio; cuius facti cauſa Niciae nulla parte eſt aequiparandus Craſſus, ne ſi ad mare quidem Caſpium, aut ad Oceanum Indicum, terminos promouiſſet Romani imperii.

Non debet tamen is, qui verſatur in ciuitate, ſenſum habente virtutis, et pollentior eſt opibus, dare locum malis, nec magiſtratum permittere priuatis, nec fidem ſuſpectis: quod

9 δεῖ γάρ...] Reſpicit locum Thucydidis; quem vide et in Op. Mor. p. 950, 28.

10 τὸ abeſt a Bodl. 3.

11 Ἰνδὸν ὠκεανὸν] Forſan Ἰνδικόν: vt paulo poſt (301, 11.) Ἰνδικὴν θάλασσαν vocat.

12 ἀρχὴν μὴ ἄρχȣσιν] Abſurda

ὅπερ ἐποίησεν ὁ Νικίας, τὸν Κλέωνα, μηδὲν ὄντα πλέον ἐν τῇ πόλει τῆς ἀπὸ τοῦ βήματος ἀναισχυντίας καὶ κραυγῆς, αὐτὸς εἰς τὸ στρατηγεῖν καταστήσας. οὐκ ἐπαινῶ μὲν γὰρ [13] ἐγὼ τὸν Κράσσον, ἐν τοῖς Σπαρτακίοις ἐπειχθέντα θᾶσσον, ἢ ἀσφαλέστερον διαγωνίσασθαι. καίτοι φιλοτιμίας ἦν τὸ δεῖσαι, μὴ Πομπήϊος ἐλθὼν ἀφέληται τὴν δόξαν αὐτοῦ, καθάπερ ἀφείλετο Μετέλλου Μόμμιος [14] τὴν Κόρινθον. τὸ δὲ τοῦ Νικίου παντάπασιν ἄτοπον καὶ δεινόν [15]. οὐ γὰρ ἐλπίδας, οὐδὲ ῥαστώνην ἐχούσης ἐξέστη τῷ ἐχθρῷ φιλοτιμίας καὶ ἀρχῆς, ἀλλὰ κίνδυνον ὑφορώμενος ἐν τῇ στρατηγίᾳ μέγαν, ἠγάπησε τὸ καθ' αὑτὸν ἐν ἀσφαλεῖ θέμενος προέσθαι τὸ κοινόν. καίτοι ὅ γε Θεμιστοκλῆς, ἵνα μὴ φαῦλος ἄνθρωπος, ἐν τοῖς Περσικοῖς καὶ ἄφρων στρατηγήσας ἀπολέσῃ τὴν πόλιν, ἀργυρίῳ τῆς ἀρχῆς ἀπέστησεν αὐτόν· καὶ Κάτων, ὅτε μάλιστα [16] ἑώρα πράγματα καὶ κινδύνους ἔχουσαν, ὑπὲρ τῆς πόλεως τὴν

quod quidem admisit Nicias, qui Cleonem, cuius in ciuitate nihil eminebat, praeterquam perfricta frons et pro tribunali vociferatio, prouexit ad imperium. Equidem non laudo Crassum, qui bello Spartacio celerius, quam tutius, conferre properauit signa: quanquam animi laudis auidi erat, vereri, ne decus sibi Pompeius aduentu suo eriperet, quomodo Metello Corinthum eripuerat Mommius. At Niciae absurdum plane est factum et callidum: neque enim cessit inimico gloriae campo et prouincia, cuius appareret spes et facultas conficiendae; sed quum grande illa in expeditione periculum timeret, contentus fuit, rebus suis in tuto collocatis, rempublicam proiicere. At quidem Themistocles, ne bello Persico vilis homo et turpis ductu suo perderet rempublicam, eum pecunia remouit a praetura: Cato autem tribunatum plebis, quum implicitum eum videret maximis negotiis et periculis, reipu-

da haec. Lege ocius, non ἄρχουσιν, sed ἀρκοῦσιν. *Mos. Dus.*

13 γὰρ abest a Bodl. 3. Iunt. Ald.

14 Κόμμιος Vulc.

15 δεινόν.] Melius legeretur δειλόν: ea enim res agitur.

16 ὅτι μάλιστα] Recte in Vulc. Bodl. 3. et Mur. ὅτε μάλ. quod et in Fl. Ed. erat.

δημαρχίαν, μετῆλθεν. ὁ δ' αὐτὸν ἐπὶ τὴν Μινώαν καὶ Κύθηρα καὶ Μηλίους τοὺς ταλαιπώρους φυλάττων στρατηγὸν, εἰ δέοι [17] μάχεσθαι Λακεδαιμονίοις, ἀποδυόμενος τὴν χλαμύδα [18], καὶ τῇ Κλέωνος ἀπειρίᾳ καὶ θρασύτητι ναῦς καὶ ἄνδρας καὶ ὅπλα καὶ στρατηγίαν ἐμπειρίας ἄκρας δεομένην παραδιδοὺς, οὐ τὴν ἑαυτοῦ προΐεται δόξαν, ἀλλὰ τὴν τῆς πατρίδος ἀσφάλειαν καὶ σωτηρίαν. ὅθεν ὕστερον οὐχ ἑκὼν, οὐδὲ βουλόμενος, Συρακουσίοις πολεμεῖν ἠναγκάζετο, δοκῶν οὐ λογισμῷ τοῦ συμφέροντος, ἀλλὰ ῥᾳστώνῃ καὶ μαλακίᾳ, τὸ παρ' αὐτὸν, ἀποστερεῖν Σικελίας τὴν πόλιν. ἐκεῖνο μέντοι μεγάλης ἐπιεικείας σημεῖον, ὅτι δυσχεραίνοντα τὸ πολεμεῖν ἀεὶ, καὶ φεύγοντα τὸ στρατηγεῖν, οὐκ ἐπαύοντο χειροτονοῦντες, ὡς ἐμπειρότατον καὶ βέλτιστον. τῷ δὲ Κράσσῳ παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐφιεμένῳ στρατηγίας, οὐχ ὑπῆρξε τυχεῖν, πλὴν ἐπὶ τὸν δουλικὸν πόλεμον ἐξ ἀνάγκης, Πομπηΐου καὶ Μετέλλου, καὶ Λουκούλλων ἀμφοτέρων ἀπόντων, καίτοι τότε τιμωμένῳ μάλιστα καὶ δυναμένῳ πλεῖστον. ἀλλ', ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς σπουδάζουσι περὶ αὐτὸν ἐδόκει κατὰ τὸν κωμικὸν, ἀνὴρ

reipublicae caufa petiit. Qui vero fe Minoae, Cytheris, miferis Meliis referuat ducem, fin conferendae cum Lacedaemoniis manus fint, chlamydem ponit, Cleonis autem imperitiae et ferocitati tradit claffem, milites, arma, prouinciam, quae fummum vfum et peritiam requirat, non laudes hic negligit fuas, fed patriae fecuritatem et falutem: vnde poft, quanquam inuitus nolenfque, bellum eft cum Siculis gerere compulfus, quod non vtilitatis publicae, fed quietis et mollitiae ratione rempub. quantum in fe erat, Sicilia defraudare videretur. Illud tamen ingens eft integritatis eius fignum, quod abhorrentem femper a bello atque imperium detrectantem non deftiterint tanquam exercitatiffimum et optimum defignare. At inhians perpetuo prouinciae, non valuit eam Craffus confequi, nifi ex neceffitate in bello feruili, Pompeio et Metello et vtroque Lucullo abfentibus, licet id temporis fummo in honore effet et polleret plurimum. Nam, meo quidem iudicio, videbatur vel ftudiofis eius, iuxta comicum, vir

In

17 εἰ δέοι] Videtur legendum εἰ δὲ δέοι. 18 χλανίδα Bodl. 3.
19 ἀπει-

Ἄριστος εἶναι τἆλλα, πλὴν ἐν ἀσπίδι.
καὶ τοῦτο Ῥωμαίους οὐδὲν ὤνησεν, ἐκβιασθέντας ὑπὸ τῆς φιλαρχίας αὐτοῦ καὶ φιλοτιμίας. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ ἄκοντα Νικίαν ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον, Ῥωμαίους δὲ Κράσσος ἄκοντας ἐξήγαγε· καὶ διὰ μὲν τοῦτον ἡ πόλις, ἐκεῖνος δὲ διὰ τὴν πόλιν ἠτύχησεν.

Οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλόν ἐστιν ἐν τούτοις τὸν Νικίαν ἐπαινεῖν, ἢ ψέγειν τὸν Κράσσον. ὁ μὲν γὰρ, ἐμπειρίᾳ καὶ λογισμῷ χρησάμενος ἡγεμόνος ἔμφρονος, οὐ συνηπατήθη ταῖς ἐλπίσι τῶν πολιτῶν, ἀλλ' ἀπεῖπε [19] καὶ ἀπέγνω λήψεσθαι Σικελίαν· ὁ δ' ὡς ἐπὶ ῥᾷστον ἔργον τὸν Παρθικὸν ὁρμήσας πόλεμον ἥμαρτεν. ὠρέχθη [20] δὲ μεγάλων, Καίσαρος τὰ ἑσπέρια, καὶ Κελτοὺς καὶ Γερμανοὺς καταστρεφομένου, καὶ Βρεττανίαν, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἐλάσας [21] θάλασσαν, καὶ προσερ-

In omnibus, nisi bello, rebus optimus.
Quod nihil Romanis profuit, ab illius expugnatis cupiditate prouinciae atque ambitione. Niciam enim Athenienses ad bellum repugnantem miserunt, Crassus in bellum Romanos duxit repugnantes: atque huius causa respub. ille reipub. causa in calamitatem incidit.

Veruntamen Niciam citius hinc commendes, quam improbes Crassum. Ille enim peritia et consilis motus prudentis ducis, non est vna cum ciuium spe in errorem detractus, verum desperauit et diffisus est, posse capi Siciliam: hic, sicut ad rem procliuem ruens, bellum Parthicum, impegit. At grandia concupiuit, et Caesare Occidentem, Gallos, Germanos, Britanniam subigente, ad Orientem ipse et Oceanum progredi Indicum, Asiamque

19 ἀπεῖπε] Fl. Ed. ἔπεισε, praue. Vulc. et Bodl. 3. ἔδεισε: quod, etsi minus prauum, nihili puto. Seruanda scriptura vulgata, aut ἀπέτρεπε legendum. Non enim detrectabat tantum eam prouinciam Nicias, sed argumentis insuper validis inuadendae Siciliae consilium impugnabat. Vide supra p. 222. et seqq.

20 ἥμαρτεν. ὠρέχθη....] Exigua mutatio nitorem huic loco natiuum reddet, si post ἥμαρτεν, μὲν inseras. ἥμαρτε μὲν, ὠρέχθη δὲ μεγάλων. *Si non tenuit, magnis tamen excidit ausis. Moses Dusoul.*

21 ἐλάσαι Vulc. Bodl. 3.

 22 ἀν-

γάσασθαι τὴν Ἀσίαν, οἷς Πομπήϊος ἐπῆλθε, καὶ Λούκουλλος ἀντέσχεν [22], ἄνδρες εὐμενεῖς καὶ πρὸς πάντας ἀγαθοὶ διαμείναντες, προελόμενοι δ' ὅμοια Κράσσῳ, καὶ τὰς αὐτὰς ὑποθέσεις λαβόντες. ἐπεὶ καὶ Πομπηΐῳ, τῆς ἀρχῆς διδομένης, ἡ σύγκλητος ἠναντιοῦτο, καὶ Καίσαρα μυριάδας τριάκοντα Γερμανῶν τρεψάμενον, συνεβούλευεν ὁ Κάτων ἐκδοῦναι τοῖς ἡττωμένοις, καὶ τρέψαι τὸ μήνιμα τοῦ παρασπονδήματος εἰς ἐκεῖνον. ὁ δὲ δῆμος ἐῤῥῶσθαι φράσας Κάτωνι, πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἔθυεν ἐπινίκια, καὶ περιχαρὴς ἦν. πῶς οὖν ἂν διετέθη, καὶ πόσας ἔθυσεν ἡμέρας, εἰ Κράσσος ἐκ Βαβυλῶνος [23] ἔγραψε νικᾷν [24], εἶτ' ἐπελθὼν Μηδίαν, Περσίδα, Ὑρκανοὺς, Σοῦσα, Βάκτρα, Ῥωμαίων ἐπαρχίας ἀπέδειξεν; εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένους, μηδὲ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς εἰδότας, οὐ Σκάνδειαν, οὐ Μένδην ἐκκοπτέον, οὐδὲ φεύγοντας Αἰγι-

que in ditionem redigere; quae Pompeius aggreſſus eſt, et quo contendit Lucullus: qui placidi viri atque in omnes boni permanſerunt, quanquam eadem, ac Craſſus, ſuſcepiſſent, et idem haberent inſtitutum. Nam Pompeium quoque, quum daretur ei prouincia, ſenatus impugnauit: ac Caeſar, caeſis fugatiſque Germanorum trecentis millibus, auctor Cato fuit, vt victis dederetur, ac violatae pacis in illius caput verteretur vltio. Verum populus ſalutem dicens Catoni, in quindecim dies ſupplicationes decreuit, atque in magna fuit gratulatione. Qui fuiſſet ergo eius animus, et quot dierum ſupplicationes decreuiſſet, ex Babylone ſi Craſſus literas de victoria miſiſſet: hinc progreſſus Mediam, Perſidem, Hyrcanos, Suſa, Bactra redegiſſet in formam prouinciarum ſub Romano imperio? Nam ſi ius violandum eſt, (vt ait Euripides) iis, qui otii ſunt impatientes, neque frui praeſentibus norunt bonis, non Scandia, non Mende exſcindenda, nec profugi Aeginetae,

22 ἀντέσχεν] Suſpecta mihi haec vox; nec, quam reponam, vlla nunc ſuccurrit. Suidas quidem, v. Ἀντίσχειν, haec habet: Ἀντίσχωμαι, αὐθυπόστατον, ἀντιλάβωμαι. Sed vnde habeat non conſtat. Vid. p. 180. et ſeq. et IV. 499, 15. *Moſ. Duſ.*

23 Βαβυλῶνος] Vide, quae ſupra ad 271, 8. de hac vrbe dicta ſunt. *Moſes Duſoul.*

24 νικῶν Vulc. Bodl. 3.

25 ἀπώ-

νήτας ἀπολελοιπότας τὴν ἑαυτῶν, ὥσπερ ὄρνιθας εἰς ἑτέραν χώραν, ἀποκεκρυμμένους ἐκθηρατέον, ἀλλὰ πολλοῦ τιμητέον τὸ εὐδικεῖν, μὴ ῥαδίως, μηδ᾽ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν, ὥς τι φαῦλον, ἢ μικρὸν, προϊεμένους τὸ δίκαιον. οἱ δὲ τὴν μὲν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας ὁρμὴν ἐπαινοῦντες, τὴν δὲ Κράσσου ψέγοντες, οὐκ εὖ τὰ πρῶτα κρίνουσιν ἀπὸ τῶν τελευταίων.

Ἐν δὲ ταῖς στρατηγίαις αὐταῖς, Νικίου μὲν οὐκ ὀλίγα γενναῖα. καὶ γὰρ μάχαις πολλαῖς ἐνίκησε τοὺς πολεμίους, καὶ τοῦ λαβεῖν Συρακούσας ὀλίγον ἐδέησε· καὶ πάντα δι᾽ αὐτὸν οὐκ ἔπταισεν, ἀλλὰ καὶ νόσον ἄν τις αἰτιάσαιτο, καὶ φθόνον τῶν οἴκοι πολιτῶν. Κράσσος δὲ διὰ πλῆθος ἁμαρτημάτων, οὐδὲν τῇ τύχῃ χρηστὸν ἀποδείξασθαι παρῆκεν· ὥστε θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν ἀβελτερίαν, οὐ τῆς Πάρθων δυνάμεως ἡττηθεῖσαν, ἀλλὰ τῆς Ῥωμαίων εὐτυχίας περιγενομένην. ἐπεὶ δ᾽ ὁ μὲν μηδενὸς τῶν ἀπὸ μαντικῆς καταφρονῶν, ὁ δὲ πάντα ὑπερορῶν, ὁμοίως ἀπώλετο [25], χαλεπὴ μὲν ἐν τούτοις ἡ ἀσάφεια καὶ δύσκριτος, ἐπιει-

netae, qui, relicta patria, auium modo in aliena regione delitescunt, captandi, sed magnum praemium quaerendum iuris violandi: non facile autem, neque qualibet de causa, vt res humilis et vilis, iustitia negligenda. Enimuero, qui Alexandri expeditionis propositum in coelum ferunt, et Crassi obterunt, hi parum recte primordia aestimant ex nouissimis.

Iam in ipsis gerendis bellis facta exstant non pauca Niciae praeclara: quippe crebris proeliis hostes superauit, ac Syracusis parum abfuit quin potiretur; neque sua culpa offensauit in omnibus, sed valetudini eius partim et vrbanorum ciuium expensum feras inuidiae. Crassus ob erratorum multitudinem locum fortunae ad aliquid boni designandum reliquit nullum, vt mireris stoliditatem eius, non quod a Parthorum sit viribus victa, verum quod felicitatem vicerit Romanorum. Quia vero praesagio Nicias nullo negligendo, alter omnibus contemnendis, similiter perierunt, haud pronum quidem sit, neque certum de istis iudicare, quate-

25 ἀπώλετο] Sequenda potius exemplaria, in quibus habetur ἀπώλοντο. *H. Stephanus.* sic dat Vulcob.

ἥττερον δὲ αὐτῆς τῆ παρανόμε καὶ αὐθάδες, τὸ μετὰ δόξης παλαιᾶς καὶ συνήθες δι' εὐλάβειαν ἁμαρτανόμενον. περὶ μέντοι τὴν τελευτὴν ἀμεμπτότερος ὁ Κράσσος, ἐ παραδὲς ἑαυτὸν, ἐδὲ δεθεὶς, ἐδὲ φενακισθεὶς, ἀλλ' εἴξας τοῖς φίλοις δεομένοις, καὶ παρασπονδηθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων. ὁ δὲ Νικίας, αἰσχρᾶς καὶ ἀκλεᾶς ἐλπίδι σωτηρίας, ὑποπεσὼν τοῖς πολεμίοις, αἰσχίονα ἑαυτῷ τὸν θάνατον ἐποίησεν.

ΣΕΡΤΩΡΙΟΣ.

Θαυμαστὸν μὲν ἴσως ἐκ ἔστιν, ἐν ἀπείρῳ τῷ χρόνῳ τῆς τύχης ἄλλοτε ἄλλως [1] ῥεέσης, ἐπὶ ταὐτὰ συμπτώματα πολλάκις καταφέρεσθαι τὸ αὐτόματον. εἴτε γὰρ ἐκ ἔστι τῶν ὑποκειμένων ὡρισμένον τὸ πλῆθος, ἄφθονον ἔχει τῆς τῶν ἀποτελεμένων ὁμοιότητος χορηγὸν ἡ τύχη τὴν τῆς ὕλης εὐπορίαν· εἴτ' ἔκ τινων ὡρισμένων ἀριθμῶν [2] ἐμπλέκεται τὰ πράγματα, πολλάκις ἀνάγκη

quatenus ad ſalutem conferant: benignius tamen in iis eſt cum vetuſta et recepta opinione per religionem peccare, quam contra mores et peruicaciter. At in exitu minus reprehendendus Craſſus, qui ſemet ipſe non dedidit, non vinctus, non affectus contumelia fuit, verum orantibus ceſſit amicis, ac contra ius gentium violatus ab hoſtibus fuit: Nicias turpis et ingloriae ſalutis ſpe ſupplicem ſe praebens hoſtibus, mortem ſibi effecit foediorem.

Res non eſt ſtupenda fortaſſis, ſi tempore immenſo, alias aliter fluente fortuna, deuoluatur identidem ad caſus eoſdem temeritas. Siue enim finitus non eſt accidentium numerus, ipſa materiae copia ſatis cauſae eſſe poſſet, cur ſimiles aliquando producantur effectus: ſiue ex numeris quibuſdam finitis connectantur res, eaedem neceſſe eſt ſubinde

1 ἄλλῳ Bodl. 4.
2 ὡρισμένων ἀριθμῶν] Elegantior videtur et verior ſcriptura Anon. et Mur. ἀριθμῷ legentium. *Moſes Duſoul.*

3 ὄντων

ταῦτα γίνεσθαι διὰ τῶν αὐτῶν περαινόμενα. ἐπεὶ δ' ἀγαπῶντες ἔνιοι τὰ τοιαῦτα, συνάγουσιν ἱστορίᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν κατὰ τύχην γεγονότων, ὅσα λογισμοῦ καὶ προνοίας ἔργοις ἔοικεν, οἷον, ὅτι, δυεῖν Ἄττεων [3] γενομένων ἐμφανῶν, τοῦ μὲν Σύρου, τοῦ δ' Ἀρκάδος, ἑκάτερος ὑπὸ συὸς ἀπώλετο· δυεῖν δ' Ἀκταιώνων, ὁ μὲν ὑπὸ τῶν κυνῶν, ὁ δ' ὑπὸ τῶν ἐραστῶν διεσπάσθη· δυεῖν δὲ Σκιπιώνων ὑφ' οὗ μὲν ἐνικήθησαν Καρχηδόνιοι πρότερον, ὑφ' οὗ δ' ὕστερον ἄρδην ἀνηρέθησαν· ἑάλω δὲ τὸ Ἴλιον ὑφ' Ἡρακλέους διὰ τὰς [4] Λαομέδοντος ἵππους, καὶ ὑπὸ Ἀγαμέμνονος διὰ τοῦ

ſubinde exſiſtant ex iiſdem abſolutae. Quia vero libenter aliqui iſta, quae acciderunt fortuito, lectione, vel auditione, percepta colligunt, ſi qua conſilio et prouidentia videntur facta, (vt quod duo nobilitati ſint Atties, vnus Syrus, Arcas alter, vterque a ſue interemtus: duo Actaeones, hic a canibus, ille diſcerptus ab amatoribus: duorum Scipionum ab altero deuicti ante Carthaginenſes, ab altero funditus exciſi: captam Troiam ab Hercule ob Laomedontis equos; ab Agamemnone per ligneum appel-

3 δυεῖν Ἄττεων....] De hiſce Xylander et Dacerius multa, quae noſtri inſtituti non ſunt. [Xylandri nempe ad hunc locum annotatio haec eſt: De Attibus ab apro interfectis nihil plane mihi conſtat. Attem quidem, cuius apud Dindymenem eſt fanum et cultus, Phrygem fabulantur, et eum ab apro fuiſſe interfectum, ex Hegeſiana ſte poëta refert lib. VII. Pauſanias, quanquam fieri facile, in fabulis praeſertim, potuit, vt alii Phrygem, alii Syrum dicerent. Quod ad Actaeonas attinet, eius, qui a canibus laceratus traditur, notiſſima eſt fabula. Alterius non ita celebris eſt hiſtoria, quam repetere poſſunt lectores ex Apollonii ſcholiaſte, in lib. IV, paragr. 75. Tametſi enim non diſerte amoris ibi fit mentio, tamen, quae cauſa Bacchiadis fuerit Actaeonem, Meliſſi filium, rapiendi, facile intelligitur. Neſcio autem, mirarine debeam, an deteſtari, oſcitantiam eorum, qui Dictionaria poëtica componunt: adeo ſaepe in fraudem imperitos inducunt. Sicut hic quidam Bacchiadas, hoc eſt, Corinthi principes, a Bacchide, vel Bacchio, Herculis filio, genus trahentes, idque adeo ex hoc ipſo interpretis Apollonii loco, *Bacchi orgia celebrantes* conuertit.]

4 τοὺς Bodl. 4.

5 καὶ

Δουρείου προσαγορευθέντος ἵππου [5]· τρίτον δ' ὑπὸ Χαριδήμου, ταῖς πύλαις ἵππου τινὸς ἐμπεσόντος, ἀποκλεῖσαι ταχὺ τῶν Ἰλιέων [6] μὴ δυνηθέντων. δυεῖν δὲ ὁμωνύμων τοῖς εὐωδεστάτοις φυτοῖς πόλεων [7], Ἴου καὶ Σμύρνης, τὸν ποιητὴν Ὅμηρον ἐν ᾗ μὲν γενέσθαι λέγουσιν, ἐν ᾗ δ' ἀποθανεῖν. φέρε, καὶ τοῦτο προσθῶμεν αὐτοῖς, ὅτι καὶ τῶν στρατηγῶν οἱ πολεμικώτατοι, καὶ πλεῖστα δόλῳ κατεργασάμενοι μετὰ δεινότητος, ἑτερόφθαλμοι γεγόνασι, Φίλιππος, Ἀντίγονος, Ἀννίβας, περὶ οὗ τόδε τὸ σύγγραμμα, Σερτώριος· ὃν Φιλίππου μὲν ἄν τις ἀποφαίνοιτο σωφρονέστερον περὶ τὰς γυναῖκας, Ἀντιγόνου δὲ πιστότερον περὶ φίλους, Ἀννίβου [8] δὲ ἡμερώτερον πρὸς [9] πολεμίους, λειπόμενον δὲ συνέσει μὲν οὐδενὸς τούτων, τύχῃ δὲ πάντων. ᾗ πολὺ τῶν ἐμφανῶν πολεμίων χαλεπωτέρᾳ περὶ πάντα χρησάμενος, ἐπανίσωσεν ἑαυτὸν ἐμπειρίᾳ μὲν τῇ Μετέλλου, τόλμῃ δὲ τῇ Πομπηΐου, τύχῃ δὲ τῇ Σύλλα, δυνάμει δὲ τῇ Ῥωμαίων,

appellatum equum: tertio a Charidemo, quum, prolapso in porta equo, eam claudere cito Troiani non potuissent: plantis duabus fragrantissimis cognominum vrbium, Ii et Smyrnae, quae significant violam et myrrham, Homerum poëtam in vna natum perhibeant, defunctum in altera) age, subnectamus hoc superioribus, imperatorum nempe bellicosissimos, quique plurima dolo et calliditate perpetrauerunt, altero lumine orbatos fuisse, Philippum, Antigonum, Annibalem, et, de quo nunc tractamus, Sertorium: quem Philippo dicas in amoribus fuisse continentiorem, Antigono firmiorem erga amicos, clementiorem erga hostes Annibale, nulli horum prudentia concedere, sed omnibus fortuna: quae cum omnibus in rebus multo plus ei, quam aperti hostes, molestiae exhibuerit, ipse tamen sese, belli scientia cum Metelli vsu, audacia cum Pompeii, fortuna cum Syllae, potentia cum populi Romani

5 καὶ ὑπὸ Ἀγαμέμνονος διὰ τοῦ Δουρείου προσαγορευθέντος ἵππου] Haec verba absunt a Bodl. 4.

6 Ἰλίων Vulcob.

7 πόλεων] Vrbem non faciunt alii Ion, sed insulam. *Moses Dusoul.*

8 Ἀννίβα Bodl. 4.

9 κατὰ Vulc.

10 βι-

φυγὰς καὶ βαρβάρων ἔπηλυς ἄρχων ἀντιταξάμενος. τού-
τῳ δὲ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων τὸν Καρδιανὸν ὁμοιοῦμεν Εὐ-
μενῆ. ἀμφότεροι γὰρ ἀρχικοὶ, καὶ σὺν δόλῳ πολεμικοὶ,
καὶ τῆς μὲν αὐτῶν ἀποξενωθέντες, ἡγησάμενοι δ᾽ ἀλλο-
δαπῶν, τύχῃ δὲ χρησάμενοι βιαίῳ καὶ ἀδίκῳ [10] περὶ
τὴν τελευτήν. ἐπιβουλευθέντες γὰρ ἀμφότεροι, μεθ᾽ ὧν
τοὺς πολεμίους ἐνίκων, ὑπὸ τούτων ἀνῃρέθησαν.

2. Κοΐντῳ Σερτωρίῳ γένος ἦν οὐκ ἀσημότατον ἐν πό-
λει Νούσσοις [11] τῆς Σαβίνων· τραφεὶς δὲ κοσμίως ὑπὸ μη-
τρὶ χήρᾳ, πατρὸς ὀρφανὸς, ὑπερφυῶς δοκεῖ φιλομήτωρ
γενέσθαι. ὄνομα τῆς μητρὸς Ῥέαν λέγουσιν. ἤσκητο μὲν
οὖν καὶ περὶ δίκας ἱκανῶς, καί τινα καὶ δύναμιν ἐν τῇ πό-
λει μειράκιον ὢν [12] ἀπὸ τοῦ λέγειν ἔσχεν. αἱ δὲ περὶ τὰ
στρατιωτικὰ λαμπρότητες αὐτοῦ καὶ κατορθώσεις ἐνταῦθα
τὴν φιλοτιμίαν μετέστησαν.

3. Πρῶτον μὲν οὖν, Κίμβρων καὶ Τευτόνων ἐμβεβλη-

Romani viribus exſul et barbarorum aduena dux parem conſti-
tuit. Huic in Graecis potiſſimum aequiparamus Cardianum Eu-
menem. Ambo enim inſignes fuerunt imperatores, et aſtuti bel-
latores, extra patriam peregrinantes, alienigenarum ductores, for-
tuna conflictati aſpera, ad exitum et violenta: ſiquidem circum-
uentus vterque inſidiis, atque, quibuſcum hoſtes vicerat, ab
iiſdem eſt oppreſſus.

Q. Sertorius, non obſcuriſſimis natalibus, ex Sabinis, op-
pido Nurſia, ortus fuit. A matre vidua patre orbus honeſte edu-
catus genitricem dilexit mirifice: nomen matris Rheam dicunt.
In cauſis dicendis ſatis fuit verſatus, collegeratque adoleſcens
nonnullas ex dicendi facultate opes. Verum ornamenta eius mi-
litaria et praeclara facta eo animum deflexere.

Prima ſtipendia, quum Cimbri et Teutones impreſſionem
feciſ-

10 βιαίῳ] Adde καὶ ἀδίκῳ, quod in Fl. Ed. [item Ald.] erat, et reperitur in Anon. Bodl. quarto, et Mur. [ſed Vulc. pro βιαίῳ exhibet βιαίῳ, et καὶ ἀδίκῳ omittit.]

11 Νούσσοις] Lege cum Anon. et Mur. Νουρσίᾳ.

12 ὢν Bodl. 4.

13 Σκι-

κότων εἰς Γαλατίαν, στρατευόμενος ὑπὸ Καιπίωνι [13], κακῶς ἀγωνισαμένων τῶν Ῥωμαίων, καὶ τροπῆς γενομένης, ἀποβεβληκὼς τὸν ἵππον, καὶ κατατετρωμένος τὸ σῶμα τὸν Ῥοδανὸν διεπέρασεν, αὐτῷ τε τῷ θώρακι καὶ θυρεῷ, πρὸς ἐναντίον ῥεῦμα πολὺ νηχόμενος. οὕτω τὸ σῶμα ῥωμαλέον ἦν αὐτῷ καὶ διάπονον τῇ ἀσκήσει. δεύτερον δὲ τῶν αὐτῶν ἐπερχομένων μυριάσι πολλαῖς καὶ δειναῖς ἀπειλαῖς, ὥστε καὶ τὸ μένειν ἄνδρα Ῥωμαῖον ἐν τάξει τότε, καὶ τὸ πείθεσθαι τῷ στρατηγῷ, μέγα ἔργον εἶναι, Μάριος μὲν ἡγεῖτο, Σερτώριος δὲ κατασκοπὴν ὑπέστη τῶν πολεμίων. ἐσθῆτι δὲ Κελτικῇ σκευασάμενος, καὶ τὰ κοινότατα τῆς διαλέκτου πρὸς ἔντευξιν ἐπὶ καιροῦ παραλαβὼν, ἀναμίγνυται τοῖς βαρβάροις· καὶ τὰ μὲν ἰδὼν, τὰ δ' ἀκοῇ πυθόμενος τῶν ἐπειγόντων, ἐπανῆλθε πρὸς Μάριον. τότε μὲν οὖν ἀριστείων ἔτυχεν· ἐν δὲ τῇ λοιπῇ στρατείᾳ πολλὰ καὶ συνέσεως ἔργα καὶ τόλμης ἀποδειξάμενος, εἰς ὄνομα καὶ πίστιν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ προήχθη. μετὰ δὲ τὸν [14]

fecissent in Galliam, sub Caepione faciens, quum essent Romani fusi fugatique, equo amisso ac conciso, vulneribus corpore Rhodanum transmisit cum ipsa lorica et scuto aduersis ingentibus vndis natans. Adeo erat robusto corpore et subacto exercitatione. Incumbentibus iterum illis infinita multitudine et terribilibus minis, vt magni operis esset, militem Romanum tunc vllum ordines tenere et dicto audientem esse duci, (dux Marius erat) Sertorius suscepit ire speculatum hostes. Vestitu amictus Gallico, et maxime communia linguae ad congressum ex tempore doctus, miscuit se barbaris. Vbi praecipue necessaria partim contemplatus est, partim accepit auribus, ad Marium est regressus. Cuius rei causa donis militaribus est honoratus. Per reliquum belli multa prudentiae, multa audaciae edidit opera, vnde nomen et fidem apud imperatorem meruit. Bello profligato Cimbrico et

13 Σκιπίωνι] Scribe Καιπίωνι: vt est in Anon. et Mur. et vide, quae ad 176, 7. annotata sunt. Lat. Int. *Caepionem* recte scripsit. Gallicus et Anglicus Scipionem retinuerunt. Ille tamen in Nota de mendo monet.

14 μετὰ δὲ τῶν K. Bodl. 4.

15 post

Κίμβρων καὶ Τευτόνων πόλεμον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Δειδίῳ στρατηγῷ χιλίαρχος ἐπ' Ἰβηρίας, ἐν τῇ πόλει Κάστλωνι παρεχείμαζε τῆς Κελτιβήρων. ἐπεὶ δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐν ἀφθόνοις ὑβριζόντων καὶ τὰ πολλὰ μεθυόντων καταφρονήσαντες οἱ βάρβαροι, μετεπέμψαντο νυκτὸς [15] ἐπικουρίαν παρὰ τῶν ἀστυγειτόνων Γυρισοινῶν [16], καὶ κατ' οἰκίας [17] ἐπιόντες ἔκτεινον αὐτοὺς, ὑπεκδὺς ὁ Σερτώριος μετ' ὀλίγων, καὶ τοὺς ἐκπίπτοντας συναγαγὼν κύκλῳ τὴν πόλιν περιῆλθε· καὶ καθ' ἃς οἱ βάρβαροι πύλας ἔλαθον παρεισπεσόντες, ἀνεωγμένας εὑρὼν, οὐ ταὐτὸν ἐκείνοις ἔπαθεν, ἀλλὰ φρουρὰς ἐπιστήσας, καὶ καταλαβὼν πανταχόθεν τὴν πόλιν, ἔκτεινε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πάντας. ὡς δ' ἀνῃρέθησαν, ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας πάντας [18] τὰ μὲν αὐτῶν ὅπλα [19] καὶ τὴν ἐσθῆτα καταθέσθαι, τοῖς δὲ τῶν βαρβάρων ἐνεσκευασμένους [20] ἕπεσθαι πρὸς τὴν πόλιν ἐκείνην, ἐξ ἧς ἀπεστάλησαν οἱ νύκτωρ ἐπιπεσόντες αὐτοῖς.

et Teutonico, tribunus militum in Hispaniam sub Didio praetore missus, hybernauit in vrbe Celtiberorum, Castulone. Quum vero milites in abundantia rerum petulantes et fere mero profligatos contemnerent barbari, auxilium noctu implorauerunt a vicinis Gyrisoenis, factoque per domos impetu interfecerunt eos. Ibi Sertorius cum paucis oppido elapsus, contractis iis, qui euaserant, circulauit moenia, et qua porta fuerant barbari furtim ingressi, quum patentem eam reperisset, non idem, ac illi, fecit, verum statione apposita, atque occupata omni ex parte vrbe, omnes puberes occidit. Quibus contrucidatis, imperat militibus, vt, armis et vestibus suis positis, et barbarorum sumtis, pergant ad vrbem illam, ex qua fuerant missi, qui nocte oppresserant ipsos. Ludi-

15 post νυκτὸς indit αὐτοὺς Bodl. 4. sed versu 7. post ἔκτεινον hoc pronomen omittit, errore, vt videtur, librarii.

16 Γυρισοινῶν] Bodl. 4. Γυρισινῶν. Vtrumque ignotum. Forsan legendum est Ὠρισίων. Vrbs enim erat illius tractus. Vide Cellar. *Moses Dusoul.*

17 κατὰ σκηνὰς Bodl. 4.

18 ἅπαντας Vulc.

19 ὁπλίζεσθαι μὲν τὰ ἐκείνων ὅπλα Bodl. 4.

20 ἐνσκεβασμένοις (sic) Vulc. vulgatae dant ἐνσκευασμένους.

21 πρω-

ψευσάμενος δὲ τῇ τῶν ὅπλων ὄψει τοὺς βαρβάρους, τάς τε πύλας ἀνεωγμένας εὗρε, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἔλαβεν, οἰομένων ἀπαντᾶν εὖ πεπραχόσι φίλοις καὶ πολίταις. διὸ πλεῖστοι μὲν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐσφάττοντο περὶ τὰς πύλας, οἱ δὲ λοιποὶ παραδόντες ἑαυτοὺς ἐπράθησαν.

4. Ἐκ τούτου Σερτώριος ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ διεβοήθη· καὶ ὅτε πρῶτον ἐπανῆκεν εἰς Ῥώμην, ταμίας ἀποδείκνυται τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας, ἐν δέοντι. τοῦ γὰρ Μαρσικοῦ πολέμου συνισταμένου, στρατιώτας τε προσταχθὲν αὐτῷ καταλέγειν, καὶ ὅπλα ποιεῖσθαι, σπουδὴν καὶ τάχος προσθεὶς τῷ ἔργῳ, παρὰ τὴν τῶν ἄλλων νέων βραδυτῆτα καὶ μαλακίαν, ἀνδρὸς ἐμπράκτως βιωσομένου δόξαν ἔσχεν. οὐ μὴν ὑφήκατο τῆς στρατιωτικῆς τόλμης, εἰς ἀξίωμα προεληλυθὼς [21] ἡγεμόνος, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἐπιδεικνύμενος [22] ἔργα θαυμαστὰ, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδιδοὺς, τῶν ὄψεων ἀπέβαλε τὴν ἑτέραν ἐκκοπεῖσαν. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ [23] καλλωπιζόμενος ἀεὶ διετέλει· τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους οὐκ ἀεὶ τὰ μαρτύρια τῶν ἀριστείων περιφέρειν, ἀλ-

Ludificatis armorum ſpecie barbaris, offendit portas patentes, et multos mortales cepit, qui amicis et ciuibus, re bene geſta, arbitrabantur ſe proceſſuros obuiam. Vnde multi ſunt a Romanis circa portas contrucidati, reliqui, deditione facta, ſub corona veniere.

Hinc Sertorii ingens in Hiſpania nomen fuit. Adeoque vt primum eſt ad vrbem reuerſus, quaeſtor Galliae circumpadanae in tempore creatur. Nam bello exardeſcente Marſico, iuſſus delectum habere et arma parare, ſtudio et feſtinatione rei adhibita praeter caeterorum iuuenum lentitudinem et mollitiam, peperit ſibi viri impigri opinionem. Atqui non deceſſit de militari audacia, vbi ad dignitatem adſpirauit ducis: ſed et manu praeclara opera edidit, corporique in certaminibus minus parcendo, alterum oculum, qui fuit ei erutus, amiſit. Ob quod etiam gloriabatur perpetuo, alios non ſemper ſtrenuitatis circumferre ſecum teſtimonia, ſed

21 προελθὼν Bodl. 4.
22 ἔτι ἐνδεικνύμενος idem.
23 καὶ omittit idem.

24 κα·

λὰ καὶ ἀποτίθεσθαι, ϛρεπτὰ καὶ δόρατα καὶ ϛεφάνους· αὐτῷ δὲ τῆς ἀνδραγαθίας παραμένειν τὰ γνωρίσματα, τοὺς αὐτοὺς ἔχοντι τῆς ἀρετῆς ἅμα καὶ τῆς συμφορᾶς θεατάς. ἀπέδωκε δὲ καὶ ὁ δῆμος αὐτῷ τιμὴν πρέπουσαν. εἰσελθόντα γὰρ εἰς θέατρον ἐξεδέξατό τε κρότῳ καὶ κατευφήμησεν[24]. ὧν οὐδὲ τοῖς πάνυ προήκουσιν ἡλικίᾳ τε καὶ δόξῃ[25] τυχεῖν ἦν ῥᾴδιον. δημαρχίαν μέντοι μετιὼν, Σύλλα καταϛασιάσαντος αὐτὸν, ἐξέπεσε· διὸ καὶ δοκεῖ γενέσθαι μισοσύλλας. ἐπεὶ δὲ Μάριος μὲν ὑπὸ Σύλλα κρατηθεὶς ἔφευγε, Σύλλας δὲ Μιθριδάτῃ πολεμήσων ἀπῆρε, τῶν δὲ ὑπάτων Ὀκτάβιος μὲν ἐπὶ τῆς Σύλλα προαιρέσεως ἔμενε, Κίννας δὲ νεωτερίζων ὑποφερομένην ἀνεκαλεῖτο τὴν Μαρίου ϛάσιν· τούτῳ προσένειμεν αὐτὸν ὁ Σερτώριος, ἄλλως τε καὶ τὸν Ὀκτάβιον ὁρῶν αὐτὸν μὲν[26] ἀμβλύτερον ὄντα, τοῖς δὲ Μαρίου φίλοις ἀπιϛοῦντα. γενομένης δὲ τοῖς ὑπάτοις ἐν ἀγορᾷ μάχης μεγάλης, Ὀκτάβιος μὲν ἐκράτησε, Κίννας δὲ καὶ Σερτώριος οὐ πολλῷ

ſed deponere torques, haſtas, coronas: ſibi fortitudinis inſignia permanere, quando eoſdem virtutis ſuae et calamitatis habeat ſpectatores. Habuit etiam ei populus meritum honorem. Nam ingredientem theatrum plauſu excepit et laetis acclamationibus: quod quidem non temere vel honoribus et aetate prouectis deferebat. Tribunatum plebis tamen quum peteret, tulit per Syllanam factionem repulſam: quare Syllae fuiſſe videtur infenſus. Poſtquam autem a Sylla Marius victus fugam cepit, et Sylla ad bellum Mithridaticum eſt profectus: conſules autem, Octauius in Syllanis partibus perſtitit, Cinna vero res nouas moliens, labentem inſtaurauit Marii factionem, huic ſe aſſociauit Sertorius; praeſertim quod conſideraret cum ipſum languidiorem Octauium, tum Marii amicis diffidentem. Commiſſa a conſulibus in foro acri pugna, tulit Octauius victoriam: Cinna et Sertorius, amiſſis non multo

24 κατευφήμησαν] Mur. κατευφήμησεν. Sed κατευφήμισαν leg. *Moſes Duſoul.*
25 προσήκουσιν ἡλικίαν τε καὶ δόξαν Bodl. 4.
26 ita etiam Vulc. vulgo ὁρῶν μὲν αὐτόν.

ἐλάττους τῶν μυρίων ἀποβαλόντες ἔφυγον· καὶ τῶν [27] περὶ τὴν Ἰταλίαν ἔτι διεσπαρμένων στρατοπέδων προσαγόμενοι τὰ πλεῖστα πειθοῖ, ταχὺ κατέστησαν ἀξιόμαχοι τοῖς περὶ τὸν Ὀκτάβιον.

5. Μαρίου δὲ καταπλεύσαντος ἐκ Λιβύης, καὶ τῷ Κίννᾳ προστιθέντος ἑαυτὸν, ὡς [28] ἰδιώτην ὑπάτῳ, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐδόκει δέχεσθαι, Σερτώριος δ' ἀπηγόρευεν· εἴτε τὸν Κίνναν ἧττον οἰόμενος ἑαυτῷ προσέξειν, ἀνδρὸς ἡγεμονικωτέρου παρόντος, εἴτε τὴν βαρύτητα τοῦ Μαρίου δεδοικὼς, μὴ πάντα τὰ πράγματα συγχέῃ, θυμῷ μέτρον οὐκ ἔχοντι πέρα δίκης [29] ἐν τῷ κρατεῖν προερχόμενος [30]. ἔλεγεν οὖν μικρὸν εἶναι τὸ ἀπολειπόμενον ἔργον αὐτοῖς ἤδη κρατοῦσι· δεξαμένων δὲ [31] τὸν Μάριον, τὸ σύμπαν οἴσεσθαι τῆς δόξης ἐκεῖνον καὶ τῆς δυνάμεως, χαλεπὸν ὄντα πρὸς κοινωνίαν ἀρχῆς καὶ ἄπιστον. εἰπόντος δὲ τοῦ Κίννα, ταῦτα μὲν ὀρθῶς ὑπολογίζεσθαι τὸν Σερτώριον, αἰδεῖσθαι δὲ καὶ διαπορεῖν, ὅπως ἀπώσεται τὸν Μάριον, αὐτὸς ἐπὶ κοινωνίᾳ πραγμάτων κεκληκὼς, ὑπο-

multo minus decem millibus, in fugam ſe proiecere. Quum vero milites per Italiam adhuc eſſent diſperſi, pleriſque beneuolentia adſcitis, breui pares euaſerunt Octauio.

Ibi Mario ex Africa aduecto, et Cinnae ſe, vt priuatum conſuli, aggregare volenti, quum caeteri recipiendum conſulerent, diſſuaſit Sertorius, vel quod minus ſibi Cinnam exiſtimaret, viro praeſente bello et imperiis praecellentiore, tributurum, vel quod amarulentiam vereretur Marii, ne omnia miſceret, impotenti ira modum in victoria praetergrediens. Docuit autem, parum operis ipſis iam victoribus reſtare. Quod ſi Marium admitterent, vniuerſum illum gloriae et potentiae laturum fructum, qui in imperii conſortio difficilis eſſet et infidus. Cui quum Cinna diceret, recte ipſum reputare, ſed erubeſcere ſe et haerere, quemadmodum Marium, quem ipſe ad ſocietatem accerſiuiſſet belli, repel-

27 καὶ τῶν] Forſan καίτοι τῶν.
28 προσθέντος ὡς, omiſſo ἑαυτὸν, Bodl. 4.
29 παρὰ δίκην idem.
30 προσχρώμενος Vulc. προσεχόμενος Bodl. 4. προσερχόμενος Iunt. et Ald.
31 δεξάμενοι καὶ Bodl. 4.

32 βου-

λαβὼν ὁ Σερτώριος εἶπεν· Ἀλλ' ἐγὼ μὲν αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ Μάριον ἥκειν νομίζων εἰς Ἰταλίαν, τὸ συμφέρον ἐσκόπουν· σοὶ δὲ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ βουλεύεσθαι[32] καλῶς εἶχεν, ἥκοντος, ὃν αὐτὸς ἐλθεῖν ἠξίωσας, ἀλλὰ χρῆσθαι καὶ δέχεσθαι, τῆς πίστεως μηδενὶ λογισμῷ χώραν διδούσης. Οὕτως μεταπέμπεται τὸν Μάριον Κίννας· καὶ τριχῆ τῆς δυνάμεως διανεμηθείσης, ἦρχον[33] οἱ τρεῖς. διαπολεμηθέντος δὲ τοῦ πολέμου, καὶ τῶν περὶ τὸν Κίνναν καὶ Μάριον ἐμφορουμένων ὕβρεώς τε καὶ πικρίας ἁπάσης, ὥστε χρυσὸν ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις τὰ τοῦ πολέμου κακὰ, Σερτώριος λέγεται μόνος οὔτ' ἀποκτεῖναι τινὰ πρὸς ὀργὴν[34], οὔτ' ἐνυβρίσαι κρατῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ Μαρίῳ δυσχεραίνειν, καὶ τὸν Κίνναν ἐντυγχάνων[35] ἰδίᾳ καὶ δεόμενος μετριώτερον ποιεῖν. τέλος δὲ τῶν δούλων, οὓς Μάριος συμμάχους μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, δορυφόρους δὲ τῆς τυραννίδος ἔχων ἰσχυροὺς καὶ πολλοὺς ἐποίησε, τὰ μὲν ἐκείνου διδόντος καὶ κελεύοντος, τὰ δὲ καὶ βίᾳ παρανομούντων εἰς τοὺς δεσπότας, σφαττόντων μὲν αὐτοὺς, ταῖς δὲ δεσποίναις πλη-

repelleret: reſpondit Sertorius: Atqui ego, quod Marium arbitrarer vltro veniſſe in Italiam, id, quod expediat, reſpiciebam: te vero nec ab initio ponere decebat in deliberationem, poſtquam venit, quem acciuiſti ipſe: verum recipere eum atque vti, neque debebat vllum conſultationi dare fides locum. Ita accerſiuit Marium Cinna, partitiſque copiis, tres illi duces fuere. Bello perpetrato, quum Cinna et Marius nullum non exemplum inſolentiae et crudelitatis ederent, oſtenderentque, rem auream populo Romano belli mala eſſe, ſolus dicitur Sertorius neminem per iram occidiſſe, neque fuiſſe in victoria inſolens: immo tum infenſus Mario fuiſſe, Cinnam priuatim appellaſſe, deprecandoque moderatiorem reddidiſſe. Seruis denique, quos Marius in bello ſocios et dominatus habebat ſatellites, validoſque atque opulentos effecerat, partim illius permiſſione et iuſſu, partim vi dominos opprimentibus, quum ipſos iugularent, dominas violarent,

32 βούλεσθαι Bodl. 4.
33 ἧς ἦρχον idem.
34 κατ' ὀργὴν Vulcob.
35 ἐντυγχάνειν Bodl. 4.

σιαζόντων, καὶ βιαζομένων τὰς παῖδας, ἐκ ἀνασχετὰ ποιέμενος ὁ Σερτώριος, ἅπαντας ἐν ταὐτῷ ςρατοπεδεύοντας [36] κατηκόντισεν, ἐκ ἐλάττες τετρακισχιλίων ὄντας.

6. Ἐπεὶ δὲ Μάριος μὲν ἐτελεύτησε, καὶ Κίννας ἀνῃρέθη μικρὸν ὕςερον, ὁ δὲ νεανίας Μάριος, ἄκοντος αὐτᾶ, παρὰ τὰς νόμας ὑπατείαν ἔλαβε, Κάρβωνες δὲ καὶ Νωρβανοὶ καὶ Σκιπίωνες ἐπιόντι [37] Σύλλᾳ κακῶς ἐπολέμαν· καὶ τὰ μὲν ἀνανδρίᾳ καὶ μαλακίᾳ τῶν ςρατηγῶν ἐφθείρετο, τὰ δ' οἱ προδιδόντες ἀπώλλυσαν· ἔργον δ' ἐδὲν ἦν αὐτᾶ παρόντος τοῖς πράγμασι μοχθηρῶς ὑποφερομένοις, διὰ τὸ χεῖρον φρονεῖν [38] τὰς μᾶλλον δυναμένας· τέλος δὲ Σύλλας, Σκιπίωνι παραςρατοπεδεύσας, καὶ φιλοφρονέμενος, ὡς εἰρήνης ἐσομένης, διέφθειρε τὸ ςράτευμα, καὶ ταῦτα προλέγων Σκιπίωνι καὶ διδάσκων Σερτώριος ἐκ ἔπειθε, παντάπασιν ἀπογνὰς τὴν πόλιν, ὥρμησεν εἰς Ἰβηρίαν, ὡς, εἰ φθάσει τὴν ἐκεῖ κρατυνάμενος

larent, liberos eorum ſtuprarent, rem intolerandam Sertorius cenſens, omnes, caſtra eodem in loco metatos, non intra quatuor millia, iaculis confixit.

Vt deceſſit Marius, Cinna breui poſt interemtus eſt, Marius iunior, illo inuito, cepit contra leges conſulatum; Carbo autem, Norbanus, Scipio, poſt aduentum Syllae ſecus cum eo gerebant res; quae partim timiditate et ignauia ducum dilabebantur, partim labefactabantur a proditoribus, neque ferre ipſe opem ſua praeſentia valebat rebus labaſcentibus, quod minus recte conſulerent illi, qui plus poterant: caſtra denique Sylla Scipioni contulit, blandiendoque et ſimulanda pace infecit exercitum eius: nec, quum haec praediceret, doceretque Scipionem Sertorius, auditus fuit; ſpe ſemel abiecta ſeruandae vrbis, contendit in Hiſpaniam: quo, ſi eam obtineret provinciam,

36 ἐν ταὐτῷ ςρατοπεδεύοντας] Xylander vertit: *eodem in loco caſtra metatos:* et annotat: ἐν ταὐτῷ. Aretinus: *in campo*: vt videatur legiſſe ἐν πεδίῳ, aut aliquid tale. Loquitur autem de ſeruis Bardiaeis, flagitiorum Marianorum adminiſtris.

37 ἔτι ὄντι Bodl. 4.

38 idem pro χεῖρον φρονεῖν dat χειροτονεῖν.

39 ἀνα-

ἀρχὴν, καταφυγὴ τοῖς πταίουσιν ἐνταῦθα τῶν φίλων ἐσόμενος. χειμῶσι δὲ χαλεποῖς χρησάμενος ἐν χωρίοις ὀρεινοῖς, ὑπὸ βαρβάρων ἐπράττετο τέλη καὶ μισθοὺς τοῦ παρελθεῖν τὴν ὁδόν. ἀγανακτούντων δὲ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ δεινολογουμένων, εἰ Ῥωμαίων ἀνθύπατος τέλη καταβαλεῖ βαρβάροις ὀλέθροις, μικρὰ φροντίσας τοῦ δοκοῦντος αἰσχροῦ, καὶ καιρὸν ὠνεῖσθαι φήσας, οὗ σπανιώτερον οὐδὲν ἀνδρὶ μεγάλων ἐφιεμένῳ, τοὺς μὲν βαρβάρους ἐθεράπευσε χρήμασι, τὴν δ' Ἰβηρίαν ἐπειχθεὶς κατέσχε. παραλαβὼν δ' ἔθνη πλήθει μὲν καὶ ἡλικίᾳ ἀκμάζοντα, πλεονεξίᾳ δὲ καὶ ὕβρει τῶν πεμπομένων ἑκάστοτε στρατηγῶν πρὸς ὅλην κακῶς διακείμενα τὴν ἡγεμονίαν, ἀνελάμβανεν [39] ὁμιλίᾳ τε τοὺς δυνατοὺς, καὶ φόρων ἀνέσει τοὺς πολλούς· μάλιστα δὲ τῶν ἐπισταθμιῶν ἀπαλλάξας ἠγαπήθη. τοὺς γὰρ στρατιώτας ἠνάγκαζεν ἐν τοῖς προαστείοις χειμάδια πήγνυσθαι, πρῶτος αὐτὸς οὕτω κατασκηνῶν. οὐ μὴν ἐπὶ τῇ τῶν βαρβάρων εὐνοίᾳ τὸ πᾶν ἐποιήσατο, Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐτόθι μετοικούντων τοὺς ἐν ἡλικίᾳ καθοπλίσας, μη-

vinciam, refugium amicis foret in Italia oppressis. Quum crebris tempestatibus iactaretur, exigebant ab eo in locis montosis barbari vectigal ac mercedem transitus. Indignantibus comitibus eius, et foedum esse dictitantibus, proconsulem Romanum tributum scelestis barbaris pendere, floccipendens id, quod specie erat turpe, et tempus se, quo nihil sit viro grandia affectanti carius, redimere ferens, barbaros argento conciliauit, et Hispaniam maturauit occupare. Quum gentes offendisset multitudine et iuuentute florentes, ob auaritiam autem et iniurias magistratuum, qui quotannis eam in prouinciam mitterentur, plane alienas ab imperio Romano; primores comitate, tributorum remissione leniuit plebem. Inprimis vero grata fuit eis hospitiorum praebendorum sublata necessitas. Siquidem milites hybernacula in suburbiis coëgit constituere, ac tabernaculum suum ipse ibi primus locauit. Nec in barbarorum tamen beneuolentia posuit omnia, sed ciuium Romanorum, qui sedes eo transtulerant, armauit iuuentutem, machinasque

39 ἀνελάμβανεν δὲ Bodl. 4.

 40 ἀπο-

χανάς τε παντοδαπὰς καὶ ναυπηγίας τριηρῶν ὑποβαλόμενος [40], διὰ χειρῶν [41] εἶχε τὰς πόλεις· ἥμερος μὲν ὢν ἐν ταῖς εἰρηνικαῖς χρείαις, φοβερὸς δὲ τῇ παρασκευῇ κατὰ τῶν πολεμίων φαινόμενος.

7. Ὡς δὲ Σύλλαν μὲν ἐπυνθάνετο τῆς Ῥώμης κρατεῖν, ἔρρειν δὲ τὴν Μαρίου καὶ Κάρβωνος στάσιν, αὐτίκα προσδοκῶν στρατιὰν διαπολεμήσουσαν αὐτῷ μεθ' ἡγεμόνος ἀφίξεσθαι, φράγνυται τὰ Πυρηναῖα ὄρη διὰ Ἰουλίου Σαλινάτωρος ἑξακισχιλίους ὁπλίτας ἔχοντος. καὶ μετ' οὐ πολὺ Γάϊος Ἄννιος ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Σύλλα, καὶ τὸν Ἰούλιον ἀπρόσμαχον ὁρῶν, ἐν ἀπόρῳ καθῆστο [42] παρὰ ταῖς ὑπωρείαις. Καλπουρνίου δέ τινος, ἐπίκλησιν Λαναρίου, δολοφονήσαντος τὸν Ἰούλιον, καὶ τῶν στρατιωτῶν τὰ ἄκρα τῆς Πυρήνης ἐκλιπόντων, ὑπερβαλὼν Ἄννιος ἐπῄει χειρὶ μεγάλῃ τοὺς ἐμποδὼν ἀνιστάς. Σερτώριος δ' οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, μετὰ τρισχιλίων εἰς Καρχηδόνα τὴν νέαν καταφυγών, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τῶν νεῶν, καὶ διαπεράσας τὸ πέλαγος, Λιβύῃ κατὰ τὴν Μαυρουσίαν προσέσχεν. ἀφυλάκτοις δὲ τοῖς στρατιώταις ὑδρευομένοις τῶν βαρβάρων ἐπιπεσόντων,

nasque cuiusque generis et naues fabricare instituit: atque ita in potestate retinuit vrbes, in pacis negotiis placidum se, sed terribilem praebens in apparatu hostibus.

Postquam Syllam allatum est potiri vrbe, Marii autem et Carbonis pessum ire partes, haudquaquam dubitans, quin ad debellandum se illico esset exercitus cum duce adfuturus, saltum Pyrenaeum per Iulium Salinatorem sex millibus armatorum obsepit. Nec multo post mittitur a Sylla C. Annius, qui quum Iulium videret inexpugnabilem, ad dorsa montium inops consilii consedit. Verum quia Calpurnius quidam, Lanarius cognomine, Iulium per insidias obtruncauit, iuga Pyrenaea a militibus deserta superauit Annius, magnamque manum secum trahens obsistentes pepulit. Quare impar viribus Sertorius refugit cum tribus millibus militum Carthaginem nouam. Ibi naues conscendit, traiectoque pelago, in Africam est ad Mauritaniam delatus. Milites incaute aquantes barbaris adortis, quum multos

40 ἀποβαλλόμενος Vulc. 41 χειρὸς idem. 42 καθίσατο idem.

43 κατα-

συχνὲς ἀποβαλὼν, αὖθις εἰς Ἰβηρίαν ἀπέπλει, καὶ ταύτης μὲν ἀποκρέεται, Κιλίσσων δὲ ληςρίδων αὐτῷ προσγενομένων [43], Πιτυέσῃ νήσῳ [44] προσέβαλε, καὶ ἀπέβη τὴν παρ' Ἀννίε Φρερὰν βιασάμενος. Ἄννιος δὲ μετ' ὀ πολὺ παρῆν ναυσί τε πολλαῖς καὶ πεντακισχιλίοις ὁπλίταις. πρὸς ὃν ἐπεχείρησε μὲν διαναυμαχεῖν, καίπερ ἐλαφροῖς, καὶ πρὸς τάχος, ὀ πρὸς ἀλκὴν, πεποιημένοις σκάφεσι χρώμενος· ζεφύρῳ δὲ λαμπρῷ [45] τὲ πελάγες ἀνισαμένε, καὶ τὰ πολλὰ τῶν τὲ Σερτωρίε πλοίων ὑπὸ κεφότητος πλάγια [46] ταῖς ῥαχίαις περιβάλλοντος, αὐτὸς ὀλίγαις ναυσὶ τῆς μὲν θαλάσσης ὑπὸ τὲ χειμῶνος εἰργόμενος, τῆς δὲ γῆς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἡμέρας δέκα σαλεύων πρὸς ἐναντίον κῦμα καὶ κλύδωνα τραχὺν, ἐπιπόνως διεκράτησεν [47].

multos amisisset, in Hispaniam retro vela fecit: qua quum arceretur, adiunctis sibi nauibus piraticis ex Cilicia, decurrit ad insulam Pityusam, expositisque militibus, praesidium Annii oppressit. Mox Annius magna classe et legionariorum quinque millibus adfuit; quicum proelium nauale Sertorius instítit committere, quamuis leues haberet, atque ad agilitatem, non ad robur, fabricatas naues. At quia salum vehemente Zephyro intumuit, nauesque Sertorii complures ob leuitatem in litus scopulosum expulit obliquas: ipse paucis nauibus, quum mari per tempestatem et per hostes summoueretur terra, dies decem cum aduersis fluctibus et saeua luctatus tempestate magno labore sustinuit.

Vbi

43 καταγενομένων idem.

44 Πιτυέσῃ νήσῳ] In Baleari-co mari duae sunt insulae Pityusae, quarum maior Ebyssus, minor Ophiusa dicitur. Ptolemaeus libro secundo in descriptione Hispaniae. *Xylander.*

45 ζεφύρῳ δὲ λαμπρῷ] Sic supra λαμπρὸς ἄνεμος, (97, 16.) et infra λαμπρὸν πνεῦμα. (511, 18.) Sic (V. 72, 17.) λαμπρὸς νότος. Quae ideo huc adduco, ne quis arbitretur, λάβρῳ hic scriptum fuisse, vt IV. 39, 12. in qua et ego aliquamdiu haesi sententia. *Moses Dusoul.*

46 πελάγια Bodl. 4.

47 διεκράτησεν] Legitur et διεκαρτέρησεν. *H. Stephanus.* Sic est in Bodl. 4.

48 Φε-

8. Ἐνδόντος δὲ τοῦ πνεύματος φερόμενος [48] νήσοις τισὶν ἐναυλίζεται σποράσιν, ἀνύδροις· κἀκεῖθεν ἄρας καὶ διεκβαλὼν τὸν Γαδειραῖον πορθμὸν, ἐν δεξιᾷ τοῖς ἐκτὸς ἐπιβάλλει τῆς Ἰβηρίας, μικρὸν ὑπὲρ τῶν τοῦ Βαίτιος ἐκβολῶν, ὃς εἰς τὴν Ἀτλαντικὴν ἐκφερόμενος θάλατταν, ὄνομα τῇ περὶ αὐτὸν Ἰβηρίᾳ παρέσχεν. ἐνταῦθα ναῦται τινὲς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ, νέον ἐκ τῶν Ἀτλαντικῶν νήσων ἀναπεπλευκότες [49], αἳ δύο μὲν εἰσὶ, λεπτῷ παντάπασι πορθμῷ διαιρούμεναι, μυρίους δ' ἀπέχουσαι Λιβύης σταδίους, καὶ ὀνομάζονται μακάρων. ὄμβροις δὲ χρώμεναι μετρίοις σπανίως, τὰ δὲ [50] πλεῖστα πνεύμασι μαλακοῖς καὶ δροσοβόλοις, οὐ μόνον ἀροῦν καὶ φυτεύειν παρέχουσιν ἀγαθὴν καὶ πίονα χώραν, ἀλλὰ καὶ καρπὸν αὐτοφυῆ φέρουσιν, ἀποχρῶντα πλήθει καὶ γλυκύτητι βόσκειν ἄνευ πόνων καὶ πραγματείας σχολάζοντα δῆμον. ἀὴρ δ' ἄλυπος ὡρῶν τε κράσει καὶ μεταβολῆς μετριότητι, κατέχει τὰς νήσους. οἱ μὲν γὰρ ἐνθένδε τῆς γῆς ἀποπνέοντες ἔξω βορέαι καὶ ἀπηλιῶται, διὰ μῆκος ἐκπεσόντες εἰς τόπον ἀχα-

Vbi ceciderunt venti, delatus in insulas quasdam est dispersas, sitientes, vbi commoratus est. Ex quibus soluens transmissoque freto Gaditano, dextrorsum flectens ad eam Hispaniae oram, quae exposita oceano est, applicat paulo supra ostia Baetis, qui in oceanum Atlanticum se exonerans circumiectae Hispaniae nomen dedit. Hic nautae quidam conueniunt eum, modo ex insulis Atlanticis aduecti. Sunt hae duae perangusto diuulsae freto, et distant ab Africa duodecies centena millia passuum; Fortunatae appellantur. Imbres habent moderatos, sed raros, plerumque molles ventos et rorantes. Vnde solum bonum est et vber, non sementi modo et plantis, sed et sua sponte profundit fructum, qui copia et suauitate populum alere otiosum abunde citra laborem hominum et fatigationem valeat. Coelum ambit has insulas temporum moderatione et vicissitudinis mediocritate lene. Nam qui ex hac plaga illud perflant Boreae et Subsolani, propter tantum interualli in locum delati vastum dissipantur, et antequam

48 φερόμενος abest a Bodl. 4.
49 ἐκπεπλευκότες Vulc.
50 ὄλβιοι χρώμεναι μετρίοις σπανίσαντα δὲ Bodl. 4.

νῆ διασπείροντα καὶ προαπολείπουσι [51]· πελάγιοι δὲ περιῤῥέοντες ἀργέσαι καὶ ζέφυροι, βληχροὺς μὲν ὑετοὺς καὶ σποράδας ἐκ θαλάττης ἐπάγοντες, τὰ δὲ πολλὰ νοτεραῖς [52] αἰθρίαις ἐπιψύχοντες ἡσυχῇ τρέφουσιν· ὥστε μέχρι τῶν βαρβάρων διῖχθαι πίστιν ἰσχυρὰν, αὐτόθι τὸ Ἠλύσιον εἶναι πεδίον, καὶ τὴν τῶν εὐδαιμόνων οἴκησιν, ἣν Ὅμηρος ὕμνησε.

9. Ταῦθ' ὁ Σερτώριος ἀκούσας, ἔρωτα θαυμαστὸν ἔσχεν οἰκῆσαι τὰς νήσους, καὶ ζῆν ἐν ἡσυχίᾳ, τυραννίδος ἀπαλλαγεὶς καὶ πολέμων ἁπάντων. αἰσθόμενοι δ' οἱ Κίλικες, οὐδὲν εἰρήνης δεόμενοι καὶ σχολῆς, ἀλλὰ πλούτου καὶ λαφύρων, εἰς Λιβύην ἀπέπλευσαν, Ἀσκάλιον [53] τὸν Ἴφθα κατάξοντες ἐπὶ τὴν Μαυρουσίων βασιλείαν. οὐ μὴν ἀπέκαμεν ὁ Σερτώριος, ἀλλὰ τοῖς πρὸς [54] τὸν Ἀσκάλιον διαπολεμοῦσιν ἔγνω βοηθεῖν, ὡς οἱ σὺν αὐτῷ καινήν τινα λαβόντες ἐλπίδων ἀρχὴν καὶ πράξεων ἑτέρων ὑπόθεσιν, μὴ διαλυθεῖεν [55] ὑπὸ τῆς ἀπορίας. ἀσμένοις δὲ

eo perferantur, vim ſuam amittunt. Qui circumfunduntur marini, Cauri atque Zephyri, lentas pluuias ex pelago et raras afferentes, ſaepius autem humentibus ſerenitatibus refrigerantes, alunt leniter. Vnde fides vſque ad barbaros perlata firma eſt, campos Elyſios eo loco et beatorum ſedes, quas decantauit Homerus, eſſe.

Quibus intellectis, mirifico deſiderio Sertorius captus eſt illas inſulas incolendi atque in quiete viuendi, dominatu et bellis omnibus explicatus. Id vbi ſenſerunt Cilices, qui non quaerebant pacem, vel otium, ſed pecuniam et praedam, abnauigauerunt in Africam, vt Aſcalim, Iphthae filium, in regnum Mauritaniae reducerent. Haud ſuccubuit tamen Sertorius, verum hoſtibus Aſcalis ſtatuit ſuccurrere, vt milites ſui, nouae ſpei oblata occaſione et rerum materia aliarum, ne inopia diſſiparentur. Quum eſſet

51 προσαπολείπουσι Vulc.
52 νοτεραῖς abeſt a Bodl. 4.
53 Ἀσκάλιον] Scribe Ἄσκαλιν, cum Bodl. 4. Sicuti in ſequentibus ſcribitur ab omnibus.
54 κατὰ Vulc.
55 διαμαρτεῖεν Bodl. 4.

 56 κατα-

τοῖς Μαυρουσίοις ἀφικόμενος εἴχετο ἔργου, καὶ καταμαχεσάμενος [56] τὸν Ἄσκαλιν ἐπολιόρκει. Σύλλα δὲ Πακκιανὸν [57] ἐκπέμψαντος βοηθῆσαι τοῖς περὶ τὸν Ἄσκαλιν μετὰ δυνάμεως, συμβαλὼν ὁ Σερτώριος, τὸν μὲν Πακκιανὸν ἀπέκτεινεν, τὴν δὲ στρατιὰν κρατήσας προσηγάγετο· καὶ τὴν Τιγέννην [58], εἰς ἣν ὁ Ἄσκαλις συνέφυγε μετὰ τῶν ἀδελφῶν, ἐξεπολιόρκησεν. ἐνταῦθα τὸν Ἀνταῖον οἱ Λίβυες ἱστοροῦσι κεῖσθαι, καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ Σερτώριος διέσκαψε, τοῖς βαρβάροις ἀπιστῶν διὰ μέγεθος. ἐντυχὼν δὲ τῷ σώματι πηχῶν ἑξήκοντα [59] μῆκος, ὥς φασι, κατεπλάγη, καὶ σφάγιον ἐντεμὼν, συνέχωσε τὸ

esset Mauris aduentus eius gratus, operi manum admouit, victumque proelio circumsedit Ascalim. Paccianum a Sylla cum exercitu missum Ascali subsidio occidit Sertorius in acie, victorque copias Pacciani sibi adiunxit: oppidumque Tigennam, quo confugerat cum fratribus Ascalis, expugnauit. Ibi Antaeum tradunt Afri conditum, eiusque tumulum eruit Sertorius, non habita barbaris fide ob magnitudinem. Vt autem corpus offendit sexaginta cubitos (vt fama est) longum, obstupuit, caesisque victimis tumulum adaggerauit, honoresque

56 κατακυκλωσάμενος idem.

57 Πακιανὸν idem. sic et infra.

58 Τιγέννην] Haud scio, an pro *Tigenna Tingis* sit legendum. Apud nullum quidem geographum Tigennam reperio nominatam: et quae de Antaeo dicuntur, faciunt eo, vt Tingim legamus. Eadem sunt apud Strabonem lib. XVII (nisi quod ibi crebro Λίγγις pro Τίγγις legitur) et apud alios. Fabula de Antaeo eiusdem loci occasione refertur a Lucano lib. IV. *Xylander.* Mur. Τίγγιν. Strabonem audiamus, p. 825. D. Τίγγα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, Λίγγα δὲ Ἀρτεμίδωρος.. Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον. *Moses Dusoul.* [Ἀσιγένην dat Bodl. 4.]

59 πηχῶν ἑξήκοντα] Apud Strabonem quum legatur σκελετὸν (pro quo noster σῶμα posuit) ξ πηχῶν, interpres splendide auxit fabulam, et *tibiam sexaginta cubitorum* vertit. Hoc est ἐπιμετρεῖν τῷ μυθικῷ. Quid sit *sceletos*, nemo prope nescit. *Xylander.* Totam hanc fabulam ex Gabinio, scriptore Romano, hausisse videtur Plutarchus. Vide Strabonem, 829. B. Ed. Par. *Dacerius.*

60 Τι-

μνῆμα, καὶ τὴν περὶ αὐτȣ͂ τιμήν τε καὶ φήμην συνηύξησε. Τιγεννῆται [60] δὲ μυθολογȣ͂σιν, Ἀνταίȣ τελευτήσαντος, τὴν γυναῖκα, Τίγγην, Ἡρακλεῖ συνελθεῖν· Σόφακα δ' ἐξ αὐτῶν γενόμενον, βασιλεῦσαι τῆς χώρας καὶ πόλιν ἐπώνυμον τῆς μητρὸς ἀποδεῖξαι· Σόφακος δὲ παῖδα γενέσθαι Διόδωρον, ᾧ πολλὰ τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν ὑπήκȣσεν, Ἑλληνικὸν ἔχοντι ςράτευμα τῶν αὐτόθι κατῳκισμένων ὑφ' Ἡρακλέȣς Ὀλβιανῶν καὶ [61] Μυκηναίων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀνακείσθω τῇ Ἰόβα χάριτι, τȣ͂ πάντων ἱςορικωτάτȣ βασιλέων. ἐκείνȣ γὰρ ἱςορȣ͂σι τȣ̀ς προγόνȣς Διοδώρȣ καὶ Σόφακος ἀπογόνȣς εἶναι. Σερτώριος δὲ πάντων ἐγκρατὴς γενόμενος, τȣ̀ς δεηθέντας αὐτȣ͂ καὶ πιςεύσαντας ȣ̓κ ἠδίκησεν, ἀλλὰ καὶ χρήματα καὶ πόλεις καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπέδωκεν αὐτοῖς, ὅσα καλῶς εἶχε δεξάμενος διδόντων.

10. Ἐντεῦθεν, ὅποι χρὴ τραπέσθαι, βȣλευόμενον ἐκάλȣν Λυσιτανοὶ, πρέσβεις πέμψαντες ἐφ' ἡγεμονίᾳ· πάντως μὲν ἄρχοντος ἀξίωμα μέγα καὶ ἐμπειρίαν ἔχον-

que et famam eius amplificauit. Fabulantur Tigennenſes, Antaeo defuncto, vxorem eius, Tingen, concubuiſſe cum Hercule, ex quibus editum Sophacem regnum ea in regione obtinuiſſe, atque oppido matris indidiſſe nomen. Sophacis Diodorum filium fuiſſe, cui paruere complures Africae vrbes, exercitumque habuit Graecorum ex Olbianis et Mycenaeis, quos illic collocauerat Hercules. Caeterum haec in Iubae gratiam dicta ſint, regum omnium hiſtorici praeſtantiſſimi. Illius enim maiores Diodori et Sophacis tradunt poſteros fuiſſe. At Sertorius omnia in poteſtate tenens, ſupplices et eos, qui ſe permittebant ipſius fidei, non violauit, immo bona, vrbes, adminiſtrationem illis reddidit, neceſſaria tantum accepit ab vltro dantibus.

Deliberantem, quo ſe verteret inde, Luſitani per legatos ad ſuſcipiendum imperium acciuere. Quaerebant enim omnino hi contra Roma-

60 Τιγεννῖται dant Iunt. et Ald. Ἀτιγεννῆται Bodl. 4.
61 Ὀλβιανῶν καὶ] Inter has duas voces interponit δῆτα Bodl. 4.

62 ἀπὸ

τος δεόμενοι πρὸς τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων [62] Φόβον, ἐκείνῳ δὲ πιςεύοντες αὐτοῖς μόνῳ, καὶ πυνθανόμενοι παρὰ τῶν συγγεγονότων [63] τὸ ἦθος αὐτοῦ. λέγεται δὲ ὁ [64] Σερτώριος οὔτε ὑφ' ἡδονῆς, οὔτε ὑπὸ δέους, εὐάλωτος γενέσθαι, Φύσει δ' ἀνέκπληκτος ὢν παρὰ τὰ δεινὰ, καὶ μέτριος εὐτυχίαν ἐνεγκεῖν [65]· καὶ πρὸς μὲν εὐθυμαχίαν [66] οὐδενὸς ἀτολμότερος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἡγεμόνων· ὅσα δὲ κλωπείας ἐν πολέμοις ἔργα καὶ πλεονεξίας, περὶ τόπους ὀχυροὺς [67] καὶ διαβάσεις τάχους δεομένας, ἀπάτης τε καὶ ψευδῶν ἐν δέοντι σοφιςὴς δεινότατος. ἐν δὲ ταῖς τιμαῖς τῶν ἀνδραγαθημάτων δαψιλὴς Φαινόμενος, περὶ τὰς τιμωρίας ἐμετρίαζε τῶν ἁμαρτημάτων. καίτοι δοκεῖ περὶ τὸν ἔσχατον αὐτοῦ βίον ὠμότητος καὶ βαρυθυμίας τὸ περὶ τοὺς ὁμήρους πραχθὲν ἔργον ἐπιδεῖξαι τὴν Φύσιν οὐκ οὖσαν ἥμερον, ἀλλ' ἐπαμπεχομένην λογισμῷ διὰ τὴν ἀνάγκην. ἐμοὶ δ' ἀρετὴν μὲν εἰλικρινῆ καὶ κατὰ λόγον συνεςῶσαν οὐκ ἄν

Romanorum terrorem inſigni ducem auctoritate et rerum vſu praeditum, ſed vni ei fidebant, quod ab illis, qui habuerant cum eo conſuetudinem, mores eius didiciſſent. Perhibetur Sertorius neque laetitiae, neque timori, facile patuiſſe, fuiſſe natura in periculis imperterritus, et ſecundam fortunam moderate tuliſſe; ad dimicandum ſignis collatis nemine ſui temporis ducum timidior: vbi vero in bello quid praeripiendum eſſet ex occulto, aut praeoccupanda loca munita, aut tranſeundum cum celeritate, aut cum dolo et impoſtura, artifex in loco aſtutiſſimus. In tribuendis ob praeclara facta honoribus prolixus exſtitit, et in ſuppliciis ob delicta exigendis moderatus; quamuis in calce vitae exemplum quod edidit in obſides immanitatis et ſaeuitiae, ingenium dicas aperuiſſe eius non lene, ſed celatum ob neceſſitatem ratione. Mihi vero ſinceram virtutem atque ratione recta firmatam nulla vnquam fortuna videa-

62 ἀπὸ Ῥωμαίων] Scribe, cum Vulc. ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων. *Moſes Duſoul.*

63 pro συγγεγονότων Bodl. 4. dat συγγενομένων, et tum addit haec verba: Σερτωρίῳ καὶ ἐγκωμιαζόντων.

64 δὲ ὁ Σ.] Melius in Bodl. 4. γὰρ ὁ Σ.

65 ἐνασκεῖν Bodl. 4.

66 εὐθυμίαν Vulcob.

67 ἐχυρὰς dant Iunt. et Ald.

68 δο-

ποτε δοκεῖ [68] τύχη τις ἐκστῆσαι πρὸς τοὐναντίον [69]. ἄλλως δὲ προαιρέσεις καὶ φύσεις χρηστὰς, ὑπὸ συμφορῶν μεγάλων παρ' ἀξίαν κακωθείσας, οὐκ ἀδύνατον τῷ δαίμονι συμμεταβαλεῖν τὸ ἦθος. ὃ καὶ Σερτώριον οἶμαι παθεῖν, ἤδη τῆς τύχης αὐτὸν ἐπιλειπούσης, ἐκτραχυνόμενον ὑπὸ τῶν πραγμάτων, γινόμενον [70] πονηρὸν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας.

11. Οὐ μὴν ἀλλὰ τότε γε Λυσιτανῶν [71] καλούντων, ἀπῆρεν ἐκ Λιβύης. καὶ τούτους συνέταττεν εὐθὺς αὐτοκράτωρ στρατηγὸς, καὶ τὴν ἐγγὺς Ἰβηρίαν ὑπήκοον ἐποιεῖτο, τῶν πλείστων ἑκουσίως προστιθεμένων [72], μάλιστα μὲν διὰ τὸ πρᾶον αὐτοῦ καὶ δραστήριον. ἔστι δὲ ἃ καὶ σοφιστικῶς αὐτὸς εἰς ἀπάτην καὶ κήλησιν ἐμηχανᾶτο· καὶ πρῶτόν γε πάντων, τὸ περὶ τὴν ἔλαφον. ἦν δὲ τοιόνδε [73]. Σπάνος, ἀνὴρ δημότης, τῶν ἐπὶ χώρας βιούντων, ἐλάφῳ νεοτόκῳ φευγούσῃ κυνηγέτας ἐπιτυχὼν, αὐτῆς μὲν ἀπελείφθη, τὴν δὲ νεβρὸν, ἐκπλαγεὶς τῇ καινότητι τῆς χρόας

videatur deflectere in contrarium poſſe. Alioquin tamen probos animos et ingenia, magnis calamitatibus afflicta indigne, haud mirum ſit inuertere cum caſu mores. Quod accidiſſe exiſtimo Sertorio, et deſtituente eum fortuna, rebus exacerbatum euaſiſſe aduerſus perfidos crudelem

At tunc euocantibus eum Luſitanis, deceſſit ex Africa, ac dux cum libera poteſtate delectum eorum habuit, finitimam Hiſpaniam ſubegit, pleriſque praeſertim ob placidos eius mores ſtrenuitatemque ſe ei coniungentibus: quaedam etiam ipſe eſt vafre ad impoſturam et illecebras commentatus. Primum autem omnium illud de cerua, quod huiuſcemodi erat: Spanus, vir popularis, ex iis, qui degebant ruri, incidens in ceruam, quae recens pepererat et venatorem fugiebat, non eſt illam aſſequutus, ſed hinnulum coloris raritate obſtupefactus (totus

68 δοκῇ] Mallem δοκεῖ. *Moſes Duſoul.* [Caeterum poſt hoc verbum Vulcob. addit καὶ.]

69 κατ' ἐναντίον Vulcob.

70 γινόμενον] Deeſt καί. aut, pro γινόμενον, γενέσθαι legendum videtur. *Moſes Duſoul.*

71 τὸ ἐνετῶν Bodl. 4.

72 κατατιθεμένων Vulc.

73 τοιοῦτο idem.

74 ἔτι

(λευκὴ γὰρ ἦν πᾶσα) λαμβάνει διώξας. κατὰ τύχην δὲ Σερτωρίου τοῖς τόποις ἐναυλισαμένου, καὶ πᾶν, ὅ τις ἐξ ἄγρας, ἢ γεωργίας, ἥκοι κομίζων, δῶρον ἀσμένως δεχομένου, καὶ φιλοφρόνως ἀμειβομένου τοὺς θεραπεύοντας, ἐγχειρίζει φέρων αὐτῷ τὴν νεβρόν. ὁ δὲ δεξάμενος, αὐτίκα μὲν ἥσθη μετρίως· χρόνῳ δὲ ποιησάμενος τιθασὸν οὕτω καὶ φιλάνθρωπον, ὥστε καὶ καλοῦντος ἀκούειν, καὶ βαδίζοντί ποι παρακολουθεῖν, ὄχλου τε καὶ θορύβου παντὸς ἀνέχεσθαι στρατιωτικοῦ, κατὰ μικρὸν ἐξεθείαζε, φάσκων, Ἀρτέμιδος δῶρον τὴν ἔλαφον εἶναι· καὶ πολλὰ τῶν ἀδήλων ἐπεφήμιζεν αὐτῷ δηλοῦν, γινώσκων, εὐάλωτον [74] εἰς δεισιδαιμονίαν εἶναι φύσει τὸ βαρβαρικόν. ὁ δὲ καὶ προσετεχνᾶτο τοιάδε· γνοὺς γὰρ ἂν κρύφα τοὺς πολεμίους ἐμβεβληκότας ποι τῆς ὑπ' αὐτὸν χώρας, ἢ πόλιν ἀφιστάντας, προσεποιεῖτο τὴν ἔλαφον αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους διειλέχθαι, κελεύουσαν ἐν ἑτοίμῳ τὰς δυνάμεις ἔχειν. αὖθις δὲ νίκην τινὰ τῶν ἑαυτοῦ στρατηγῶν ἀκούσας, τὸν μὲν ἄγγελον ἔκρυπτε, τὴν δ' ἔλαφον ἐστεφανωμένην

(totus enim erat candidus) insequutus cepit. Agebat forte illis in locis Sertorius. Cui, quum, quicquid sibi ex venatione, aut ex agri foetibus, offerretur muneris, exciperet comiter, et benigne remuneraret se colentes, donauit ille hinnulum, et accepit eum Sertorius. Fuit hic ei primum modice gratus: quem quum tempore cicurasset et domasset, adeo vt audiret vocantem, et pergentem aliquo sequeretur, turbamque et strepitum omnem ferret castrensem, traxit rem paulatim in religionem, donum Dianae ceruam ferens, multaque arcana iactabat ab ea se edoceri. Quippe barbaros sciebat natura in superstitionem esse procliues. Auxit hanc opinionem ille alio astu. Quum incurrisse hostes occulte resciuisset aliquo in prouinciam suam, aut oppidum ad defectionem solicitasse, ceruam fingebat se in somnis alloquutam monuisse, vt paratas haberet copias. Alias, intellecta legatorum suorum victoria, nuncium abscondebat, ac ceruam producebat

74 ἔστι δὲ εὐάλωτον dat Bodl. 4. et sequens εἶναι omittit.

ἐπ' εὐαγγελίοις προῆγεν, εὐθυμεῖσθαι παρακαλῶν, καὶ τοῖς θεοῖς θύειν, ὡς ἀγαθόν τι πευσομένους.

12. Οὕτω δὲ χειροήθεις ποιησάμενος αὐτοὺς, ἐχρῆτο πρὸς ἅπαντα μετριωτέροις, οὐχ ὑπ' ἀνδρὸς ἀλλοδαποῦ λογισμῶν, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ στρατηγεῖσθαι πειθομένοις [75]· ἅμα καὶ τῶν πραγμάτων ἐπιμαρτυρούντων τῷ παρὰ λόγον τὴν δύναμιν αὔξάνεσθαι. δισχιλίοις γὰρ ἑξακοσίοις, οὓς ὠνόμαζε Ῥωμαίους [76], συμμίκτοις δὲ ἑπτακοσίοις Λιβύων εἰς Λυσιτανίαν αὐτῷ συνδιαβᾶσι, πελταστὰς τετρακισχιλίους Λυσιτανῶν καὶ ἱππεῖς ἑπτακοσίους προσλαβὼν, ἐπολέμει τέτταρσι [77] Ῥωμαίων στρατηγοῖς· ὑφ' οἷς ἦσαν πεζῶν μὲν δώδεκα μυριάδες, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχίλιοι, τοξόται δὲ καὶ σφενδονῆται δισχίλιοι, πόλεις δ' ἀναρίθμητοι τὸ πλῆθος, αὐτὸς εἴκοσι τὰς πάσας ἐν ἀρχῇ κεκτημένος. ἀλλ' ὅμως ἀσθενὴς οὕτω καὶ μικρὸς ἀρξάμενος, οὐ μόνον ἐθνῶν ἐκράτησε μεγάλων, καὶ πόλεις εἷλε

bat ob faustum nuncium coronatam, gratulari iubens et diis honorem habere, quod breui aliquid essent audituri boni.

Ita mansuefactis vsus est vbique obsequentioribus, quod arbitrarentur, non ab hominis se consiliis peregrini, sed a diuino duce regi. Quod confirmabant res ipsae stupendo virium incremento. Siquidem duobus millibus sexcentis, quos nominabat Romanos, collectitiis Afris septingentis. qui eum sunt in Lusitaniam sequuti, cetratorum Lusitanorum quatuor millibus adiunctis, et equitibus septingentis, bellum gessit cum quatuor Romanis imperatoribus, qui sub signis habebant centum viginti millia peditum, sex millia equitum, sagittariorum et funditorum duo millia, cum vrbibus innumerabilibus, quum viginti solum in vniuersum ipse initio teneret. Attamen viribus auspicatus tam infirmis et exiguis, non modo magnas gentes domuit, et vrbes multas rede-

75 πειθομένους] Vt μετριωτέροις ante habes, ita et hic πειθομένοις scribi necesse est. Et ita in Anon. et Mur. factum video.

76 οὓς ὠνόμαζε Ῥωμαίους] Forsan ἐξώπλιζε. Romani enim reuera erant ab eo armati. Vide 311, 1. Sed vide etiam 331, 14. ἀθροίσαντες βουλὴν, ἣν σύγκλητον ὠνόμαζεν: et 329, vlt. σύγκλητον ἀναγορεῦσαι.

77 τετράσι Vulc. τοῖς Bodl. 4.

78 πυ·

πολλὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιστρατήγων, Κότταν μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησέ πυ· Φίδιον δὲ [78], τὸν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς [79], περὶ τὸν Βαῖτιν ἐτρέψατο, δισχιλίους ἀποκτείνας Ῥωμαίων. Δομέτιον δὲ καὶ Λύσιον [80], ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἑτέρας Ἰβηρίας, διὰ τοῦ ταμίου καταγωνισάμενος, καὶ Θωράνιον [81], ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ὑπὸ Μετέλλου πεμφθέντων μετὰ δυνάμεως, ἀνεῖλεν. αὐτόν τε τὸν Μέτελλον, ἄνδρα Ῥωμαίων [82] ἐν τοῖς τότε μέγιστον καὶ δοκιμώτατον, οὐκ ὀλίγοις σφάλμασι περιβαλὼν, εἰς τοσαύτην ἀπορίαν κατέστησεν, ὥστε

redegit in poteſtatem, verum etiam ex aduerſarum partium ducibus Cottam in freto apud Mellariam pugna nauali contudit: Aufidium, qui Baeticam cum imperio obtinebat, ad Baetin fudit fugauitque, caeſis duobus millibus Romanorum: Domitium et Luſium, alterius Hiſpaniae proconſulem, per quaeſtorem ſuum ſuperauit: Thoranium, Metelli legatum, cum exercitu oppreſſit. Ipſum etiam Metellum, ſummum illius memoriae virum et clariſſimum, non paucis implicatum offenſionibus, ad eas redegit anguſtias, vt L. Lollius

78 πυ· Φίδιον δὲ] Nomen in incerto eſt. *Didium* Xyl. vertit, quia in Anon. (et Mur.) Δείδιον eſt. Cruſerius *Aufidium*, ex coniectura. Sed, quod nemo animaduertit, quid eſt illud πυ, quod praeceſſit? Ego, cum ad ſententiam nihil prorſus faciat, partem nominis huius, qualecunque tandem ſit, fuiſſe arbitror; et Πυρφίδιον in Veteribus Codd. fuiſſe, in quos incidit Freinſhemius, qui in Supplem. Liu. (XC. 28.) *Furſidium* vocat. Φυρφίδιον itaque, vel Πυρφίδιον, reponendum eſt, et abſurdum illud πυ ſic ſanandum. *Moſes Duſoul.*

79 τῶν Βαιτῶν Bodl. 4.

80 καὶ Λύσιον] Κλύσιον in quibuſdam Stephani exemplaribus erat. Xylander, vel *L. Domitium* tantum, vel *Domitium et Lucium*, id eſt, L. Manlium, ſcriptum fuiſſe arbitratur; quia huius meminerunt Oroſius VI. 23. et Liu. Lib. XC. Ego *L. Lollium*, de quo l. 5. hic intruſum arbitror; niſi forte ibi, pro Λεύκιον μὲν Λόλλιον, Λεύκιον μὲν Μάλλιον legendum eſt. *Moſ. Duſ.*

81 Θωράνιον] Τωράνιον Anon. et Mur. *Thorium* ſupplem. Liuiana. In quibuſdam Steph. Θοράνιον. *Moſes Duſoul.*

82 Ῥωμαῖον dat Iuntina, Ῥωμαίον (ſic, ambigue) Aldina.

83 κατα-

Λεύκιον μὲν Λόλλιον ἐκ τῆς περὶ Ναρβῶνα Γαλατίας ἐλθεῖν αὐτῷ βοηθὸν, Πομπήϊον δὲ Μάγνον ἐκ Ῥώμης κατὰ τάχος ἀποςαλῆναι μετὰ δυνάμεως. οὐ γὰρ εἶχεν ὁ Μέτελλος, ὅ τι χρήσαιτο προσπολεμῶν [83] ἀνδρὶ τολμητῇ, πάσης ἐξαναδυομένῳ φανερᾶς μάχης [84], πᾶσαν δὲ μεταβαλλομένῳ μεταβολὴν εὐςαλίᾳ καὶ κουφότητι τῆς Ἰβηρικῆς ςρατιᾶς, αὐτὸς ὁπλιτικῶν [85] καὶ νομίμων [86] ἀσκητὴς γεγονὼς ἀγώνων [87], καὶ ςρατηγὸς ἐμβριθοῦς καὶ μονίμου φάλαγγος, ὤσασθαι μὲν εἰς χεῖρας ἐλθόντας πολεμίους καὶ καταβαλεῖν ἄριςα γεγυμνασμένης, ὀρειβατεῖν δὲ καὶ συνηρτῆσθαι διώξεσι καὶ φυγαῖς ἀπαύςοις ἀνθρώπων ὑπηνεμίων, καὶ λιμὸν ἀνέχεσθαι καὶ δίαιταν ἄπυρον [88] καὶ ἄσκηνον, ὥσπερ ἐκεῖνοι, μὴ δυναμένης.

lius e Gallia Narbonenſi cogeretur ſuppetias ei venire, ac Pompeius Magnus illuc cum exercitu ab vrbe propere mitteretur. Neque enim expedire Metellus poterat, qua ratione bellum gereret cum homine audace, qui omni ſe explicaret aperta pugna, atque in omnem ſpeciem verteret expedito et leui Hiſpano milite: quum ipſe in ſtatariis eſſet et legitimis pugnis verſatus, grauiſque et ſtabilis dux agminis, quod impellere conferentes ſigna hoſtes ac proſternere optime didiciſſet: montes vero ſcandere et tergis inhaerere inceſſanter fugientium hominum pedibus velocium, famem tolerare, viuere ſine pane et tentoriis, vt illi, non valeret.

Ad

83 καταπολεμῶν Vulc. πολεμῶν ſimplex Bodl. 4.

84 μάχης] In nonnullis codicibus τύχης ſcriptum eſt. [ita Vulc.] Non dubito autem, quin lectio illa huic anteferenda ſit. Vertit autem vnus interpres haec verba, πάσης ἐξαναδυομένῳ φανερᾶς μάχης, *qui omni ſe explicaret aperta pugna.* Alter verbo *ſubterfugere* vſus eſt: quod malo. *H. Stephanus.*

85 ὁ πολιτικῶν Vulc. Bodl. 4. Iunt.

86 ὁπλιτικῶν καὶ νομίμων . . . ἀγώνων] μονίμων legitur in Anon. et Mur. quod libens amplecterer, niſi mox adderetur μονίμου φάλαγγος. Sic enim grauis armatura opponeretur εὐςαλίᾳ, *Stataria* κουφότητι. Vide et 436, 12. vbi eundem Metellum vocat iterum ἄνδρα νομίμων ἀθλητὴν ἀγώνων. Sic enim ibi Vulc. habet. Sed Anon. et Mur. iterum μονίμων. *Moſes Duſoul.*

87 ἀγώνων abeſt a Bodl. 4.

88 ἄπυρον] Legitur etiam ἀσπο-

13. Ἔτι δ᾽ αὐτὸς μὲν ἤδη πρεσβύτερος ἦν, καί τι καὶ πρὸς ἀνειμένην ἤδη καὶ τρυφερὰν δίαιταν ἐκ πολλῶν ἀγώνων καὶ μεγάλων ἐνδεδωκώς [89]. τῷ δὲ Σερτωρίῳ συνειστήκει, πνεύματος ἀκμαίου γέμοντι, καὶ κατεσκευασμένον ἔχοντι θαυμασίως τὸ σῶμα ῥώμῃ καὶ τάχει καὶ λιτότητι. μέθης μὲν γὰρ οὐδὲ ῥαθυμῶν ἥπτετο· πόνους δὲ μεγάλους καὶ μακρὰς ὁδοιπορίας καὶ συνεχεῖς ἀγρυπνίας ὀλίγοις [90] εἴθιστο καὶ φαύλοις ἀρκούμενος σιτίοις διαφέρειν. πλάνοις δὲ χρώμενος ἀεὶ καὶ κυνηγεσίοις, ὁπότε σχολάζοι, πάσης διεκδύσεως φεύγοντι, καὶ διώκοντι

Ad haec erat ipſe iam grauior annis, ſeque ex multis et magnis certaminibus ad remiſſam tranſtulerat et delicatam vitam. Cum Sertorio autem committebatur, viuidorum pleno ſpirituum, cui mirifice praeparatum corpus erat robore, agilitate, ſobrietate. Vinolentiae vero ne per otium quidem ſe dedebat. Ingentes labores, prolixa itinera, perpetuas vigilias anguſto et vili contentus victu aſſueuerat ferre. Aſſidue vagans et venans, vbi per otium liceret, quemadmodum eludendus fugienti ſibi, quemadmodum cingendus inſectanti hoſtis eſſet, locorumque

ἄσπορον. [ita Vulcob.] Sed lectionem illam alii huius ipſius operis loci confirmant. Verum δίαιτα ἄπυρος non de iis tantum dicitur, qui ſine pane viuunt, (vt vnus ex interpretibus δίαιταν ἄπυρον καὶ ἄσκηνον reddit *viuere ſine pane et tentoriis*) ſed de iis, qui cibis non coctis veſcuntur, quicunque illi ſint. Sic etiam ἄριστον ἄπυρον dixit hic ſcriptor in Marco Catone, [Vol. II. p. 332. 11. edit. Lond.] in quo cibi non cocti, ſed crudi, eduntur. Itemque apud eundem in libello, qui inſcribitur: Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον, ἢ κατὰ σοφίαν, ἐνδοξότεροι: legimus ἄπυρα σιτία, vbi ſcribit: οἱ μὲν στρατηγοὶ πολλάκις παραγγείλαντες ἄπυρα σιτία κομίζειν, ἐξῆγον ἐπὶ τὰς μάχας τοὺς ἄνδρας. Cui ſimilis eſt etiam apud Suidam locus: ὁ δὲ παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσι τριῶν ἡμερῶν σῖτα παρασκευάζειν ἄπυρα. Cui loco ſubiungit, ἄπυρον τροφὴν eſſe τὴν δι᾽ ὀπώρας καὶ λαχάνων: veluti vbi dicitur de Zenone, eum ἀπύρῳ τροφῇ κεχρῆσθαι. Sed illum interpretem, dum ἄπυρον vertit *ſine pane*, ad πυρὸς, non ad πῦρ, reſpexiſſe exiſtimo: quaſi nimirum ex illo, non hoc, vocabulum iſtud compoſitum eſſet. *H. Stephanus.*

89 δεδωκὼς ſimplex Bodl. 4.

90 ὀλίγοις abeſt a Bodl. 4.

91 ἐκ-

κυκλώσεως, ἀβάτων τε καὶ βασίμων τόπων ἐμπειρίαν προσειλήφει. διὸ τῷ μὲν εἰργομένῳ μάχης, ὅσα νικώμενοι πάσχουσιν ἄνθρωποι, βλάπτεσθαι συνέβαινεν· ὁ δὲ τῷ φεύγειν εἶχε τὰ τῶν διωκόντων. καὶ γὰρ ὑδρείαις ἀπέκοπτε, καὶ σιτολογίας εἶργε, καὶ προϊόντι μὲν ἐμποδὼν [91] ἦν, ἐκίνει δὲ ἱδρυνθέντα· πολιορκοῦντι δ' ἄλλους ἐπιφαινόμενος, ἀντεπολιόρκει ταῖς τῶν ἀναγκαίων ἀπορίαις. ὥστε τοὺς στρατιώτας ἀπαγορεύειν, καὶ τοῦ Σερτωρίου μονομαχῆσαι προκαλουμένου τὸν Μέτελλον, βοᾶν καὶ κελεύειν μάχεσθαι στρατηγὸν στρατηγῷ, καὶ Ῥωμαῖον Ῥωμαίῳ, ἀναδυόμενον δὲ χλευάζειν. ὁ δὲ τούτων [92] μὲν, εὖ ποιῶν, κατεγέλα· στρατηγοῦ γὰρ, ὡς ἔφη Θεόφραστος, δεῖ θάνατον ἀποθνήσκειν τὸν στρατηγὸν, οὐ πελταστοῦ τοῦ τυχόντος. ὁρῶν δὲ τοὺς Λαγγοβρίτας οὐ μικρὰ τῷ Σερτωρίῳ συλλαμβανομένους, δίψῃ [93] δ' ὄντας εὐαλώτους, (ἓν γὰρ ἦν αὐτοῖς [94] φρέαρ ἐν τῇ πόλει, τῶν δ' ἐν τοῖς προαστείοις καὶ παρὰ τὰ τείχη ναμάτων ὁ πολιορκῶν ἐπικρατεῖν ἔμελ-

rumque auiorum et patentium comparauerat experimentum. Quapropter Metello, non facta pugnandi copia, quicquid victi patiuntur incommodi, inferebatur, Sertorius vero commoda in fugiendo habebat insectantium. Aquationibus enim arcebat eum, frumentationibus prohibebat, progredienti obsistebat, infestabat sedentem, obsidenti alios imminens inuicem obsidebat cum commeatus inopia; vt milites fatiscerent, et Sertorio Metellum, vt congrederetur vnus secum, prouocante, occlamarent iuberentque, dux cum duce, Romanus cum Romano vt congrederetur, probrisque proscinderent detrectantem, quos merito derisit Metellus. Ducis enim (vt ait Theophrastus) obeunda mors duci est, non gregarii militis. Aduertens autem Lagobritas, qui non parum praesidii Sertorio ferebant, facile capi siti posse, (nam vnicus in vrbe erat puteus: riuuli autem et fontes, qui in suburbiis exstabant et sub moenibus, in potestate futuri erant obsidentis)

91 ἐκποδὼν Vulc.

92 ἀναδυόμενος δὲ καὶ χλευάζων τὴν ἐκείνου πλεονεξίαν, τούτων μὲν etc. Bodl. 4.

93 δίψῃ] Mur. δίψει, quod et ego malo. *Moses Dusoul.*

94 αὐτοῖς abest a Bodl. 4.

 95 ἡμέ-

λεν) ἧκεν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὡς ἡμέραις [95] δυσὶ συναιρήσων τὴν πολιορκίαν, ὕδατος ἐκ ὄντος. διὸ καὶ πέντε ἡμερῶν ἐπιφέρεσθαι σιτία μόνον προσίεῤῥητο τοῖς στρατιώταις. ὁ Σερτώριος δ' ὀξέως βοηθήσας, ἐκέλευσε δισχιλίες ἀσκὲς ὕδατος ἐμπλῆσαι, καθ' ἕκαστον ἀσκὸν ἀργύριον συχνὸν τάξας. καὶ πολλῶν μὲν Ἰβήρων, πολλῶν δὲ Μαυρεσίων ὑφισταμένων τὸ ἔργον, ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐρώστες ἅμα καὶ ποδώκεις, ἔπεμψε διὰ τῆς ὀρεινῆς, κελεύσας, ὅταν παραδῶσι [96] τὲς ἀσκὲς τοῖς ἐν τῇ πόλει, τὸν ἄχρηστον ὑπεξαγαγεῖν ὄχλον, ὅπως ἐξαρκῇ τοῖς ἀμυνομένοις τὸ ποτόν. ἐκπύστε δὲ τέτε γενομένε πρὸς τὸν Μέτελλον, ἤχθετο μὲν, ἤδη τὰ ἐπιτήδεια τῶν στρατιωτῶν ὑπαναλωκότων· ἐξέπεμψε δ' ἐπὶ σιτολογίαν Ἀκυΐνον [97] ἑξακισχιλίων ἡγέμενον. αἰσθόμενος δ' ὁ Σερτώριος, καὶ προλοχίσας τὴν ὁδὸν, ἐπανερχομένῳ τῷ Ἀκυΐνῳ [98] τρισχιλίες ἄνδρας ἔκ τινος συσκίε χαράδρας ἐπανίστησιν [99].

dentis) ad oppidum mouit, biduo ſperans ſe capturum aquae penuria vrbem. Quare edictum fuerat militibus, vt quinque tantum dierum cibaria ſecum ferrent. At Sertorius huic rei prouidere maturans, bis mille vtres aqua iubet impleri, magno praemio in ſingulos vtres pronunciato. Quod frequentes Hiſpani, frequentes item Mauri ſuſcipiunt, ex quibus delectos viros valentes pariter et pernices mittit per montana, edicitque iis, vbi tradiderint vtres illis, qui tenent vrbem, inutilem turbam vt educant, quo potus affatim ſit oppidi defenſoribus. Quam rem Metellus, vt fuit ad ſe delata, moleſte tulit, quod deficerent iam neceſſaria milites. Itaque Aquinum cum ſex millibus militum frumentatum mittit. Id ſentiens Sertorius, inſidet viam occulte, atque in redeuntem Aquinum tria millia militum ex nemoroſo torrentis alueo immittit. Ipſe

95 ἡμέραις δέοντος Bodl. 4.
96 παραδώσεσι idem.
97 Ἀκυΐνον] Mur. annotatt. Ἀκυΐλλιον ſemper vocant. Anon. etiam mox. Vnde Xyl. *Aquilium* recte vertiſſe videtur.
98 τῷ Ἀκεϊλλίῳ Anon. ſed Bodl. 4. pro τῷ Ἀκυΐνῳ dat τῶν ἐντὸς.
99 ἀντανίστησιν Bodl. 4.

100 συν-

αὐτὸς δὲ κατὰ ςόμα προσβαλὼν τρέπεται, καὶ τὰς μὲν διαφθείρει, τὰς δὲ λαμβάνει ζῶντας. Ἀκύϊνον δὲ μετὰ τῶν ὅπλων καὶ τὸν ἵππον ἀποβεβληκότα δεξάμενος Μέτελλος, αἰσχρῶς ἀπῄει, πολλὰ χλευαζόμενος ὑπὸ τῶν Ἰβήρων.

14. Ἔκ τε δὴ τούτων θαυμαζόμενος ἠγαπᾶτο παρὰ τοῖς βαρβάροις ὁ Σερτώριος, καὶ ὅτι Ῥωμαϊκοῖς ὁπλισμοῖς καὶ τάξεσι καὶ συνθήμασιν [100] ἀφαιρῶν τὸ μανικὸν καὶ θηριῶδες αὐτῶν τῆς ἀλκῆς, ἀντὶ λῃστηρίου μεγάλου ςρατὸν ἐποιεῖτο τὴν δύναμιν. ἔτι δ' ἀργύρῳ χρώμενος ἀφειδῶς καὶ χρυσῷ κράνη τε κατεκόσμει, καὶ θυρεοὺς αὐτῶν διεποίκιλλε, καὶ χλαμύσιν ἀνθιναῖς καὶ χιτῶσι χρῆσθαι διδάσκων, καὶ χορηγῶν εἰς ταῦτα καὶ συμφιλοκαλῶν ἐδημαγώγει. μάλιςα δὲ εἷλεν αὐτοὺς τὰ τῶν παίδων. τοὺς γὰρ εὐγενεςάτους ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγαγὼν εἰς Ὄσκαν, πόλιν μεγάλην, διδασκάλους ἐπιςήσας Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν μαθημάτων, ἔργῳ μὲν ἐξωμηρεύσατο, λόγῳ δ' ἐπαίδευεν, ὡς ἀνδράσι γενομένοις πολι-

Ipſe in frontem incurrens profligat eos, partim occidit, partim viuos capit. Metellus, Aquino recepto, qui cum armis etiam equum amiſerat, foede ſoluit obſidionem, multis conuiciis ab Hiſpanis laceratus.

Hinc Sertorium habebant in admiratione et amore proſequebantur barbari, praeterea quod Romanis armis, ordinibus, ſignis, detrahens ipſis fiduciam illam virium inſanam et belluinam, pro magna latronum manu in formam exercitus redegiſſet copias ſuas. Iam argento affatim praebito et auro galeas eorum exornauit, et ſcuta variis diſtinxit ornamentis, chlamydeſque pictas et tunicas vſurpare eos docens, atque in id ſuppeditans et ſeruiens illorum gloriae, influebat in eorum animos. Praecipue cepit eos puerorum diſciplina. Nam ex parentibus ſibi gentibus nobiliſſimam iuuentutem in Oſcam, amplam vrbem, contraxit, iiſque doctores praefecit literarum Graecarum et Latinarum. Ita illos reuera obſides habebat, verbo erudiebat, oſtendens, vbi creuiſſent, ciuitate Romana eos donaturum ſe, atque

100 συνθήματα idem.

τείας τε μεταδώσων καὶ ἀρχῆς. οἱ δὲ πατέρες ἥδοντο θαυμαστῶς, τοὺς παῖδας ἐν περιπορφύροις ὁρῶντες μάλα [1] κοσμίως φοιτῶντας εἰς τὰ διδασκαλεῖα, καὶ τὸν Σερτώριον ὑπὲρ αὐτῶν μισθοὺς τελοῦντα, καὶ πολλάκις ἐπιδείξεις [2] λαμβάνοντα, καὶ γέρα τοῖς ἀξίοις νέμοντα, καὶ τὰ χρυσᾶ περιδέραια δωρούμενον, ἃ Ῥωμαῖοι βούλλας καλοῦσιν. ἔθους δ' ὄντος Ἰβηρικοῦ [3], τοὺς περὶ τὸν ἄρχοντα τεταγμένους συναποθνήσκειν αὐτῷ πεσόντι, καὶ τοῦτο τῶν ἐκεῖ [4] βαρβάρων κατάσπεισιν [5] ὀνομαζόντων, τοῖς μὲν ἄλλοις ἡγεμόσιν ὀλίγοι τῶν ὑπασπιστῶν καὶ τῶν ἑταίρων, Σερτωρίῳ δὲ πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων κατεσπεικότων ἑαυτοὺς ἠκολούθουν. λέγεται δὲ, πρός τινι πόλει τροπῆς γενομένης, καὶ τῶν πολεμίων ἐπικειμένων, τοὺς Ἴβηρας

que ad honores prouecturum. Quorum genitores mire delectabantur, quod filios conspicerent praetextatos, decore ad ludum literarium commeantes, pendentem pro his salarium Sertorium, crebro periculum de eorum profectibus facientem, praemiaque meritis tribuentem, et aureas bullas donantem. Erat autem in Hispania mos, vt cohors praetoria vna cum cadente imperatore mortem obiret, quod vocabant illius regionis barbari deuotionem. Caeteros imperatores pauci stipatores et amici, Sertorium multa millia mortalium, qui sese deuouerant cum eo morituros, sequebantur. Fama est, quum prope oppidum quoddam essent fusi, instantibus hostibus, sui immemores Hispanos,

1 μάλα abest a Bodl. 4.

2 ἀποδείξεις] Mur. συνδείξεις. Sed nihil mutandum. *Moses Dusoul.*

3 ἔθους δ' ὄντος Ἰβηρικοῦ, etc.] Meminit oblique huius consuetudinis Dio noster, lib. LIII. de Sex. quodam scribens Pacuuio, qui Augusto sese deuouisset, caeterisque, vt idem facerent, suasisset. Non dissimile est, quod de Gallorum Sontiatum solduriis refert lib. III. Comm. Gall. Caesar. Itaque et *soldurios* eos appellaui, consentiente satis commode rei vocabulo. *Xyl.*

4 ἐκεῖ abest a Bodl. 4.

5 κατάσπεισιν] Graeco vocabulo, non Iberico, deuotionem illam nominat. Apud Gallos *Soldurii*, teste Caesare, dicebantur, qui eo Sacramento se deuouebant. Vox κατάσπεισις, qua hic vtitur noster, *Libationem* proprie significat. Vide IV. 69. 8. et Op. Mor. 777, 29. *Moses Dusoul.*

6 πρὸς

ἀμελήσαντας αὐτῶν, τὸν Σερτώριον σώζειν, καὶ τοῖς ὤμοις ἐπαραμένες, ἄλλες πρὸ [6] ἄλλων, ἀνακεφίσαι πρὸς τὰ τείχη· γενομένε δ' ἐν ἀσφαλεῖ τε ἄρχοντος, ἔτω τρέπεσθαι πρὸς φυγὴν ἕκαςον αὐτῶν.

15. Οὐ μόνον δὲ τοῖς Ἴβηρσιν ἦν ποθεινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ Ἰταλίας ςρατευομένοις. Περπέννα γὰρ Οὐέντωνος, ἀπὸ τῆς αὐτῆς Σερτωρίῳ ςάσεως, εἰς Ἰβηρίαν παραγενομένε μετὰ χρημάτων πολλῶν καὶ μεγάλης δυνάμεως, ἰδίᾳ δὲ καθ' ἑαυτὸν ἐγνωκότος πολεμεῖν πρὸς τὸν Μέτελλον, ἐδυσχέραινον οἱ ςρατιῶται, καὶ πολὺς ἦν τε Σερτωρίε λόγος ἐν τῷ ςρατοπέδῳ, τὸν Περπένναν ἀνιῶν, εὐγενείᾳ καὶ πλέτῳ τετυφωμένον. ἐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ Πομπήϊος ἠγγέλλετο τὴν Πυρήνην ὑπερβάλλων, ἀναλαβόντες οἱ ςρατιῶται τὰ ὅπλα, καὶ τὰ σημεῖα τῶν τάξεων ἀναρπάσαντες, κατεβόησαν τε Περπέννα, κελεύοντες ὡς τὸν Σερτώριον ἄγειν αὐτές· εἰ δὲ μὴ, καταλιπόντες ἐκεῖνον ἠπείλεν αὐτοὶ βαδιεῖσθαι πρὸς ἄνδρα σώζεσθαι καὶ [7] σώζειν δυνάμενον. συγχωρήσας δ' ὁ Περπέννας

nos, vt Sertorium ſeruarent, elaboraſſe, humeriſque eum ſuſtollentes alios prae aliis extuliſſe in murum. Collocato iam in tuto imperatore, dum denique fugae quemque conſuluiſſe.

Neque Hiſpanis tantum acceptus fuit, verum etiam militibus Italicis. Quippe quum Perpenna Vento, qui partium Sertorii erat, in Hiſpaniam cum vi magna pecuniae atque ingenti manu aduenifſet, ac bellum ſtatuiſſet cum Metello per ſe gerere, frendebant milites, multuſque erat in ore militum Sertorius, quod quidem Perpennam nobilitate inflatum et opibus mordebat. Vbi vero Pompeium tandem allatum eſt ſaltum Pyrenaeum transſcendere, milites, captis armis et ſignis legionum ſublatis, obſtrepuerunt Perpennae, iubentes, vt ad Sertorium duceret: ſin minus, relicturos ipſum, atque ad Sertorium, qui et ſe et alios ſeruare noſſet, denunciarunt ſe profecturos. Quorum poſtulatis cedens, caſtra Perpenna mouit,

6 πρὸς Bodl. 4. 7 τῷ καὶ idem.

ἤγαγεν αὐτοὺς, καὶ συνέμιξε τῷ Σερτωρίῳ, πεντήκοντα καὶ τρεῖς ἔχων σπείρας.

16. Σερτώριος δὲ, τῶν ἐντὸς Ἴβηρος αὐτῷ ποταμοῦ πάντων ὁμοῦ τι [8] προστιθεμένων, πλήθει μὲν ἦν μέγας· ἐπέρρεον γὰρ ἀεὶ καὶ συνεφέροντο πανταχόθεν πρὸς αὐτόν· ἀταξίᾳ δὲ βαρβαρικῇ καὶ θρασύτητι ταραττόμενος, ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις βοώντων [9], καὶ τὴν τριβὴν δυσανασχετούντων, ἐπειρᾶτο παραμυθεῖσθαι διὰ λόγων. ὡς δ' ἑώρα χαλεπαίνοντας καὶ βιαζομένους ἀκαίρως, προήκατο [10] καὶ περιεῖδε συμπλεκομένους τοῖς πολεμίοις· ἐν οἷς [11] οὐ παντελῶς συντριβέντας, ἀλλὰ πληγὰς λαβόντας, ἤλπιζε πρὸς τὰ λοιπὰ κατηκόους μᾶλλον ἕξειν [12]. ὧν δ' εἴκαζε γενομένων, ἐπιβοηθήσας, ἀνέλαβέ τε φεύγοντας αὐτοὺς, καὶ κατέστησεν ἀσφαλῶς εἰς τὸ στρατόπεδον. βουλόμενος δὲ καὶ τὴν ἀθυμίαν ἀφελεῖν, μεθ' ἡμέρας ὀλίγας πάνδημον ἐκκλησίαν ἀθροίσας, ἵππους εἰσήγαγε δύο, τὸν μὲν ἀσθενῆ τελέως, καὶ πρεσβύτερον ἤδη, τὸν

mouit, et Sertorio ſe cum quinquaginta tribus cohortibus coniunxit.

Sertorius autem, quum cuncti prope citra Iberum fluuium Hiſpani tranſirent ad partes eius, numero quidem ingens erat: ſiquidem confluebant coaceruabanturque ad eum vndique; verum confuſione barbarica et ferocia clamantium, adoriretur hoſtes, et moram non ferentium commotus, ſtudebat eos verbis placare. Vt vero frementes vidit et importune inſtantes, conniuit, permiſitque, ſigna vt conferrent cum hoſtibus: vbi non ſemel oppreſſos, ſed caſtigatos, ſperauit in poſterum magis dicto ſibi audientes fore. Quum res, vt coniecerat, cecidiſſet, ſubuenit eis, effuſosque collegit, ac reduxit ſaluos in caſtra. Quibus vt detraheret animi moeſtitiam, concione aduocata totius exercitus, duos equos introduxit, infirmum prorſus alterum et annis iam con-

8 τι abeſt a Bodl. 4.
9 βοώντων abeſt a Bodl. 4.
10 προσέκειτο Bodl. 4.
11 ἐν οἷς] Forſan legendum eſt ἐφ' οἷς. *Moſes Duſoul.*
12 κατηκόους γενέσθαι Bodl. 4.
13 τὸν

δ' ἕτερον [13] εὐμεγέθη μὲν αὐτὸν καὶ ἰσχυρὸν, θαυμαστὴν δὲ πυκνότητι καὶ κάλλει τριχῶν οὐρὰν ἔχοντα. παρειστήκει δὲ τῷ μὲν ἀσθενεῖ μέγας ἀνὴρ καὶ ῥωμαλέος, τῷ δ' ἰσχυρῷ μικρὸς ἕτερος, καὶ τὴν ὄψιν εὐκαταφρόνητος. σημείου δὲ δοθέντος αὐτοῖς, ὁ μὲν ἰσχυρὸς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τοῦ ἵππου τὴν κέρκον, ὡς ἀποῤῥήξων [14], εἷλκε βίᾳ πρὸς αὐτόν· ὁ δ' ἀσθενὴς τοῦ ἰσχυροῦ κατὰ μίαν τῶν τριχῶν ἐξέτιλλεν. ἐπεὶ δ' ὁ μὲν, οὐκ ὀλίγα πράγματα μάτην ἑαυτῷ καὶ πολὺν γέλωτα τοῖς θεωμένοις [15] παρασχὼν, ἀπεῖπεν, ὁ δ' ἀσθενὴς ἐν ἀκαρεῖ [16] καὶ σὺν οὐδενὶ πόνῳ ψιλὴν τριχῶν ἀπέδειξε τὴν οὐρὰν, ἀναστὰς ὁ Σερτώριος· Ὁρᾶτε, εἶπεν, ἄνδρες σύμμαχοι, τὴν ἐπιμονὴν ἀνυσιμωτέραν τῆς βίας οὖσαν, καὶ πολλὰ τῶν ἀθρόως ἀλήπτων ἐνδιδόντα τῷ κατὰ μικρόν. ἄμαχον γὰρ τὸ ἐνδελεχὲς, ᾧ πᾶσαν [17] ἐπιὼν ὁ χρόνος αἱρεῖ καὶ κατεργάζεται δύναμιν, εὐμενὴς ὢν σύμμαχος [18] τοῖς δεχομέ-

confectum, alterum ingentem et validum, caudaeque denſitate et pulchritudine ſetarum inſignem. Aſſiſtebat infirmo vir ingens et robuſtus, valenti alter puſillus et nulla ſpecie roboris. Signo his dato, fortis ille caudam pariter ambabus manibus, quaſi euulſurus eam, ad ſe magna traxit vi, imbecillus ſingulatim pilos carpſit. Quum igitur ille ingenti labore nequicquam confeciſſet ſe, excitatoque magno ſpectatorum riſu, fatigatus eſſet, imbecillus vero breui ſpatio citra negotium denudaſſet caudam fortis equi ſetis, exſurgens Sertorius: Cernitiſne, inquit, ſocii, perſeuerantia plus effici, quam violentia, multaque, quae ſimul opprimi nequeunt, atteri paulatim? Eſt enim aſſiduitatis vis inuicta, qua omnes inuadens tempus euertit et conficit vires, placideque aſſiſtit iis, qui conſilio eius ope-

13 τὸν δὲ δεύτερον idem.

14 ὡς ἀποῤῥήξων abſunt a Bodl. 4.

15 poſt θεωμένοις inſerit ἑαυτὸν Bodl. 4.

16 ἀκαρεῖ] Scribitur melius ἀκαρῆ, cum non additur Subſtantiuum; vt te docebit meus Ling. Gr. Theſaurus. *H. Steph.* Bodl. 4. et Mur. ἐν ἀκαρεῖ. Melius. [vulgatis deeſt praepoſitio.]

17 ὧν πάντων Bodl. 4.

18 εὖ μὲν οὖν ποιῶν καὶ σύμμαχος idem.

νοις λογισμῷ τὸν καιρὸν αὐτοῦ, τοῖς δ' ἀκαίρως ἐπειγομένοις πολεμιώτατος. Τοιαῦτα μὲν ὁ Σερτώριος ἑκάστοτε [19] πλέκων παραμύθια τοῖς βαρβάροις, διεπαιδαγώγει τὸν καιρόν.

17. Οὐδενὸς δὲ ἧττον αὐτοῦ τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐθαυμάσθη τὸ περὶ τοὺς λεγομένους Χαρακιτανούς. εἰσὶ δὲ δῆμος ὑπὲρ τὸν Ταγώνιον [20] ποταμὸν, οὐκ ἄστεσιν, οὐδὲ κώμαις ἐνοικοῦντες, ἀλλὰ λόφος ἐστὶν εὐμεγέθης καὶ ὑψηλὸς, ἄντρα καὶ κοιλώματα πετρῶν βλέποντα πρὸς βορέαν περιέχων. ἡ δ' ὑποκειμένη πᾶσα χώρα πηλὸν ἀργιλώδη καὶ γῆν ὑπὸ χαυνότητος εὔθρυπτον ἀναδίδωσιν, οὔτε τοὺς ἐπιβαίνοντας ἀνέχεσθαι καρτερὰν, καὶ μικρὸν ἁψαμένων, ὥσπερ ἄσβεστον, ἢ τέφραν ἐπὶ πολὺ διαχεομένην [21]. τῶν οὖν βαρβάρων, ὁσάκις φόβῳ πολέμου καταδύντες εἰς τὰ σπήλαια, καὶ τὴν λείαν εἴσω συναγαγόντες ἀτρεμοῖεν, ὄντων ἀλήπτων ὑπὸ βίας· τὸν δὲ Σερτώριον, τότε διακεκριμένον ἀπὸ τοῦ Μετέλλου, καὶ καταστρατοπεδεύσαντα παρὰ [22] τὸν λόφον, ὑπερφρονούντων,

operiuntur opportunitatem: at intempeſtiue vrgentibus eſt inimiciſſimum. Talia contexens Sertorius in dies barbaris ſolamina, accommodabat ſe temporum articulis.

Quod vero aduerſus Characitanos geſſit, nulli conceſſit bellico eius facto. Populus eſt flumini Tago impoſitus. Non oppida incolunt, nec vicos, ſed ingens eſt collis et excelſus, antra ſpecuſque in petris aquiloni obiecta obtinens. Subiectus ager omnis limum argilloſum et ſolum habet ob fungoſitatem friabile, quod nec ingredientes ſuſtinere valeat, et, ſi paululum contrectetur, calcis viuae, vel cineris, modo late diſpergatur. Igitur, quia barbari, quoties belli metu in illas ſpeluncas ſe abdentes, praeda eo congeſta, conquieſcerent, ab omni erant vi tuti, et Sertorium, tunc a Metello ſemotum, et conſidentem circa eum collem,

19 ἐκάθητό τε idem.
20 Ταγώνιον π.] Anon. et Mur. Ταγόν. Ignoti cum ſint Characitani illi, vix quicquam certi de fluuio ſtatui poteſt. *Moſes Duſoul.*
21 χεομένην Bodl. 4.
22 παρὰ abeſt a Bodl. 4.

23 ita

ὡς κεκρατημένον, εἴτε ὑπ' ὀργῆς ἐκεῖνος, εἴτε καὶ μὴ δοκεῖν φεύγειν βουλόμενος, ἅμ' ἡμέρᾳ προσελάσας, κατεσκέπτετο τὸν τόπον. οὐδαμόθεν δὲ προσβολὴν ἔχοντος, ἄλλως [δ'] ἀλύων, καὶ κεναῖς χρώμενος ἀπειλαῖς, ὁρᾷ τῆς γῆς ἐκείνης κονιορτὸν ἄνω πολὺν ὑπὸ πνεύματος [23] ἐπ' αὐτοὺς φερόμενον. τέτραπται μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ σπήλαια πρὸς βορέαν· ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἄρκτου ῥέων ἄνεμος, ὃν Καικίαν ἔνιοι καλοῦσιν, ἐπέχει μάλιστα, καὶ πλεῖστός ἐστι τῶν ἐκεῖ πνευμάτων, ἐξ ὑγρῶν πεδίων καὶ νιφοβόλων συμφυσώμενος ὀρῶν. τότε δὲ καὶ, θέρους ἀκμάζοντος, ἰσχύων καὶ τρεφόμενος τῇ τῶν ὑπαρκτίων [24] ἀνέσει πάγων, ἥδιστος ἐπέπνει, καὶ κατεῖχεν αὐτούς τε καὶ βοτὰ δι' ἡμέρας ἀναψύχων. ταῦτα δὴ συλλογιζόμενος ὁ Σερτώριος, καὶ παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἀκούων, ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας, τῆς ἀραιᾶς καὶ τεφρώδους γῆς ἐκείνης ἀποσπῶντας καὶ παραφέροντας κατ' ἀντικρὺ τοῦ λόφου θῖνα ποιεῖν· ἣν οἱ βάρβαροι χώματος ἐπ' αὐτοὺς εἶναι [25] κατα-

lem, vt victum despiciebant; siue ira exarsit, siue ne fugere videretur, primo diluculo aduectus eo et contemplatus est locum. Qui quum nulla parte praeberet accessum, nequicquam huc illuc se ferens, animo languido atque inanibus vtens minis, vim pulueris videt a vento in illos ex terra sustolli. Speluncae enim in septentrionem (vt dixi) sunt obuersae. Qui vero ex septentrionibus spirat ventus, quem Caeciam aliqui nominant, dominatur ibi maxime, et frequentissimus inter ventos illic est, qui ex vliginosis campis et niuosis collectus montibus afflat. At tunc adulta aestate inualescens, septentrionalique colliquescente coalescens glacie, gratissimus adspirabat, illosque et armenta eorum interdiu refocillabat. Id Sertorius animo reuoluens atque ab incolis doctus, militibus imperat, vt spongiosae illius et cineritiae telluris auellant fragmenta, comportataque ex opposito colli in tumulum excitent; quem aggeris barbari esse in se molitionem

rati,

23 ita etiam Bodl. 4. et Iunt. vulgo legitur ὑπὸ τοῦ πνεύματος, cum articulo.

24 ἀπαρκτίων Vulcob.

25 εἶναι abest a Bodl. 4.

26 προσ-

σκευὴν ὑπονοοῦντες, ἐχλεύαζον. τότε μὲν οὖν ἐργασαμένους τοὺς στρατιώτας ἄχρι νυκτὸς ἀπήγαγεν, ἅμα δ' ἡμέρᾳ πρῶτον μὲν αὔρα μαλακὴ προεπέπνει [26], διακινοῦσα τῆς συμπεφορημένης γῆς τὸ λειότατον, ὥσπερ ἄχνην, σκιδνάμενον· ἔπειτα σοβαροῦ τοῦ Καικίου πρὸς τὸν ἥλιον ἐκχεομένου, καὶ τῶν λόφων κονιωμένων, ἐπιστάντες οἱ στρατιῶται τόν τε χοῦν ἀνέτρεπον διὰ βάθους, καὶ τὸν πηλὸν ἔκοπτον. ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ἵππους ἄνω καὶ κάτω διεξήλασαν [27], ἀνιστάντες τὸ χαύνωμα, καὶ τῇ πνοῇ μετέωρον παραδιδόντες. ἡ δὲ ὑπολαμβάνουσα πᾶν τὸ θρυπτόμενον [28] καὶ κινούμενον ἄνω, προσέβαλλε τοῖς οἰκήμασι τῶν βαρβάρων, κατὰ θύρας δεχομένοις τὸν Καικίαν. οἱ δ', ἅτε δὴ [29] τῶν σπηλαίων μίαν ἐκείνην ἀναπνοὴν ἐχόντων, ᾗ τὸ πνεῦμα προσέπιπτε, ταχὺ μὲν ἀπεσκοτοῦντο [30] τὰς ὄψεις, ταχὺ δ' ἀνεπίμπλαντο πνιγώδους ἄσθματος, τραχὺν ἀέρα καὶ πολλῇ κόνει συμπεφυρμένον [31] ἕλκοντες. ὅθεν ἡμέρας δύο μόλις ἀνασχόμενοι, τῇ τρίτῃ παρέδω-

rati, irridebant eum. Ac tunc quidem, quum ad noctem vsque in opere perseuerassent milites, reduxit eos in castra. Vbi diluxit, primum mollis adspirauit aura, congestae terrae leuissimum velut scobem mouens diffundensque. Mox acri cum sole increbescente vento, quum colles puluere implerentur, intenti milites cumulum ab imo subruerunt, conciderunt que limum. Aliqui equos sursum deorsum egerunt ad excitandam raram tellurem, atque in sublime vento dandam. Qui excipiens, quicquid comminutum esset, et ferretur in aëra, in barbarorum coniiciebat aedificia in Caeciam foribus obuersa. Ita barbarorum oculis (nempe speluncae vnum illum spiritus ductum habebant, qua accidebat ventus) cito offusa caligo est, cito suffocante anhelatione correpti sunt, asperam multoque commistam puluere haurientes auram. Itaque quum aegre duos dies sustinuissent, tertio deditionem

26 προσεπίπνει Bodl. 4. in vulgatis legitur προσανέπνει.

27 διεξήλασαν abest a Bodl. 4.

28 παραδιδόντες. ἡ δὲ ὑπολαμβάνουσα πᾶν τὸ θρυπτόμενον] haec verba absunt a Bodl. 4.

29 ἅτε διὰ Bodl. 4.

30 ἀνεσκοτοῦντο idem.

31 συμπεφορημένον Bodl. 4. Vulcob.

32 ὑπερ-

καν ἑαυτὰς, ὰ τοσᾶτον Σερτωρίῳ δυνάμεως, ὅσον δόξης, προσθέντες, ὡς τὰ δι' ὅπλων ἀνάλωτα σοφίᾳ κατεργασαμένῳ.

18. Μέχρι μὲν ἆν τοῖς περὶ Μέτελλον ἐπολέμει, τὰ πλεῖστα κατευτυχεῖν ἐδόκει, γήρᾳ καὶ φυσικῇ βραδυτῆτι τᾶ Μετέλλα πρὸς ἄνδρα τολμητὴν, καὶ λῃστρικῆς μᾶλλον, ἢ στρατιωτικῆς, ἡγάμενον δυνάμεως, ἀκ ἀναφέροντος· ἐπεὶ δὲ καὶ Πομπηΐῳ τὴν Πυρήνην ὑπερβαλόντι [32] παραστρατοπεδεύσας, καὶ πᾶσαν ἅμα μὲν διδὰς, ἅμα δὲ λαμβάνων στρατηγικῶν παλαισμάτων πεῖραν, ἀντιτεχνώμενός τε καὶ φυλαττόμενος πλεῖον εἶχε, κομιδῇ διεβοήθη μέχρι Ῥώμης, ὡς δεινότατος ὢν πόλεμον μεταχειρίσασθαι τῶν τότε στρατηγῶν. ἀ γάρ τι [33] μικρὸν ἦν τὸ Πομπηΐα κλέος, ἀλλ' ἤνθει τότε μάλιστα πρὸς δόξαν ἐκ τῶν περὶ Σύλλαν ἀνδραγαθημάτων, ἐφ' οἷς καὶ Μάγνος ὑπ' αὐτᾶ, τατέστι μέγας, ἐπωνομάσθη· τιμῶν τε θριαμβικῶν ἄπω γενειῶν ἔτυχεν. ὅθεν καὶ πολλαὶ τῶν

nem fecere, non tantum viribus Sertorium, quantum gloria, cumulantes; quod armis inexpugnabilia confeciſſet conſilio.

Porro quantiſper geſſit cum Metello bellum, ſuccedere ei plerumque res videbantur, cum ob ſenium Metellus et inſitam tarditatem aduerſus virum ferocem, qui latronum potius, quam militum, exercitum duceret, non valeret aſſurgere. At poſtquam traiicienti ſaltum Pyrenaeum Pompeio caſtra contulit, ſimulque luctarum bellicarum factum vtrinque periculum eſt, techniſque in hoſtem moliendis et cauendis tulit palmam, fama nominis eius late eſt Romam vſque diſperſa, inter omnes eius aetatis imperatores eum ſcientia militari eſſe praeſtantiſſimum. Neque enim laus erat exigua Pompeii, verum tunc ex partis bello Syllano victoriis maxime florebat ad gloriam: quamobrem cognomen a Sylla accepit Magni, honoreſque aſſequutus etiamnum imberbis eſt triumphales. Vnde multae, quae parebant

32 ὑπερβάλλοντι] Procul aberat Sertorius, cum Pyrenaeos montes ſuperauit Pompeius. Vide 320, 16. Legendum itaque cenſeo ὑπερβαλόντι

33 τι abeſt a Bodl. 4.

34 καὶ

ὑπὸ Σερτωρίῳ πόλεων ἀποβλέψασαι πρὸς αὐτὸν, ὁρμὴν μεταβολῆς ἔσχον, εἶτ' ἐπαύσαντο, τοῦ περὶ Λαύρωνα πάθους παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα συμβάντος. Σερτωρίου γὰρ πολιορκοῦντος αὐτοὺς, ἧκε Πομπήϊος πανστρατιᾷ βοηθήσων, εἶτα ὁ μὲν λόφον εὖ δοκοῦντα πεφυκέναι κατὰ τῆς πόλεως προληψόμενος, ὁ δὲ τοῦτο κωλύσων ἠπείγετο. τοῦ δὲ Σερτωρίου φθάσαντος, ἐπιστήσας τὸν στρατὸν ὁ Πομπήϊος, ἔχαιρε τῇ συντυχίᾳ, νομίζων ἐν μέσῳ τῆς πόλεως καὶ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς ἀπειλῆφθαι τὸν Σερτώριον· καὶ πρὸς τοὺς Λαυρωνίτας εἰσέπεμψε, θαῤῥεῖν κελεύων, καὶ καθῆσθαι περὶ τὰ τείχη θεωμένους πολιορκούμενον Σερτώριον [34]. ἐκεῖνος δ' ἀκούσας ἐγέλασε, καὶ τὸν Σύλλα μαθητὴν (οὕτω γὰρ τὸν Πομπήϊον ἐπισκώπτων προσηγόρευεν) αὐτὸς ἔφη διδάξειν, ὅτι δεῖ τὸν στρατηγὸν κατόπιν μᾶλλον, ἢ κατὰ πρόσωπον, βλέπειν. ταῦτα δὲ λέγων, ἅμα τοῖς πολιορκουμένοις ἐπεδείκνυεν ἑξακισχιλίους ὁπλίτας ὑπ' αὐτοῦ καταλελειμμένους ἐπὶ τοῦ προτέρου χάρακος, ὅθεν ὁρμηθεὶς κατειλήφει τὸν λόφον· ὅπως ἐπὶ σφᾶς τρεπομένῳ

bant Sertorio, vrbes, Pompeium reſpicientes, tranſitionem ad illum moliebantur, mox ex inſperato ad Lauronem caſu mutauerunt ſententiam. Nam quum eam vrbem obſideret Sertorius, mouit eo omnibus copiis Pompeius ad ferendam ei opem. Inde Sertorius ad occupandum tumulum, qui erat aduerſus vrbem opportunus, alter ad id prohibendum properabat. Quum praeueniſſet Sertorius, Pompeius, admoto exercitu, gauiſus eſt ita cecidiſſe, inter vrbem et copias ſuas Sertorium ratus deprehenſum, miſſiſque ad Lauronitas nunciis, bono animo eos eſſe iuſſit, atque in muris conſidere ſpectantes Sertorium obſideri. Sertorius, eo nunciato, riſit, et ſe diſcipulum Syllae (ita enim Pompeium per ludibrium appellabat) ait docturum, debere imperatorem plus reſpicere, quam proſpicere. Simul vt haec dixit, oſtendit obſeſſis ſex millia peditum ab ſe relicta in prioribus caſtris, ex quibus egreſſus tumulum illum occupauerat, quo verſum in ſe

34 καὶ πρὸς τοὺς Λαυρωνίτας εἰσέπεμψε, θαῤῥεῖν κελεύων, καὶ καθῆσθαι περὶ τὰ τείχη θεωμένους πολιορκούμενον Σερτώριον] Haec verba abſunt a Bodl. 4.

35 περι;

τῷ Πομπηΐῳ κατὰ νώτȣ προσπέσοιεν [35]. ὃ δὴ καὶ Πομπήϊος ὀψὲ μάλα [36] συμφρονήσας, ἐπιχειρεῖν μὲν ȣ̓κ ἐθάῤῥει, κύκλωσιν δεδοικὼς, ἀπολιπεῖν δ' ᾐσχύνετο κινδυνεύοντας ἀνθρώπȣς· παρὼν δὲ καὶ καθήμενος ἠναγκάζετο [37] ὁρᾷν ἀπολλυμένȣς. ἀπέγνωσαν γὰρ αὐτȣ̀ς [38] οἱ βάρβαροι, καὶ τῷ Σερτωρίῳ παρέδωκαν. ὁ δὲ τῶν μὲν σωμάτων ἐφείσατο, καὶ πάντας ἀφῆκε, τὴν δὲ πόλιν κατέπρησεν, ȣ̓χ ὑπ' ὀργῆς, ȣ̓δ' ὠμότητος, (ἐλάχιστα γὰρ δοκεῖ θυμῷ χαρίσασθαι τῶν στρατηγῶν ȣ̓̃τος ἀνὴρ) ἀλλ' ἐπ' αἰσχύνῃ καὶ κατηφείᾳ τῶν τεθαυμακότων Πομπήϊον· ἵνα ᾖ λόγος ἐν τοῖς βαρβάροις, ὅτι παρὼν ἐγγὺς καὶ μονονȣ̀ θερμαινόμενος τῷ πυρὶ τῶν συμμάχων ȣ̓ προσήμυνεν.

19. Ἧτται μὲν ȣ̓̃ν τῷ Σερτωρίῳ πλείονες συνέβαινον, αὐτὸν μὲν ἀήττητον ἀεὶ [39] φυλάττοντι, καὶ τȣ̀ς καθ' αὐτὸν, θραυομένῳ δὲ περὶ τȣ̀ς ἄλλȣς ἡγεμόνας. ἐκ δὲ ὧν ἐπηνωρθȣ̃το τὰς ἥττας, μᾶλλον ἐθαυμάζετο νικώντων τῶν

ſe a tergo aggrederentur Pompeium. Quod admodum ſero Pompeius animaduertens, quum adoriri Sertorium non auderet, quod metueret, ne circumueniretur, relinquere autem periclitantes ſocios verecundia deterreretur, praeſens et deſidens ſpectator eſſe cogebatur pereuntium. Deplorata enim re ſua, barbari in deditionem ſe Sertorii permiſere: quorum vitae pepercit, dimiſitque cunctos. Vrbem vero incendit, nulla quidem ira, aut crudelitate, (quippe inter imperatores minime indulſit hic vir irae) ſed ad pudorem et opprobrium eorum, qui Pompeium in admiratione habebant; vt increbreſceret inter barbaros fama, aſſidentem et tantum non calefactum ſociorum incendio non ſuccurriſſe illum.

Clades quidem Sertorius complures accepit, quum tamen vbique inuictum ſe, eoſque, quos ſecum habebat, conſeruaret, verum per alios duces imminutus fuit. Atqui ex reparandis cladibus plus gloriae obtinuit, quam ex victoriis aduerſariorum

35 περιπέσοιεν Vulc.
36 μάλιστα idem.
37 ἠναγκάζετο abeſt a Bodl. 4.
38 αὐτȣ̀ς abeſt a Bodl. 4.
39 pro ἀεὶ Bodl. 4. dat ἂν.

40 περὶ

ἀντιστρατήγων, οἷον ἐν τῇ περὶ Σούκρωνα [40] μάχῃ πρὸς Πομπήϊον, καὶ πάλιν ἐν τῇ περὶ Τουττίαν [41], πρός τε τοῦτον ὁμοῦ καὶ Μέτελλον. ἡ μὲν οὖν περὶ Σούκρωνι μάχη λέγεται γενέσθαι τοῦ Πομπηΐου κατεπείξαντος, ὡς μὴ μετάσχοι τῆς νίκης Μέτελλος. ὁ δὲ Σερτώριος ἐβούλετο μὲν τῷ Πομπηΐῳ, πρὶν ἐπελθεῖν τὸν Μέτελλον, διαγωνίσασθαι. παραγαγὼν [42] δ' ἑσπέρας ἤδη συνέβαλεν, οἰόμενος, ξένοις οὖσι καὶ ἀπείροις τῶν χωρίων τοῖς πολεμίοις τὸ σκότος ἔσεσθαι καὶ φεύγουσιν ἐμπόδιον [43] καὶ διώκουσι. γενομένης δὲ τῆς μάχης ἐν χερσὶν, ἔτυχε μὲν οὐ πρὸς

rum duces; velut in acie Sucronenſi contra Pompeium, iterumque aduerſus hunc et Metellum ſimul, in Tuttienſi. Pugna ad Sucronem commiſſa fertur praefeſtinante Pompeio, ne conſors Metellus palmae eſſet. Sertorius vero quaerebat cum Pompeio ante Metelli aduentum conferre arma. Protelans autem praecipiti iam in veſperam die conſeruit certamen, peregrinis et locorum imperitis hoſtibus ratus, tam fugientibus, quam inſectantibus, obſtaculo fore tenebras. Proelio commiſſo, accidit, vt in acie non

40 περὶ Σούκρωνι] Anon. et Mur. περὶ Σούκρωνα. quod melius. Vide 437, 18. νικήσας περὶ Οὐαλεντίαν.

41 Τουττίαν] Xyl. *ad Duriam* vertit; et fragmentum epiſtolae Pompeii ad Senatum affert, in quo proelium illud *ad flumen Duriam* factum dicitur. Citat etiam Cic. Or. pro L. Corn. Balbo. At ibi oſtendit Cl. Graeuius, *Durium*, Luſitaniae notiſſimum fluuium, nihil huc pertinere: Sed *Turium* eſſe, qui in Sucronem incidit, et eodem oſtio in mare effunditur, quo Sucro: huncque intelligendum, legendumque adeo περὶ Τουρίαν. Nota illa viri Doctiſſimi exſtat p. 523. Tom. III. Parte I. *Moſes Duſoul.* [Integra Xylandri annotatio haec eſt: *Turiam* Aretinus: Graecus liber Τουττίαν. Ego *Duriam* puto legendum, ex epiſtola Pompeii ad ſenatum, quae exſtat inter tabulas naufragiorum. Salluſtii verba ſunt: *Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, et proelium apud flumen Duriam, et dux hoſtium, C. Herennius, cum vrbe Valentia, et exercitus deleti, ſatis clara vobis ſunt.* Meminit huius Durienſis proelii etiam Cicero prope initium orationis pro L. Cornelio Balbo. Hactenus *Xylander.* Caeterum Anon. habet Δουσίαν.]

42 ἐπαγαγὼν Bodl. 4.

43 ἐμποδὼν Vulc.

44 ὥστε

Πομπήϊον αὐτὸς, ἀλλὰ πρὸς Ἀφράνιον ἐν ἀρχῇ συνεστηκὼς, ἔχοντα τὸ ἀριστερὸν, αὐτὸς ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένος. ἀκούσας δὲ, τῷ Πομπηΐῳ τοὺς συνεστῶτας ὑποχωρεῖν ἐγκειμένῳ καὶ κρατεῖσθαι, τὸ μὲν δεξιὸν ἐπ' ἄλλοις ἐποιήσατο στρατηγοῖς, πρὸς δ' ἐκεῖνο τὸ νικώμενον αὐτὸς ἐβοηδρόμει. καὶ τοὺς μὲν ἤδη τρεπομένους, τοὺς δ' ἔτι μένοντας ἐν τάξει, συναγαγὼν καὶ ἀναθαῤῥύνας, ἐξ ὑπαρχῆς ἐνέβαλε τῷ Πομπηΐῳ διώκοντι· καὶ φυγὴν ἐποιήσατο πολλὴν, ὅτε [44] καὶ Πομπήϊος ἐγγὺς ἐλθὼν ἀποθανεῖν, καὶ τραυματισθεὶς, παραλόγως διέφυγεν. οἱ γὰρ μετὰ Σερτωρίου Λίβυες, ὡς ἔλαβον αὐτοῦ τὸν ἵππον χρυσῷ κεκοσμημένον, καὶ φαλάρων ἀνάπλεων πολυτελῶν, ἐν τῷ διανέμεσθαι καὶ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους, προήκαντο τὴν δίωξιν. Ἀφράνιος δὲ τοὺς ἀνθεστῶτας πρὸς αὐτὸν, ἅμα τῷ Σερτώριον ἀπελθεῖν ἐπὶ θάτερα βοηθοῦντα, τρεψάμενος εἰς τὸ στρατόπεδον κατήῤῥαξε· καὶ συνεισπεσὼν, ἐπόρθει, σκότους ἤδη ὄντος, μήτε τὴν Πομπηΐου φυγὴν εἰδὼς, μήτε τοὺς στρατιώτας τῆς ἁρπαγῆς ἐπισχεῖν δυνάμενος. ἐν τούτῳ δὲ Σερτώριος ἀνέστρεφε, τὸ

non Pompeio, ſed Afranio, eſſet initio oppoſitus, ſiniſtrum cornu obtinenti, ipſe in dextro conſiſtens. Vt vero accepit, cum Pompeio congreſſos vrgente illo referre gradum, atque eſſe inclinatam aciem, cornu dextro aliis ducibus permiſſo, illi, quod laborabat, ſuccurrit; atque alios terga dantes, alios adhuc in acie ſtantes conglobat confirmatque, redintegrataque cum inſtante fugientibus Pompeio pugna, effuſam fugam dedit: vbi paene oppreſſus Pompeius et ſaucius praeter ſpem tamen eſt elapſus. Siquidem, qui in praeſidiis Sertorii erant, Afri, vt equum illius auro adornatum et pretioſis excultum phaleris ſunt adepti, dum praedam partiuntur et altercantur inter ſe, omiſerunt eum inſequi. Afranius autem aduerſum ſibi cornu, ſimul atque alteri parti ſuppetias Sertorius tulit, pepulit atque ad caſtra ruit, vnaque cum hoſtibus agmine irrumpens, diripuit ea, quum iam nox eſſet. Erat Pompeii fugae neſcius, nec reuocare milites valebat a praeda. Interea reuertitur, cornu Pompeii

44 ὥστε Bodl. 4.

καθ' αὑτὸν νενικηκώς· καὶ τοῖς Ἀφρανίου δι' ἀταξίαν ταρασσομένοις ἐπιπεσὼν, πολλοὺς [45] διέφθειρε. πρωῒ δ' αὖθις ἐξοπλισθεὶς ἐπὶ μάχην κατέβαινεν· εἶτα Μέτελλον αἰσθόμενος ἐγγὺς εἶναι, λύσας τὴν τάξιν, ἀνέζευξεν, εἰπών· Ἀλλ' ἔγωγε τὸν παῖδα τοῦτον, εἰ μὴ παρῆν ἡ γραῦς ἐκείνη, πληγαῖς ἂν νουθετήσας εἰς Ῥώμην ἀπεστάλκειν.

20. Ἠθύμει δὲ δεινῶς διὰ τὸ μηδαμοῦ φανερὰν τὴν ἔλαφον ἐκείνην εἶναι. μηχανῆς γὰρ ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐστέρητο θαυμαστῆς, τότε δὴ μάλιστα παραμυθίας δεομένους. εἶτα μέντοι νυκτὸς ἄλλως πλανώμενοί τινες ἐπιτυγχάνουσιν αὐτῇ, καὶ γνωρίσαντες ἀπὸ τῆς χρόας λαμβάνουσιν. ἀκούσας δ' ὁ Σερτώριος, ἐκείνοις μὲν ὡμολόγησεν, ἂν μηδενὶ φράσωσι, χρήματα πολλὰ δώσειν· ἀποκρύψας δὲ τὴν ἔλαφον, καὶ διαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας, προῄει μάλα φαιδρὸς ἀπ' ὄψεως [46] ἐπὶ τὸ βῆμα, διηγού-

peii fugato, Sertorius, qui in Afranii manum incompofitam turbatamque incidens, ingentem edit ftragem. Mane denuo armatus educit copias in aciem. Inde, vbi prope effe fenfit Metellum, cecinit receptui, ac caftra mouit, dicens: Puerum hunc ego, nifi anus illa fuperueniffet, verberibus caftigatum Romam dimififfem.

At erat maiorem in modum perculfus, quod nufquam compareret cerua. Mira enim aduerfus barbaros orbatus erat machina, qui tunc vel maxime confirmandi erant. Mox tamen nocte quidam forte errantes offendunt eam, et a colore agnitam capiunt. Quibus Sertorius, vt ad eum delatum eft, grandem fummam, fi id non vulgaffent, oftendit fe daturum. Ceruam autem quum paucis diebus occultaffet, proceffit in concionem, vultu admo-

45 πολλὰ idem.

46 φαιδρὸς ἀπ' ὄψεως] Quid ἀπ' ὄψεως fignificet, non intellexerunt Interpp. qui ad vnum vertant: *vultu ad laetitiam compofito;* cum ὄψις hic *fomnium* notet, (vt 498, 10. vbi ait: ὑπέθραττεν αὐτὸν ἡ ὄψις: et paffim alibi;) infomnium fcilicet, quod fefe habuiffe fingebat artifex ille politicorum dolorum; vti mox narrat Plutarchus. *Mofes Dufoul.*

47 παρ-

μενος τοῖς ἡγεμόσι τῶν βαρβάρων [47], ὡς ἀγαθόν τι μέγα τȣ͂ θεȣ͂ προμηνύοντος αὐτῷ κατὰ τȣ̀ς ὕπνȣς· εἶτ' ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, τοῖς ἐντυγχάνȣσιν ἐχρημάτιζεν. ἡ δ' ἔλαφος ὑπὸ τῶν φυλαττόντων αὐτὴν ἐγγὺς ἀφεθεῖσα, καὶ κατιδȣ͂σα τὸν Σερτώριον, ἐχώρει δρόμῳ περιχαρὴς πρὸς τὸ βῆμα, καὶ παραστᾶσα τὴν κεφαλὴν ἐπέθηκε τοῖς γόνασιν αὐτȣ͂, καὶ τῷ στόματι τῆς δεξιᾶς ἔψαυεν, εἰθισμένη καὶ πρότερον τȣ͂το ποιεῖν. ἀντιφιλοφρονȣμένȣ δὲ τȣ͂ Σερτωρίȣ πιθανῶς, καί τι καὶ δακρύσαντος, ἔκπληξις εἶχε τȣ̀ς παρόντας τὸ πρῶτον· εἶτα κρότῳ καὶ βοῇ τὸν Σερτώριον, ὡς δαιμόνιον ἄνδρα καὶ θεοῖς φίλον, οἴκαδε προπέμψαντες, ἐν εὐθυμίαις καὶ χρησαῖς ἐλπίσιν ἦσαν.

21. Ἐν δὲ τοῖς τῶν Σεγȣντίνων [48] πεδίοις εἰς τὰς ἐσχάτας ἀπορίας κατακεκλεικὼς τȣ̀ς πολεμίȣς, ἠναγκάσθη συμβαλεῖν αὐτοῖς καταβαίνȣσιν ἐφ' ἁρπαγὴν καὶ σιτολογίαν. ἠγωνίσθη δὲ λαμπρῶς παρ' ἀμφοτέρων. καὶ

admodum ad laetitiam compoſito, barbarorum praefectis rem laetiſſimam in ſomnis ſibi a deo exponens praenunciatam. Hinc tribunal conſcendit. Dum adeuntibus vacat, cerua a cuſtodientibus eam in propinquo dimiſſa eſt. Quae cernens Sertorium, curſu hilaris ad tribunal fertur, aſſiſtenſque caput genibus eius imponit, dextramque ore (quod facere etiam ante ſolebat) attrectat. Quam demulcente viciſſim in ſpeciem Sertorio, manantibus quoque nonnihil lacrymis, ſtupor primum defixit ſpectatores, deinde plauſu et acclamatione vt ſanctum virum Sertorium et diis carum ad tabernaculum eius proſequuti ſunt, laetique omnia bona ſperabant.

In campis Saguntinis quum ad extremas anguſtias redegiſſet hoſtes, ſigna conferre cum iis, praedatum et frumentatum proficiſcentibus, coactus eſt. Certatum eſt vtrinque fortiter. Ibi Mem-

47 βαρβάρων] In quibuſdam eſt Ἰβήρων. *H. Stephanus.* Sic habet Bodl. 4. idemque voluit Vulcob. in quo βήρων legitur.

48 Σεγȣντίνων] Scribe, cum Bodl. 4. et Mur. Σαγȣντίνων, quod viderat iam Xyl. qui addit, vrbem, in quam receſſit Sertorius, Calagurium fuiſſe, ex Liu. lib. XCII. patere. [Idem Xylander annotat, apud Appianum rectius περὶ Σαγοντίαν legi.]

Μέμμιος μὲν, ὁ τῶν ὑπὸ Πομπηΐῳ ϛρατηγῶν ἡγεμονικώτατος, ἐν τῷ καρτερωτάτῳ τῆς μάχης ἔπεσεν· ἐκράτει δὲ Σερτώριος, καὶ φόνῳ πολλῷ τῶν ἔτι συνεϛώτων ἐωθεῖτο πρὸς αὐτὸν τὸν [49] Μέτελλον. ὁ δὲ [50] παρ' ἡλικίαν ὑποϛὰς καὶ περιφανῶς ἀγωνιζόμενος, παίεται δόρατι. τȣ̃το τȣ̀ς μὲν ἰδόντας τῶν Ῥωμαίων, τȣ̀ς δ' [51] ἀκȣ́σαντας αἰδὼς ἔσχεν ἐγκαταλιπεῖν τὸν ἡγεμόνα, καὶ θυμὸς ἅμα πρὸς τȣ̀ς πολεμίȣς παρέϛη. προθέμενοι δὲ [52] τȣ̀ς θυρεȣ̀ς, καὶ συνεξενεγκόντες εὐρώϛως, ἐξωθȣ̃σι τȣ̀ς Ἴβηρας· καὶ γενομένης ȣ̔́τω παλιντρόπȣ τῆς νίκης, ὁ Σερτώριος ἐκείνοις τε φυγὰς ἀδεεῖς μηχανώμενος, καὶ τεχνάζων ἑτέραν αὐτῷ δύναμιν συνελθεῖν ἐφ' ἡσυχίας, εἰς πόλιν ὀρεινὴν καὶ καρτερὰν ἀναφυγὼν, ἐφράγνυτο τὰ τείχη, καὶ τὰς πύλας ὠχυρȣ̃το, πάντα μᾶλλον, ἢ πολιορκίαν, ὑπομένειν διανοȣ́μενος. ἀλλ' ἐξηπάτα τȣ̀ς πολεμίȣς. ἐκείνῳ γὰρ προσκαθεζόμενοι, καὶ τὸ χωρίον ȣ̓ χαλεπῶς λήψεσθαι προσδοκῶντες, τȣ́ς τε φεύγοντας τῶν βαρ-

Memmius, Pompeii legatorum peritiſſimus rei militaris, vbi conſtitit acerrimum proelium, cecidit. Vicit autem Sertorius, et magna ſtantium adhuc in acie ſtrage in ipſum illatus Metellum eſt. Hic praeter aetatem ſubſiſtens, dum egregie dimicat, lancea vulneratur. Id partim conſpicientes, partim audientes, Romanos inceſſit pudor, ne imperatorem deſererent, ſimulque exarſerunt in hoſtem, obiectiſque ſcutis, atque illo vi exportato, repulerunt Hiſpanos. Quum ita conuerſio facta eſſet victoriae, Sertorius, quo facilem atque innoxiam ſuis fugam machinaretur, et moliretur ſibi nouum delectum, in oppidum refugit montanum et munitum, eiuſque muros obſepſit, et portas firmauit; quiduis potius tamen, quam obſidionem, meditans ferre, eludebat hoc modo hoſtes. Dum enim aſſident ei, vrbemque paruo negotio ſperant ſe capturos, cum fugientes barbaros elabi

49 τὸν abeſt a Iuntina Aldinaque.
50 poſt ὁ δὲ addit καὶ Vulc.
51 τȣ̀ς δὲ] Ante haec verba aliquid excidiſſe neceſſe eſt. *Moſes Duſoul.*
52 δὲ non legitur in Iuntina et Aldina.

53 αὐτῷ

βάρων προΐεντο, καὶ τῆς ἀθροιζομένης αὖθις τῷ Σερτωρίῳ δυνάμεως ἠμέλησαν. ἠθροίζετο δὲ, πέμψαντος ἡγεμόνας ἐπὶ τὰς πόλεις αὐτοῦ [53], καὶ κελεύοντος, ὅταν ἤδη πολλοὺς ἔχωσιν, ἄγγελον ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δ' ἀπέστειλαν, σὺν οὐδενὶ πόνῳ διεκπαισάμενος τοὺς πολεμίους, συνέμιξε τοῖς ἑαυτοῦ· καὶ πάλιν ἐπῄει πολὺς γεγονὼς, καὶ περιέκοπτεν αὐτῶν τὴν μὲν ἀπὸ τῆς γῆς εὐπορίαν, ἐνέδραις καὶ κυκλώσεσι, καὶ τῷ πανταχόσε φοιτᾷν, ὀξὺς ἐπιών· τὰ δ' ἐκ θαλάττης, λῃστρικοῖς σκάφεσι κατέχων τὴν παραλίαν. ὥστ' ἠναγκάσθησαν οἱ στρατηγοὶ διαλυθέντες, ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν ἀπελθεῖν, Πομπήϊος δὲ περὶ Βακκαίους διαχειμάσαι μοχθηρῶς ὑπ' ἀχρηματίας, γράφων πρὸς τὴν σύγκλητον, ὡς ἀπάξει [54] τὸν στρατὸν, εἰ μὴ πέμποιεν ἀργύριον αὐτῷ· καταναλωκέναι γὰρ ἤδη τὰ αὐτοῦ, προπολεμῶν τῆς Ἰταλίας. καὶ πολὺς ἦν οὗτος ἐν Ῥώμῃ λόγος, ὡς Πομπηΐου πρότερος εἰς Ἰταλίαν ἀφίξοιτο Σερτώριος. εἰς τοσοῦτον τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους τῶν τότε στρατηγῶν ἡ Σερτωρίου δεινότης κατέστησεν.

elabi paſſi ſunt, tum conſcribi permiſerunt Sertorio alias copias, quae conficiebantur a legatis illius, quos per oppida miſerat, praeceperatque, vbi iam magnum numerum contraxiſſent, vt ſe facerent certiorem. Quod poſtquam ei ſignificauere, ex facili per medios elapſus hoſtes coniunxit ſe cum ſuis, rediitque in illos viribus auctus. Commeatum praecidit iis, terra ex inſidiis et circumuentionibus, et circumcurſitando in omnes partes ſubito premens: pelago, litora nauigiis praedatoriis obſidendo. Vnde neceſſitate ſubacti duces ſunt diuerſi, alter in Galliam recedere, Pompeius ob pecuniae difficultatem hybernare incommode in Vacceis; ſcripſitque ſenatui, ſe, ni ſibi mitterent ſtipendium, exercitum deportaturum. Iam enim propugnando pro Italia patrimonium ſuum expendiſſe. Romae autem magnus erat rumor, priorem Pompeio in Italiam Sertorium venturum. Eo primarios et potentiſſimos duces ſolertia Sertorii redegerat.

Quan-

53 αὐτοῦ abeſt a Bodl. 4. 54 ἀπαλάξει Bodl. 4.

 55 μεγα-

22. Ἐδήλωσε δὲ καὶ Μέτελλος, ἐκπεπληγμένος τὸν ἄνδρα καὶ μέγαν ἡγȣ́μενος. ἐπεκήρυξε γὰρ, εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι Ῥωμαῖος, ἑκατὸν ἀργυρίȣ τάλαντα δώσειν, καὶ πλέθρα δισμύρια γῆς· εἰ δὲ φυγὰς, κάθοδον εἰς Ῥώμην· ὡς ἀπογνώσει φανερᾶς ἀμύνης, ὠνȣ́μενος τὸν ἄνδρα διὰ προδοσίας. ἔτι δὲ νικήσας ποτὲ μάχῃ τὸν Σερτώριον, ȣ̃τως ἐπήρθη, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἠγάπησεν, ὥστ' αὐτοκράτωρ ἀναγορευθῆναι· θυσίαις δ' αὐτὸν αἱ πόλεις ἐπιφοιτῶντα καὶ βωμοῖς ἐδέχοντο. λέγεται δὲ καὶ στεφάνων ἀναδέσεις προσίεσθαι, καὶ δείπνων σοβαρωτέρων ὑποδοχὰς, ἐν οἷς ἐσθῆτα θριαμβικὴν ἔχων ἔπινε, καὶ νῖκαι πεποιημέναι δι' ὀργάνων ἐπιδρόμων χρύσεα τρόπαια καὶ στεφάνȣς διαφέρȣσαι κατήγοντο, καὶ χοροὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἐπινικίȣς ὕμνȣς ᾖδον εἰς αὐτόν. ἐφ' οἷς εἰκότως ἦν καταγέλαστος, εἰ δραπέτην Σύλλα, καὶ λείψανον τῆς Κάρβωνος φυγῆς ἀποκαλῶν τὸν Σερτώριον, ȣ̃τω κεχαύνωται καὶ περιχαρὴς γέγονεν, ὑποχωρήσαντος αὐτȣ̃ περιγενόμενος. μεγαλοφροσύνης [55] δὲ τȣ̃ Σερτωρίȣ

Quantum vero hunc virum exhorruerit Metellus, et quanti fecerit, declarauit hac re; ſiquidem pronunciauit in caput eius, ſi ciuis Romanus illum interfeciſſet, praemium centum argenti talenta, et agrum viginti millium iugerum: ſi exſul, reditum in patriam. Ita apertae deſperatione victoriae licitabatur illum per proditionem. Ad haec quum aliquando Sertorium acie fudiſſet, vſque adeo extulit ſe et proſpero caſu exſultauit, vt imperatorem ſe ſit ſalutari paſſus, ſacrificiis autem eum oppida ingredientem atque aris ei dicatis exciperent. Memorant, eum coronas quoque imponi capiti ſuo permiſiſſe, coeniſque indulſiſſe faſtuoſioribus, in quibus veſte triumphali amictus potabat. Victoriae fictae per artificioſa inſtrumenta deſcendebant, quae aurea tropaea et coronas transferebant. Chori puerorum et virginum cantilenas triumphales in laudem eius canebant. Qua in re ridiculus merito erat, quod, quum Syllae fugitiuum et reliquias Carbonianorum exſulum appellaret Sertorium, ita iactabundus euaſerit exſultaueritque, quod eum vltro cedentem ſuperaſſet. At Sertorium magno fuiſſe animo haec indicia

55 μεγαλοφροσύνη] Steph. et Mur. μεγαλοφροσύνης: vt infra 231,

πρῶτον μὲν, τὸ τὲς Φεύγοντας ἀπὸ Ῥώμης βȣλευτὰς καὶ παρ' αὐτῷ διατρίβοντας σύγκλητον ἀναγορεῦσαι, ταμίας τε καὶ ϛρατηγὲς ἐξ ἐκείνων ἀποδεικνύναι, καὶ πάντα τοῖς πατρίοις νόμοις τὰ τοιαῦτα κοσμεῖν· ἔπειτα, το χρώμενον ὅπλοις [56], καὶ χρήμασι, καὶ πόλεσι ταῖς Ἰβήρων, μηδ' ἄχρι λόγȣ τῆς ἄκρας ἐξȣσίας ὑφίεσθαι πρὸς αὐτὲς, Ῥωμαίȣς δὲ καθιϛάναι ϛρατηγὲς καὶ ἄρχοντας αὐτῶν, ὡς Ῥωμαίοις ἀνακτώμενον τὴν ἐλευθερίαν, ȣ̓κ ἐκείνȣς αὔξοντα κατὰ Ῥωμαίων. καὶ γὰρ ἦν ἀνὴρ Φιλόπατρις, καὶ πολὺν ἔχων ἵμερον τȣ̃ κατελθεῖν· ἀλλὰ δυσπραγῶν μὲν ἠνδραγάθει, καὶ ταπεινὸν μὲν ȣ̓δὲν [57] ἔπραττε πρὸς τὲς πολεμίȣς· ἐν δὲ ταῖς νίκαις διεπέμπετο πρὸς Μέτελλον καὶ πρὸς Πομπήїον, ἕτοιμος ὢν τὰ ὅπλα καταθέσθαι, καὶ βιȣ̃ν ἰδιώτης καθόδȣ τυχών· μᾶλλον γὰρ ἐθέλειν ἀσημότατος ἐν Ῥώμῃ πολίτης, ἢ Φεύγων τὴν ἑαυτȣ̃, πάντων ὁμȣ̃ τῶν ἄλλων αὐτοκράτωρ ἀναγορεύεσθαι. λέγεται δ' ȣ̓χ ἥκιϛα τῆς πατρίδος ἐπι-

indicia fuere: Primum, quod ſenatores Romanos patria extorres, qui in praeſidiis erant ſuis, ſenatum appellaret, quaeſtores legatoſque ex illis crearet, legibuſque omnia illa adornaret patriis. Deinde, quod, qui armis, pecunia, oppidis vteretur Hiſpanorum, ne verbis quidem ſummam poteſtatem apud illos ſummitteret; verum daret eis duces et praefectos Romanos, tanquam Romanis libertatem recuperans, non illos augens aduerſus Romanos. Etenim vir ille erat amans patriae, magnoque tenebatur in patriam redeundi deſiderio. Caeterum in aduerſis caſibus fortis erat, neque abiectum praebebat ſe hoſtibus. In victoriis autem legatos ad Metellum et Pompeium mittebat, paratum ſe oſtendens arma ponere, et, reditu conceſſo, priuatam vitam agere. Malle enim ciuem ſe Romae eſſe obſcuriſſimum, quam exſulem cunctorum aliorum declarari imperatorem. Dicitur autem patriae cupiditate flagraſſe

231, 1. quod lubens amplector. *Moſes Duſoul.* [et ita in vetuſtis quibuſdam libris eſſe H. Stephanus annotat.]

56 φίλοις Bodl. 4.

57 μὲν ȣ̓δὲν] Delendum illud μέν.

58 ἐφ'

θυμεῖν διὰ τὴν μητέρα, τραφεὶς ὀρφανὸς ὑπ' αὐτῇ, καὶ τὸ σύμπαν ἀνακείμενος ἐκείνῃ. καλȣ́ντων δὲ τῶν περὶ τὴν Ἰβηρίαν φίλων αὐτὸν ἐφ' ἡγεμονίᾳ [58], πυθόμενος τὴν τελευτὴν τῆς μητρὸς, ὀλίγον ἐδέησεν ὑπὸ λύπης προέσθαι τὸν βίον. ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας ȣ̓́τε σύνθημα δȣ̀ς, ȣ̓́τ' ὀφθείς τινι τῶν φίλων ἔκειτο· καὶ μόλις οἱ συστράτηγοι καὶ ὁμότιμοι [59] τὴν σκηνὴν περιστάντες ἠνάγκασαν αὐτὸν προελθόντα, τοῖς στρατιώταις ἐντυχεῖν, καὶ τῶν πραγμάτων εὖ φερομένων [60] ἀντιλαμβάνεσθαι. διὸ καὶ πολλοῖς ἔδοξεν, ἥμερος ἀνὴρ φύσει γεγονὼς, καὶ πρὸς ἡσυχίαν ἔχων ἐπιεικῶς, δι' αἰτίας παρὰ γνώμην [61] ταῖς στρατηγικαῖς ἀρχαῖς χρῆσθαι, καὶ μὴ τυγχάνων ἀδείας, ἀλλὰ συνελαυνόμενος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς τὰ ὅπλα, φρȣρὰν ἀναγκαίαν τȣ̃ σώματος περιβάλλεσθαι τὸν πόλεμον.

grasse maxime causa matris, a qua educatus orbus fuerat, totoque animo erat illi addictus. Quum igitur necessarii Sertorii in Hispania ad imperium suscipiendum eum vocarent, nunciatis matris fatis, profudit paene ex moerore vitam. Quippe diebus septem neque signum militibus dedit, neque in vllius conspectum amici prodiens, iacebat humi. Vix tandem reliqui imperatores, atque in pari dignitatis gradu positi, circumsistentes tabernaculum eius, coëgerunt eum in publicum progredi et milites appellare, atque res prospere fluentes capessere. Quare placidi vir ingenii habitus apud multos est, et quietis cupidus, inuitusque ob causas quasdam munera imperatoria vsurpasse: quum vero obtinere non valeret securitatem, sed ab inimicis in arma cogeretur, statione necessaria corpus sepsisse bello.

Celsi-

58 ἐφ' ἡγεμονίᾳ] In Fl. et Ald. legitur ἡγεμονία, litera α non habente ι subscriptum: quod facit, vt pro accusatiuo ἡγεμονίαν, quem malo, irrepsisse existimem. *H. Stephanus.* [Atqui iota illud subscriptum nusquam locorum cernitur in isto pari editionum.]

59 ὁμότιμοι] Vox proba. Sed alteram illam, quam exhibent Vulc. et Bodl. 4. ἰσότιμοι, vsurpat et infra, (332. pen.) vbi in Codd. nulla reperitur varietas.

60 εὖ φερομένων] Forsan rectius legatur ȣ̓κ εὖ φερομένων. Sed consulendi plures Codd. Mss. Videtur tamen id factum esse, cum primum ex Africa accersitus est.

61 παρὰ γνώμην absunt a Bodl. 4.

62 δια-

23. Ἦν δὲ καὶ τὰ πρὸς Μιθριδάτην αὐτȣ̃ πολιτεύματα μεγαλοφροσύνης. ἐπεὶ γὰρ ἐκ τȣ̃ κατὰ Σύλλαν σφάλματος ὁ Μιθριδάτης, ὥσπερ εἰς πάλαισμα δεύτερον ἀνιςάμενος, αὖθις ἐπεχείρησε τῇ Ἀσίᾳ· μέγα δ' ἤδη τὸ Σερτωρίȣ κλέος ἐφοίτα πανταχόσε, καὶ τῶν περὶ αὐτȣ̃ λόγων, ὥσπερ φορτίων ξενικῶν, οἱ πλέοντες ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἀναπεπλήκεσαν τὸν Πόντον· ὥρμητο διαπρεσβεύεσθαι [62] πρὸς αὐτὸν, ἐπηρμένος μάλιςα ταῖς τῶν κολάκων ἀλαζονείαις, οἳ τὸν μὲν Σερτώριον Ἀννίβᾳ, τὸν δὲ Μιθριδάτην Πύῤῥῳ παρεικάζοντες, ȣ̉κ ἂν ἔφασαν Ῥωμαίȣς πρὸς τηλικαύτας ὁμȣ̃ φύσεις τε καὶ δυνάμεις, ἐπιχειρȣμένȣς διχόθεν, ἀντισχεῖν, τȣ̃ δεινοτάτȣ ςρατηγȣ̃ τῷ μεγίςῳ τῶν βασιλέων προσγενομένȣ. πέμπει δὴ πρέσβεις ὁ Μιθριδάτης εἰς Ἰβηρίαν, γράμματα Σερτωρίῳ καὶ λόγȣς κομίζοντας, δι' ὧν αὐτὸς μὲν ἐπηγγέλλετο χρήματα καὶ ναῦς παρέξειν εἰς τὸν πόλεμον, ὑπ' ἐκείνȣ δ' ἠξίȣ τὴν Ἀσίαν αὐτῷ βεβαιȣ̃σθαι πᾶσαν, ἧς ὑπεχώρησε Ῥωμαίοις κατὰ τὰς πρὸς Σύλλαν γενομένας συνθήκας. ἀθροίσαντος δὲ Σερτωρίȣ βȣλὴν, ἣν σύγκλητον

Celſitudinis animi fuerunt etiam eius cum Mithridate acta. Quum enim ex caſu, quo Sylla eum proſtrauerat, Mithridates, quaſi ad alteram aſſurgens luctam, iterum adoriretur Aſiam; nomen autem iam inclytum vbique celebraretur Sertorii, rumoribuſque de eo, velut peregrinis mercibus, illi, qui ex occidente aduehebantur, Pontum impleſſent; parauit legatos ad eum mittere, excitatus potiſſimum adulatorum iactationibus, qui Sertorium Annibali, Pyrrho Mithridatem aequiparantes, negabant, populum Romanum ingeniis et viribus reſiſtere ſimul tantis ancipiti circumuentos inſultu poſſe, vbi cum acerrimo imperatore rex coniunctus maximus eſſet. Mittit igitur in Hiſpaniam Mithridates legatos ad Sertorium cum literis et mandatis, per quos pecuniam et naues illi ad bellum praebiturum offert ſe, ab illo poſtulat viciſſim, confirmari ſibi omnem Aſiam, qua populo Romano, foedere cum Sylla icto, ceſſerat. Coacto concilio, quod ſenatum vocabat,

62 διαπρεσβεύσασθαι Bodl. 4.

63 λαμ-

ὠνόμαζε, καὶ τῶν ἄλλων δέχεσθαι τὰς προκλήσεις καὶ ἀγαπᾷν κελευόντων, (ὄνομα γὰρ καὶ γράμμα κενὸν αἰτουμένους περὶ τῶν οὐκ ὄντων ἐπ' αὐτοῖς, ἀντὶ τούτων λαμβάνειν [63], ὧν μάλιστα δεόμενοι τυγχάνουσιν) οὐκ ἠνέσχετο ὁ Σερτώριος, ἀλλὰ Βιθυνίαν μὲν ἔφη καὶ Καππαδοκίαν λαμβάνοντι Μιθριδάτῃ μὴ φθονεῖν, ἔθνη βασιλευόμενα καὶ μηδὲν προσήκοντα Ῥωμαίοις· ἣν δὲ τῷ δικαιοτάτῳ τρόπῳ Ῥωμαίων κεκτημένων ἐπαρχίαν, ἀφελόμενος καὶ κατασχὼν, πολεμῶν μὲν ἐξέπεσεν ὑπὸ Φιμβρίου, σπενδόμενος δὲ πρὸς Σύλλαν ἀφῆκε, ταύτην οὐκ ἔφη περιόψεσθαι πάλιν ὑπ' ἐκείνῳ γενομένην· δεῖν γὰρ αὔξεσθαι τὴν πόλιν ὑπ' αὐτοῦ κρατοῦντος, οὐκ ἐλαττώσει τῶν ἐκείνης κρατεῖν αὐτόν. γενναίῳ γὰρ ἀνδρὶ μετὰ τοῦ καλοῦ νικᾷν αἱρετόν· αἰσχρῶς δ' οὐδὲ σώζεσθαι.

24. Ταῦτ' ἀπαγγελθέντα Μιθριδάτης διὰ θάμβους ἐποιεῖτο· καὶ λέγεται μὲν εἰπεῖν πρὸς τοὺς φίλους· Τί δῆτα προστάξει Σερτώριος [64] ἐν Παλατίῳ καθεζόμενος, εἰ

cabat, Sertorius, caeteris accipiendas has conditiones approbandasque censentibus, (quum enim nomen ab ipsis et decretum inane illis de rebus, quae non erant in arbitrio suo, postularentur, pro his demonstrabant se, quibus maxime opus haberent, accipere) improbauit, verum Bithyniam et Cappadociam si occuparet Mithridates, prouincias regi parere assuetas, nec quicquam populo Romano attinentes, eas se illi ait non inuidere. Enimuero qua prouincia iustissimo possidentem titulo spoliauerat populum Romanum inuaseratque, eam a Fimbria illi bello extortam et foedere cum Sylla sancito dimissam negauit, permissurum se, in ditionem vt iterum recideret eius. Amplificandam enim suis victoriis rempublicam, non cum eius prouinciarum diminutione sibi vincendum. Nam viro forti optandam cum honore victoriam, cum turpitudine vero ne salutem quidem.

His renunciatis obstupuit Mithridates: ac ferunt eum ad amicos dixisse: Quid tandem in senatu sedens imperabit Sertorius, qui nunc

ad

63 λαμβάνει Bodl. 4.

64 Σερτώριος cum paulo post insequente καθεζόμενος abest a Bodl. 4.

65 τῶν

νῦν εἰς τὴν Ἀτλαντικὴν ἐξεωσμένος θάλασσαν, ὅρȣς ἡμῶν τῇ βασιλείᾳ τίθησι, καὶ πειρωμένοις Ἀσίας ἀπειλεῖ πόλεμον; ȣ̓ μὴν ἀλλὰ γίνονταί γε συνθῆκαι καὶ ὅρκοι, Καππαδοκίαν καὶ Βιθυνίαν ἔχειν Μιθριδάτην, Σερτωρίȣ ϛρατηγὸν αὐτῷ καὶ ϛρατιώτας πέμποντος· Σερτώριον δὲ παρὰ Μιθριδάτȣ λαβεῖν τρισχίλια τάλαντα καὶ τεσσαράκοντα ναῦς. πέμπεται δὲ καὶ ϛρατηγὸς εἰς Ἀσίαν ὑπὸ Σερτωρίȣ τῶν ἀπὸ βȣλῆς πεφευγότων πρὸς αὐτὸν, Μάρκος Μάριος· ᾧ συνεξελὼν τινὰς πόλεις τῶν Ἀσιάδων ὁ Μιθριδάτης, εἰσελαύνοντι μετὰ ῥάβδων καὶ πελέκεων αὐτὸς εἵπετο, δευτέραν τάξιν καὶ σχῆμα θεραπεύοντος ἑκȣσίως ἀνειληφώς. ὁ δὲ τὰς μὲν ἠλευθέρȣ, ταῖς δ' ἀτέλειαν γράφων χάριτι Σερτωρίȣ κατήγγελλεν· ὥϛε τὴν Ἀσίαν αὖθις, ἐνοχλȣμένην μὲν ὑπὸ τῶν τελωνῶν, βαρυνομένην δὲ ταῖς πλεονεξίαις καὶ ὑπερηφανίαις τῶν ἐπισκήνων [65],

ad Oceanum ſummotus Atlanticum fines regno noſtro praeſcribit, et tentantibus Aſiam denunciat bellum? Veruntamen foedus fit, et iureiurando ſancitur, Cappadociam et Bithyniam ceſſuram Mithridati, Sertorium autem ducem ei militeſque miſſurum: Sertorio inuicem Mithridatem tria millia talentorum cum quadraginta nauibus praebiturum. Dux quoque in Aſiam mittitur ad eum ex ſenatoriis exſulibus M. Marius, cuius auxilio cum cepit Mithridates aliquot oppida in Aſia, inuectum in vrbes cum virgis et ſecuribus ipſe illum tanquam maiorem poteſtatem et miniſtri ſpecie vltro ſequebatur. Ille aliis libertatem dabat: aliis, quum immunitatem concederet, beneficio ſe facere id Sertorii dicebat. Itaque Aſia, quae a publicanis vexabatur, auaritiaque et contumeliis premebatur militum praeſidiariorum,

65 τῶν ἐπισκήνων] Hi ſunt, quos in Sylla ἐπιϛαθμεύοντας appellauit, (80, 17.) de quibus et in textu ipſo et in nota noſtra plurima ibi dicta ſunt. In Hiſpania etiam vidimus (310, 18.) Sertorium eo potiſſimum nomine genti dilectum, quod militaria illa hoſpitia ſuſtuliſſet; μάλιϛα δὲ τῶν ἐπιϛαθμίων ἀπαλλάξας ἠγαπήθη. De re itaque conſtat. Nunc de voce ἐπισκήνων. Ego adulterinam cenſeo, ei huic rei ſignificandae non minus aptam tantum, ſed et contrariam, cum *in Tentoriis degentes* ſignificet. Sed

ἀναπτερωθῆναι [66] πρὸς [67] τὴν ἐλπίδα, καὶ ποθεῖν τὴν προσδοκωμένην μεταβολὴν τῆς ἡγεμονίας.

25. Ἐν δ' Ἰβηρίᾳ τῶν περὶ Σερτώριον συγκλητικῶν καὶ ἰσοτίμων, ὡς πρῶτον εἰς ἀντίπαλον ἐλπίδα κατέστησαν, ἐπανέντος τοῦ φόβου, φθόνος ἥπτετο καὶ ζῆλος ἀνόητος τῆς ἐκείνου δυνάμεως. ἐνῆγε [68] δὲ Περπέννας, δι' εὐγένειαν ἐπαιρόμενος φρονήματι κενῷ πρὸς τὴν ἡγεμονίαν, καὶ λόγους μοχθηροὺς διεδίδου κρύφα τοῖς ἐπιτηδείοις· Τίς ἄρα πονηρὸς ἡμᾶς [69] ὑπολαβὼν ἐκ κακῶν εἰς χείρονα φέρει δαίμων, οἳ Σύλλᾳ μὲν, ὁμοῦ τι συμπάσης ἄρχοντι γῆς καὶ θαλάττης, ποιεῖν τὸ προσταττόμενον οὐκ ἠξιοῦμεν, οἴκοι μένοντες, δεῦρο δὲ φθαρέντες [70], ὡς ἐλεύθεροι βιωσόμε-

rum, denuo ad ſpem erigebatur, exoptabatque exſpectatam imperii conuerſionem.

At in Hiſpania ſenatores et pares Sertorio, vt primum in aequali cum hoſtibus ſpe conſtiterunt, remiſſo metu, liuor et ſtolida inuaſit aemulatio illius potentiae. Perpenna autem auctor fuit, qui ſpiritibus vanis ob natalium ſplendorem animum adiecit imperio. Is perniciosos ſermones clam apud idoneos ſeminauit: Quiſnam malus nos genius ex malis in peiora detrudit, qui Syllae, totius paene terrae et maris tenentis imperium, imperata, fruentes patria, facere dedignamur? Huc vero malis auibus profecti, quo in libertate viueremus,

Sed an ἐπιστάθμων, aut aliam quampiam, reponam, ambigo. Ἐπίσταθμος certe apud noſtrum exſtat, ſed latiore ſenſu. Vide Op. Mor. 1087. Quod autem praefert Bodl. 4. ἐπικειμένων, nihili prorſus eſt. *Moſ. Duſ.*

66 ἀναπτοηθῆναι dant Iunt. et Ald. item in continenti προσδοκουμένην. [Prioris varietatis etiam H. Stephanus mentionem facit, ita annotans: In praecedentibus editionibus legitur ἀναπτοηθῆναι, quod in ἀναπτερωθῆναι (ita enim ſcribi debet) recte mutatum fuiſſe ex vetuſtis codicibus nemo non fatebitur, qui in auctorum Graecorum lectione verſatus fuerit. Paſſim enim aliquem ἀναπτερῶσαι πρὸς τὴν ἐλπίδα, ſeu τὰς ἐλπίδας, et aliquem ἀνεπτερῶσθαι πρὸς τὰς ἐλπίδας, metaphora elegantiſſima dicunt.]

67 πρὸς] ante hanc vocem praeponit Vulc. καὶ.

68 ἡνίκα Bodl. 4.

69 ὑμᾶς dat Iuntina ſola.

70 φθαρέντες] Fuit, cum hanc vocem

νοι, δȣλεύομεν ἑκȣσίως, τὴν Σερτωρίȣ δορυφορȣ̃ντες φυγὴν, ὄνομα χλευαζόμενον ὑπὸ τῶν ἀκȣόντων, σύγκλητος ὄντες, ὕβρεις δὲ καὶ προςάγματα καὶ πόνȣς ȣ̓κ ἐλάττονας Ἰβήρων καὶ Λυσιτανῶν ὑπομένοντες; Τοιȣ́των ἀναπιμπλάμενοι λόγων οἱ πολλοὶ, φανερῶς μὲν ȣ̓κ ἀφίςαντο, δεδοικότες αὐτȣ̃ τὴν δύναμιν· κρύφα δὲ τάς τε πράξεις ἐλυμαίνοντο, καὶ τȣ̀ς βαρβάρȣς ἐκάκȣν, κολάζοντες πικρῶς καὶ δασμολογȣ̃ντες, ὡς Σερτωρίȣ κελεύοντος. ἐξ ὧν ἀποςάσεις ἐγίνοντο καὶ ταραχαὶ περὶ τὰς πόλεις. οἱ [71] δὲ πεμπόμενοι ταῦτα θεραπεύειν καὶ ἀποπραΰνειν ἐπανήρχοντο πλείονας ἐξειργασμένοι πολέμȣς, καὶ τὰς ὑπαρχȣ́σας ηὐξηκότες ἀπειθείας· ὥςε τὸν Σερτώριον ἐκ τῆς προτέρας ἐπιεικείας καὶ πρᾳότητος μεταβαλόντα, περὶ τȣ̀ς ἐν Ὄσκῃ τρεφομένȣς παρανομῆσαι παῖδας τῶν Ἰβήρων, τȣ̀ς μὲν ἀνελόντα, τȣ̀ς δ᾽ ἀποδόμενον.

26. Ὁ δ᾽ ȣ̓̃ν [72] Περπέννας πλείονας ἐνωμότȣς ἔχων πρὸς τὴν ἐπίθεσιν, προσάγεται καὶ Μάλλιον [73], ἕνα τῶν

remus, ſponte ſeruimus, Sertorii ſtipantes exſilium, et ridiculo audientibus nomine ſenatus dicimur, quum contumelias, imperia et labores non ſecus, ac Hiſpani et Luſitani, feramus. Huiuſcemodi ſermonibus complures imbuti, metu illius auctoritatis non rebellabant aperte, verum res eius in ſecreto corrumpebant, barbaroſque acerbe puniendo et tributo exigendo, quaſi Sertorii iuſſu, affligebant. Hinc defectiones natae per oppida, et ſeditiones. Qui vero ad haec mittebantur lenienda et medenda, redibant, pluribus inflammatis tumultibus, et rebellionibus prioribus intenſis. Vnde degenerans ex humanitate et lenitate Sertorius priſtina, Hiſpanorum filios, qui Oſcae educabantur, violauit, ac partem eorum occidit, alios ſub corona vendidit.

Porro Perpenna, qui complures coniuratos habebat ad Sertorium adoriendum, adiunxit inſuper ſibi vnum ex Sertorianis du-

cibus,

vocem corruptam arbitrarer. Sed nunc ita vſurpare noſtrum animaduerto. Vide 355, pen. 399, 9. IV. 196, 6. et V. 87, 6. *Moſes Duſoul.*

71 pro οἱ Bodl. 4. exhibet ὡς.

72 ὅ γ᾽ ȣ̓̃ν Vulc. a Bodl. 4. ȣ̓̃ν abeſt.

73 Μάλλιον] Dacerius et hic, et in ſeqq. Μάνιον ſcribere iubet; ait:

ἐφ' ἡγεμονίας. οὗτος ἐρῶν τινος τῶν ἐν ὥρᾳ μειρακίου, καὶ φιλοφρονούμενος πρὸς αὐτὸ [74] φράζει τὴν ἐπιβουλὴν, κελεύων, ἀμελήσαντα τῶν ἄλλων ἐραστῶν, αὐτῷ μόνῳ προσέχειν, ὡς ἐντὸς ἡμερῶν ὀλίγων μεγάλῳ γενησομένῳ. τὸ δὲ μειράκιον ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐραστῶν, Αὐφιδίῳ, μᾶλλον προσπεπονθὸς, ἐκφέρει τὸν λόγον. ἀκούσας δ' ὁ Αὐφίδιος ἐξεπλάγη· καὶ γὰρ αὐτὸς μετεῖχε τῆς ἐπὶ Σερτώριον συνωμοσίας, οὐ μέντοι τὸν Μάλλιον ἐγίνωσκε μετέχοντα. Περπένναν δὲ καὶ Γρακῖνον καί τινας ἄλλους, ὧν αὐτὸς ᾔδει συνωμοτῶν, ὀνομάζοντος τοῦ μειρακίου, διαταραχθεὶς, πρὸς ἐκεῖνον μὲν ἐξεφλαύριζε τὸν λόγον, καὶ παρεκάλει τοῦ Μαλλίου καταφρονεῖν, ὡς κενοῦ καὶ ἀλαζόνος· αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν Περπένναν πορευθεὶς, καὶ φράσας τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ καὶ τὸν κίνδυνον, ἐκέλευσεν ἐπιχειρεῖν. οἱ δ' ἐπείθοντο, καὶ παρασκευάσαντες ἄνθρωπον γράμματα κομίζοντα τῷ Σερτωρίῳ προσήγαγον. ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα νίκην τινὸς τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατηγῶν, καὶ φόνον πολὺν τῶν πολεμίων. ἐφ' οἷς τοῦ

cibus, Manlium. Hic deperibat amore formoſi adoleſcentuli: cui blandiens effutit conſpirationem, hortaturque, vt alios amatores mittat, et ſibi vni, qui paucis diebus ſit magnus euaſurus, adhaereat. Adoleſcentulus alteri amatori, in quem erat propenſior, ſermonem Aufidio enunciat. Qui vt audiuit, obſtupuit. Quippe coniurationis in Sertorium erat conſors, non cognouerat tamen, participem eius Manlium eſſe. At vbi Perpennam et Gracinum, et alios quoſdam coniuratos, quos ipſe ſciebat, nominauit adoleſcens, perculſus eleuauit apud illum ea dicta, monuitque, Manlium, vt vanum et iactabundum, contemneret. Profectus autem ad Perpennam, demonſtrato temporis momento et periculo; conſuluit, vt rem aggrederetur. Aſſenſi coniurati hominem ſubornatum adduxerunt, qui epiſtolam redderet Sertorio. Epiſtola victoriam cuiuſpiam eius legatorum et hoſtium magnam ſtragem ſignificabat. Qua re ouantem Serto-

aitque, *Manium Antonium* fuiſſe, de quo haec narrentur, eum ſcilicet, a quo primo percuſſus eſt Sertorius, 335, 3.

74 αὐτὸν Bodl. 4.

75 poſt

Σερτωρίου περιχαροῦς ὄντος, καὶ θύοντος εὐαγγέλια, Περπέννας ἑστίασιν αὐτῷ καὶ τοῖς παροῦσι φίλοις (οὗτοι δ' ἦσαν ἐκ τῆς συνωμοσίας) ἐπηγγέλλετο, καὶ πολλὰ λιπαρήσας, ἔπεισεν [75] ἐλθεῖν. ἀεὶ μὲν οὖν τὰ μετὰ Σερτωρίου δεῖπνα πολλὴν εἶχεν αἰδῶ καὶ κόσμον, οὔτε ὁρᾶν τι τῶν αἰσχρῶν, οὔτ' ἀκούειν, ὑπομένοντος, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνόντας [76] εὐτάκτοις καὶ ἀνυβρίστοις παιδιαῖς χρῆσθαι καὶ φιλοφροσύναις ἐθίζοντος. τότε δὲ τοῦ πότου μεσοῦντος, ἀρχὴν ἀψιμαχίας ζητοῦντες, ἀναφανδὸν ἀκολάστοις ἐχρῶντο ῥήμασι· καὶ πολλὰ προσποιούμενοι μεθύειν ἠσέλγαινον, ὡς παροξυνοῦντες ἐκεῖνον. ὁ δ', εἴτε δυσχεραίνων τὴν ἀκοσμίαν, εἴτε τὴν διάνοιαν αὐτῶν τῇ βραδυτῆτι τῆς λαλιᾶς [77] καὶ τῇ παρὰ τὸ εἰωθὸς ὀλιγωρίᾳ συμφρονήσας,

Sertorium et laeti nuncii cauſa ſacrificantem cum praeſentibus amicis (hi in coniuratione erant) inuitauit Perpenna ad coenam, multiſque precibus obtinuit, vt ſibi condiceret. Coenae quidem ſemper praeſente Sertorio magna erant verecundia et honeſtate conditae, quod nihil vel videre, vel audire, ſuſtineret turpe, ſed conuiuas pudicis et ſobriis iocis oblectamentiſque aſſueſeciſſet vti. Ibi autem in medio conuiuio exordium quaerentes iurgii, propalam inceſta verba iecerunt, fingenteſque ſe vino merſos, quo irritarent illum, multa deſignauerunt inſolenter. Ille vero, vel quod licentia iſta offenderetur, vel quod mentem eorum loquendi tarditate et inſolita diſſolutione aduerteret,

75 poſt ἔπεισεν addit Bodl. 4. αὐτὸν, niſi potius hoc αὐτὸν pro ἐλθεῖν ibi poſitum eſt; nam in indice Variant. edit. Lond. haec varietas ita expreſſa eſt: ἔπεισεν αὐτὸν, Bodl. 4. quis certo inde colligat, vtro modo in hoc codice legatur; et huiuſmodi ambiguitates permultae in hoc Variant. indice reperiuntur, vbi diligentiore annotatione opus erat.

76 συνόντας] Legitur etiam συμπίνοντας. *H. Stephanus.*

77 βραδυτῆτι τῆς λαλιᾶς] Plutarchi mentem aſſecuti non ſunt hic Interpp. Angl. et Gall. quorum hic pro *tardiloquentia, balbutiem;* ille *muſſitationem*, vertunt. Acute Plutarchus ex obſcoenis Ebrietatem ſimulantium verbis compoſite prolatis Sertorium inſidias ſibi ſtrui conieciſſe ait. *Moſes Duſoul.*

μετέβαλε τὸ σχῆμα τῆς κλισίας [78], ὕπτιον ἀνεὶς ἑαυτὸν, ὡς ἐδὲ προσέχων, ἔτε κατακέων. ἐπεὶ δ' ὁ Περπέννας Φιάλην τινὰ λαβὼν ἀκράτε, καὶ μεταξὺ πίνων ἀφῆκεν ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ ψόφον ἐποίησεν, ὅπερ ἦν αὐτοῖς σύμβολον, Ἀντώνιος ὑπερκατακείμενος παίει τῷ ξίφει τὸν Σερτώριον. ἀναστρέψαντος δὲ πρὸς τὴν πληγὴν ἐκείνε καὶ συνεξανισταμένε, περιπεσὼν εἰς τὸ στῆθος, κατέλαβε τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας, ὥστε μηδ' ἀμυνόμενον, πολλῶν παιόντων, ἀποθανεῖν.

27. Οἱ μὲν ἒν πλεῖστοι τῶν Ἰβήρων εὐθὺς ᾤχοντο, καὶ παρέδωκαν ἑαυτὲς ἐπιπρεσβευσάμενοι τοῖς περὶ Πομπήϊον καὶ Μέτελλον· τὲς δὲ συμμείναντας ὁ Περπέννας ἀναλαβὼν ἐπεχείρει τι πράττειν. χρησάμενος δὲ ταῖς Σερτωρίε παρασκευαῖς, ὅσον ἐνασχημονῆσαι καὶ φανερὸς γενέσθαι μήτ' ἄρχειν, μήτ' ἄρχεσθαι πεφυκὼς, Πομπηΐῳ προσέβαλε [79]· καὶ ταχὺ συντριβεὶς ὑπ' αὐτὲ, καὶ [80] γενόμενος αἰχμάλωτος, ἐδὲ τὴν ἐσχάτην

teret, figura mutata accubitus supinum se collocauit, quasi non attenderet, neque exaudiret ea. Vt vero phialam Perpenna accepit meri plenam, eamque inter bibendum e manibus dimisit, vnde editus est strepitus, quod erat illis pro signo; Antonius, qui supra Sertorium recumbebat, ferit eum pugione. Ad ictum circumagente se illo et parante exsurgere, coniiciens se in pectus eius, ambas occupat manus. Ita quum non valeret vlla ratione se defendere, multis eum caedentibus, est trucidatus.

At Hispani plerique actutum ab his defecere, missisque legatis, in fidem se permisere Pompeii et Metelli. Perpenna autem cum reliquis, qui apud eum haeserunt, aggressus est aliquid rei gerere. Vsus apparatu Sertorii hactenus, vt in eo turpitudinem suam, et qui vir foret, proderet, se nempe nec ad imperandum, nec ad parendum, aptum esse, in Pompeium incurrit. A quo breui obtritus et captus, ne nouissimam quidem fortunam, vt

78 τὸ σχῆμα τῆς κλισίας] Scribe κλίσεως. *Moses Dusoul.*

79 συνέβαλεν Vulc.

80 pro καὶ Bodl. 4. dat ὡς.

81 πραγμά-

ὑπέμεινε συμφορὰν ἡγεμονικῶς, ἀλλὰ τῶν Σερτωρίου γραμμάτων [81] κύριος γεγονὼς, ὑπισχνεῖτο Πομπηΐῳ δείξειν ὑπατικῶν ἀνδρῶν καὶ μέγιστον ἐν Ῥώμῃ δυναμένων αὐτογράφους ἐπιστολὰς, καλούντων Σερτώριον εἰς Ἰταλίαν, ὡς πολλῶν ποθούντων τὰ παρόντα κινῆσαι, καὶ μεταβαλεῖν τὴν πολιτείαν. ἔργον οὖν ὁ Πομπήϊος οὐ νέας φρενὸς, ἀλλ' εὖ μάλα βεβηκυίας καὶ κατηρτυμένης [82], ἐργασάμενος, μεγάλων ἀπήλλαξε τὴν Ῥώμην φόβων καὶ νεωτερισμῶν. τὰς μὲν γὰρ ἐπιστολὰς ἐκείνας, καὶ τὰ γράμματα τοῦ Σερτωρίου συναγαγὼν ἅπαντα κατέκαυσεν, οὔτ' ἀναγνοὺς, οὔτ' ἐάσας ἕτερον· αὐτὸν δὲ τὸν Περπένναν κατὰ τάχος ἀνεῖλε, φοβηθεὶς, μὴ, τῶν ὀνομάτων ἐξενεχθέντων πρός τινας [183], ἀποστάσεις καὶ ταραχαὶ γένωνται. τῶν δὲ τῷ Περπέννᾳ συνομοσαμένων οἱ μὲν ἐπὶ Πομπήϊον ἀναχθέντες διεφθάρησαν, οἱ δὲ φεύγοντες εἰς Λιβύην ὑπὸ Μαυρουσίων κατηκοντίσθησαν. διέφυγε δ' οὐδεὶς, πλὴν Αὐφίδιος, ὁ τοῦ Μαλ-

vt erat imperatore dignum, tulit: ſed, quum haberet in poteſtate chartas Sertorii, pollicebatur Pompeio literas oſtenſurum ſe virorum conſularium et principum vrbis Romae manu exaratas, quibus Sertorium acciuerant in Italiam, multos ſignificantes eſſe, qui praeſentem ſtatum mouere, et res nouas auerent moliri. Verum Pompeius haud iuuenilis mentis, ſed ſolidae et compoſitae fecit actum, quo vrbem ingenti metu nouationibuſque liberauit. Nam epiſtolas illas et codicillos Sertorii collectos omnes concremauit, eoſque neque ipſe legit, neque permiſit alium: Perpennam vero propere interfecit, quod timeret, ſi nomina eorum edidiſſet apud aliquos, ſeditiones et motus exſiſterent. Ex Perpennae coniuratione alii ad Pompeium retracti et necati, pars in Africam fugerunt, qui a Mauris ſunt iaculis confoſſi. Nemo euolauit, praeter riualem Manlii,

81 πραγμάτων idem.

82 κατηρτυμένης] Forſan legendum κατηρτισμένης, vt IV. 285, 13. ὠϊδοῦντα τοῦτον μαλάξαι καὶ καταρτίσαι πρὸς τὸ συμφέρον. quanquam ibi etiam Fl. Ed. καταρτύσαι habet.

183 πρός τινας] praeponit Vulc. καί.

λίȣ ἀντεραςῆς. ȣ̓τος δ' ἢ λαθὼν, ἢ παραμεληθεὶς, ἔν τινὶ βαρβάρῳ κώμῃ πενόμενος καὶ μισȣ́μενος κατεγήρασεν.

ΕΥΜΕΝΗΣ [1].

Εὐμενῆ δὲ τὸν Καρδιανὸν ἱςορεῖ Δȣ̃ρις πατρὸς μὲν ἀμαξεύοντος ἐν Χεῤῥονήσῳ διὰ πενίαν γενέσθαι, τραφῆναι δ' ἐλευθερίως ἐν γράμμασι καὶ περὶ παλαίςραν· ἔτι δὲ παιδὸς ὄντος αὐτȣ̃, Φίλιππον παρεπιδημȣ̃ντα, καὶ σχολὴν ἄγοντα, τὰ τῶν Καρδιανῶν θεάσασθαι παγκράτια μειρακίων, καὶ παλαίσματα παίδων· ἐν οἷς εὐημερήσαντα τὸν Εὐμενῆ, καὶ φανέντα συνετὸν καὶ ἀνδρεῖον, ἀρέσαι τῷ Φιλίππῳ καὶ ἀναληφθῆναι. δοκȣ̃σι δ' εἰκότα λέγειν μᾶλλον οἱ διὰ ξενίαν καὶ φιλίαν πατρῴαν τὸν Εὐμενῆ λέγοντες ὑπὸ τȣ̃ Φιλίππȣ προα-

Manlii, Aufidium. Hic, vel quod non cognofceretur, vel contemneretur, in vico quopiam barbarico inops inuifusque confenuit.

Eumeni Cardiano tradit Duris patrem fuiffe, qui ob inopiam in Cherfonefo victum vectura exercenda quaeritauit: verum liberale eum in literis et palaeftra fortitum tirocinium. Quo etiamnum puero, quum obiter illuc appuliffet Philippus, per otium eum ferunt adolefcentium Cardianorum fpectaffe pancratia et puerorum exercitationes: inter quos excellentem Eumenem, quum folertem eum et ftrenuum vidiffet, placuiffe Philippo, et in familiam eius adfcitum fuiffe. Verum propius fidem videtur, quod illi dicunt, qui propter hofpitii neceffitudinem et amicitiam paternam Eumenem afferunt a Philippo provectum.

1 Eumenes hic (nam fuerunt et alii hoc nomine) vnus fuit de fucceffotibus Alexandri Magni: vt facile, cum quibus vixerit, ac quo tempore, appareat. Multa de eius rebus geftis funt apud Diodorum Siculum lib. XVIII. et vita eius etiam in libello Aemilii Probi (vt fertur) continetur defcripta. Cardia autem, patria eius, vrbs eft Cherfonefi Thraciae non obfcura. *Xylander.*

2 πρα-

χθῆναι [2]. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, οὔτε συνέσει τινὸς, οὔτε πίστει, λείπεσθαι δοκῶν τῶν περὶ Ἀλέξανδρον, ἐκαλεῖτο μὲν [3] ἀρχιγραμματεὺς, τιμῆς δὲ, ἧσπερ οἱ μάλιστα φίλοι καὶ συνήθεις, ἐτύγχανεν, ὥστε καὶ στρατηγὸς [4] ἀποσταλῆναι κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ἐφ' ἑαυτοῦ μετὰ δυνάμεως, καὶ τὴν Περδίκκου παραλαβεῖν ἐπαρχίαν [5], ὅτε Περδίκκας, ἀποθανόντος Ἡφαιστίωνος, εἰς τὴν ἐκείνου προῆλθε τάξιν. διὸ καὶ Νεοπτολέμου τοῦ ἀρχιυπασπιστοῦ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν λέγοντος, ὡς αὐτὸς μὲν ἀσπίδα καὶ λόγχην, Εὐμενὴς δὲ γραφεῖον ἔχων καὶ πινακίδιον ἠκολούθει, κατεγέλων οἱ Μακεδόνες, μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν τὸν Εὐμενῆ καὶ τῆς κατὰ τὸν γάμον οἰκειό-

vectum. Ab huius excessu, quod nec prudentia, nec fide, vlli esset ex Alexandri amicis secundus, scribarum princeps quidem appellabatur, sed in pari erat dignatione, ac praecipui eius amici, vel familiares, vt etiam dux in India solus cum exercitu mitteretur, et in prouinciam Perdiccae succederet, quum, defuncto Hephaestione, Perdiccas esset ad illius prouinciam prouectus. Vnde quum secundum fata Alexandri armigerorum princeps, Neoptolemus, cum clypeo se et hasta, Eumenem cum stilo et tabellis, iactaret Alexandrum sequutum, deriserunt eum Macedones, quod praeter honores hunc affinitatis quoque necessitudine

2 πραχθῆναι Vulc.
3 post μὲν Bodl. 4. inserit γάρ.
4 στρατηγὸν idem.
5 ἐπαρχίαν] De Prouincia Eumeni ab Alexandro assignata silent Historici. Decurri ergo necesse est ad scripturam Codd. Vulc. Anon. et Mur. ἱππαρχίαν legentium. *Praefuit etiam alteri equitum alae*, inquit Corn. Nepos, *quae Ἑταιρικὴ appellabatur*. At negat Arrianus Lib. VII. (Ed. St. 157. D. nouae, 474.) Hephaestione mortuo, suffectum vllum, qui ei alae praeesset, ne nomen Hephaestionis ei agmini inditum intercideret. Audio. Sed Plutarcho magis credo, asserenti, suffectum Hephaestioni Perdiccam; et in Perdiccae, non Prouinciam, sed τάξιν, successisse Eumenem. Qualem ἱππαρχίαν intelligat, ex p. 345, 7. discimus. Plura quaerere otium non est, quae forsan Cl. Editor [id est, Bryanus] in promtu habebat, sed quorum nullum vlterius indicium reliquit. *Bryanus* et *Moses Dusoul.*

 6 ἰδόν-

τητος ὑπὸ τῦ βασιλέως εἰδότες [6] ἀξιωθέντα. Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζȣ πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνȣ̀ς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα, τῶν ταύτης ἀδελφῶν [7], Πτολεμαίῳ μὲν Ἀπάμαν [8], Εὐμενεῖ δὲ Βαρσίνην ἐξέδωκεν, ὅτε καὶ τὰς ἄλλας Περσίδας διένειμε καὶ συνῴκιζε τοῖς ἑταίροις.

2. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσέκρȣσε πολλάκις Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παρεκινδύνευσε [9] δι' Ἡφαιστίωνα. πρῶτον μὲν γὰρ Εὐίῳ τῷ αὐλητῇ τȣ̃ Ἡφαιστίωνος οἰκίαν κατανείμαντος, ἣν οἱ παῖδες ἔτυχον τῷ Εὐμενεῖ προκατειληφότες, ἐλθὼν ὑπ' ὀργῆς πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Εὐμενὴς, ἐβόα μετὰ Μέντορος [10], ὡς αὐλεῖν εἴη κράτιστον, ἢ

dine fuisse a rege cultum nossent. Siquidem Barsines, Artabazi filiae, quam in Asia Alexander primam cognouit, ex qua filium suscepit Herculem, alteram sororem, Apamam, Ptolemaeo, Eumeni Barsinem collocauit: quo tempore caeteras quoque Persidas distribuit, et amicis in matrimonium collocauit.

Offendit subinde tamen Alexandrum, ac periculum Hephaestionis caussa subiit: primum, quum Euio tibicini attribuisset Hephaestion aedes, quas pueri Eumenis ei priores ceperant, adiit Eumenes ad Alexandrum, ac cum Mentore vociferatus est, praestare, proiectis de manibus armis,

6 ἰδόντες Bodl. 4.

7 τῶν ταύτης ἀδελφῶν] Si genuina haec scriptura est, duas sorores fuisse nomine eodem necesse est; Barsinen hanc, Memnonis viduam, et quam Alexander Eumeni vxorem dat. *Moses Dusoul.*

8 μὲν ἀπένειμεν Bodl. 4. [Sic est in indice Variant. edit. Lond. Quis autem, num dictus codex μὲν ἀπένειμεν Ἀπάμαν det, an vero pro Ἀπάμαν vitiose ἀπένειμεν exhibeat, cum similitudo quaedam literarum sit inter has voces, inde perspiciat.]

9 post παρεκινδύνευσε inserit πολλάκις Bodl. 4.

10 μετὰ Μέντορος] Mentor ille frater erat Memnonis, cuius viduam, Barsinen, Alexander primam adamarat. Barsine autem filia erat Artabazi, (Vide IV. 31, pen.) cui et alia fuit filia eiusdem nominis, quae Eumeni nupsit. Posterior haec videtur ex Sorore Mentoris et Memnonis suscepta. Artabazus enim apud alios scriptores sororem eorum duxisse traditur. Haec

τραγῳδεῖν, τὰ ὅπλα ῥίψαντας ἐκ τῶν χειρῶν· ὥστ' Ἀλέξ-
ανδρον αὐτῷ συναγανακτεῖν καὶ λοιδορεῖσθαι τῷ Ἡφαι-
στίωνι. ταχὺ μέντοι μεταπεσὼν, αὖθις εἶχε τὸν Εὐμενῆ
δι' ὀργῆς, ὡς ὕβρει μᾶλλον πρὸς ἑαυτὸν, ἢ παῤῥησίᾳ
πρὸς Ἡφαιστίωνα, χρησάμενον. ἔπειτα Νέαρχον ἐκπέμ-
πων μετὰ νεῶν ἐπὶ τὴν ἔξω θάλασσαν, ᾔτει χρήματα
τοὺς φίλους· οὐ γὰρ ἦν ἐν τῷ βασιλείῳ. τοῦ δ' Εὐμενοῦς αἰ-
τηθέντος μὲν τριακόσια τάλαντα, δόντος δὲ ἑκατὸν μό-
να, καὶ ταῦτα γλίσχρως καὶ μόλις αὐτῷ συνειλέχθαι
διὰ τῶν ἐπιτρόπων φάσκοντος, οὐδὲν ἐγκαλέσας, οὐδὲ
δεξάμενος, ἐκέλευσε τοὺς παῖδας κρύφα τῇ σκηνῇ τοῦ
Εὐμενοῦς πῦρ ἐνεῖναι· βουλόμενος, ἐκκομιζομένων τῶν χρη-
μάτων, λαβεῖν ἐπ' αὐτοφώρῳ ψευδόμενον. ἔφθη δὲ ἡ
σκηνὴ καταφλεχθεῖσα, καὶ μετενόησε τῶν γραμμάτων
διαφθαρέντων ὁ Ἀλέξανδρος. τὸ δὲ συγχυθὲν [11] χρυσίον,
ἢ ἀργύριον, ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνευρέθη [12] πλεῖον, ἢ χιλίων

mis, tibia canere, vel tragoedias agere. Tulit autem iniuriam eius Alexander moleste, laceravitque probris Hephaestionem. Mox tamen mutatus, flagrauit ira in Eumenem, quasi contumelia potius aduersus se, quam libera lingua esset aduersus Hephaestionem vsus. Deinde quo tempore Nearchum classe ad oceanum parabat mittere, poposcit ab amicis argentum, quod non esset in aerario. Vbi ab Eumene postulauit trecenta talenta, nec illi, nisi centum duntaxat, dedit, eaque aegre et difficulter ostendit se per procuratores suos coëgisse, non incusauit eum, neque accepit pecuniam, verum certis ministris occulte imperauit, ignem vt Eumenis tabernaculo subiicerent, quo in exportanda pecunia manifeste mendacem comperiret. At celerius, quam potuit exportari, tabernaculum incendio haustum fuit, poenituitque eius Alexandrum, quod monumenta sua fuissent consumta. Auri vero, vel argenti, quod fuerat per flammam conflatum, erutum fuit plus mille

Haec mihi videntur iis, quae Dacerius annotauit, liquidiora. Laudo tamen, quod Critici non ignobilis emendationem insulsam riserit. *Moses Dusoul.*

11 συλλεχθὲν Bodl. 4.

12 ἀνῃρέθη Vulc.

ταλάντων. ἔλαβε δὲ ὀδὲν, ἀλλὰ καὶ γράψας τοῖς πανταχῦ σατράπαις καὶ ϛρατηγοῖς ἀντίγραφα τῶν διεφθαρμένων ἀποϛέλλειν, πάντα παραλαμβάνειν ἐκέλευσε τὸν Εὐμενῆ. πάλιν δὲ περὶ δωρεᾶς τινος εἰς διαφορὰν καταϛὰς πρὸς τὸν Ἡφαιϛίωνα, καὶ πολλὰ μὲν ἀκόσας κακῶς, πολλὰ δ' εἰπὼν, τότε μὲν ὀκ ἔλαττον ἔσχε· μετ' ὀλίγον δὲ τελευτήσαντος Ἡφαιϛίωνος, περιπαθῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ πᾶσιν, ὃς ἐδόκει ζῶντι μὲν ἐκείνῳ φθονεῖν, ἐπιχαίρειν δὲ τεθνηκότι, τραχέως ὁμιλῶν καὶ χαλεπὸς ὢν, μάλιϛα τὸν Εὐμενῆ δι' ὑποψίας εἶχε, καὶ προὔφερε πολλάκις τὰς διαφορὰς καὶ λοιδορίας ἐκείνας. ὁ δὲ, πανοῦργος ὢν καὶ πιθανὸς, ἐπεχείρησεν, οἷς ἀπώλλυτο, σώζειν ἑαυτόν. κατέφυγε γὰρ εἰς τὴν πρὸς Ἡφαιϛίωνα φιλοτιμίαν Ἀλεξάνδρο καὶ χάριν, ὑφηγόμενός τε τιμὰς, αἳ μάλιϛα κοσμεῖν ἔμελλον τὸν τεθνηκότα, καὶ χρήματα τελῶν εἰς τὴν τοῦ τάφου κατασκευὴν ἀφειδῶς καὶ προθύμως.

3. Ἀποθανόντος δ' Ἀλεξάνδρο, καὶ τῆς φάλαγ-

mille talentis; ex quibus ille nihil abſtulit, ſed et ſatrapis praefectiſque mandauit per literas omnibus, vt exempla corruptorum libellorum mitterent: eaque deferri omnia iuſſit ad Eumenem. Concertatione iterum de dono quopiam cum Hephaeſtione exorta, ac multis vltro citroque iactis conuiciis, in praeſentia quidem nihilominus erat in gratia: caeterum, defuncto mox Hephaeſtione, grauiter moerens rex, omnibuſque, quos viuo illi inuidiſſe arbitrabatur, atque eius laetari morte, infeſtus et aſper, prae caeteris Eumenem in ſuſpicione habebat, exprobrauitque crebro rixas illas et conuicia. Verum verſutus ille, doctuſque accommodare ſe tempori, inſtitit ex eo, quo vulnerabatur, mutuari remedium. Confugit enim ad Alexandri in decoranda memoria Hephaeſtionis prolixitatem et ſtudium, ſuggeſſitque ei honores, quibus maxime ornare valeret defunctum, atque argentum ad excitandum Hephaeſtioni tumulum large et benigne praebuit.

Poſtquam deceſſit Alexander, et legiones ab amicis Alexan-

γος διεςώσης πρὸς τὺς ἑταίρυς [13], τῇ μὲν γνώμῃ τύτοις προσένειμεν ἑαυτὸν ὁ Εὐμενὴς, τῷ δὲ λόγῳ κοινός τις ἦν πρὸς ἀμφοτέρυς καὶ ἰδιώτης, ὡς ὐδὲν αὐτῷ προσῆκον, ξένῳ ὄντι, πολυπραγμονεῖν ταῖς Μακεδόνων διαφοραῖς. καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων ἐκ Βαβυλῶνος ἀνασκευασαμένων, αὐτὸς ὑπολειφθεὶς ἐν τῇ πόλει κατεπράϋνε πολλὺς τῶν πεζῶν, καὶ πρὸς τὰς διαλυσεις ἠδίυς ἐποίησεν. ἐπεὶ δ' ἀναμιχθέντες ἀλλήλοις οἱ ςρατηγοὶ, καὶ καταςάντες ἐκ τῶν πρώτων ταραχῶν, διενέμοντο σατραπείας καὶ ςρατηγίας, Εὐμενὴς λαμβάνει Καππαδοκίαν καὶ Παφλαγονίαν, καὶ τὴν [14] ὑποκειμένην τῇ Ποντικῇ θαλάττῃ, μέχρι Τραπεζῦντος, ὔπω τότε Μακεδόνων ὖσαν· Ἀριαράθης γὰρ αὐτῆς ἐβασίλευεν. ἀλλ' ἔδει Λεοννάτον καὶ Ἀντίγονον χειρὶ μεγάλῃ τὸν Εὐμενῆ κατάγοντας ἀποδεῖξαι τῆς χώρας σατράπην. Ἀντίγονος μὲν ὖν ὐ προσέσχε τοῖς γραφεῖσιν ὑπὸ Περδίκκυ [15], μετέωρος ὢν ἤδη

Alexandri feceffere, animo Eumenes ab his ftetit, verbo medium fe inter vtrofque et priuatum geffit, quafi fibi non conueniret extraneo, nimium fe implicare Macedonum controuerfiis. Quum autem amici Alexandri caeteri Babylone exceffiffent, remanens hic in vrbe peditatum magna ex parte placauit, atque ad concordiam reddidit promtiorem. Vt vero conuenerunt duces, et, priore compreffo tumultu, partiti funt fatrapias et prouincias, Eumeni ceffit Cappadocia et Paphlagonia mari Pontico fubiecta Trapezunte tenus, quae tunc in Macedonum ditione nondum erat, fiquidem regnum obtinebat ibi Ariarathes. Habebant autem in mandatis Leonatus et Antigonus, vt magna manu Eumenem eo deducerent, fatrapamque illi orae imponerent. Caeterum non obtemperauit Antigonus Perdiccae literis, elatus iam animo

13 τῆς φάλαγγος διεςώσης πρὸς τὺς ἑταίρυς] Xylander vertit: *orto inter regis focios et phalangem diffidio:* et annotat: Ita [ἑταῖροι puta] vocantur ii, quos aulicos nos (puto) non incommode diceremus. Erant autem principes Macedonum, quorum plerofque Arrianus commemorat.

14 ita etiam Bodl. 4. et Iunt. vulgatis deeft copula.

15 ὑπὸ τῦ Περδίκκυ Bodl. 4.

 16 διήλ-

καὶ περιφρονῶν ἁπάντων· Λεοννάτος δὲ κατέβη μὲν ἄνωθεν εἰς Φρυγίαν, ἀναδεξάμενος Εὐμενεῖ τὴν στρατείαν· Ἑκαταίου δὲ, τοῦ Καρδιανῶν τυράννου, συμμίξαντος αὐτῷ, καὶ δεομένου βοηθεῖν μᾶλλον Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόνων τοῖς ἐν Λαμίᾳ πολιορκουμένοις, ὥρμητο διαβαίνειν, καὶ τὸν Εὐμενῆ παρεκάλει, καὶ διήλλαττε [16] πρὸς Ἑκαταῖον. ἦν γὰρ αὐτοῖς πατρική τις ἐκ πολιτικῶν διαφορῶν ὑποψία πρὸς ἀλλήλους· καὶ πολλάκις ὁ Εὐμενὴς ἐγεγόνει φανερὸς [17] κατηγορῶν τοῦ Ἑκαταίου τυραννοῦντος, καὶ παρακαλῶν Ἀλέξανδρον ἀποδοῦναι τοῖς Καρδιανοῖς τὴν ἐλευθερίαν. διὸ καὶ τότε τοῦ Εὐμενοῦς παραιτουμένου τὴν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας στρατείαν, καὶ δεδιέναι φάσκοντος Ἀντίπατρον, μήπως [18] Ἑκαταίῳ χαριζόμενος, καὶ πάλαι μισῶν, αὐτὸν ἀνέλῃ, πιστεύσας ὁ Λεοννάτος, οὐδὲν, ὧν ἐφρόνει, πρὸς αὐτὸν ἀπεκρύψατο. λόγος μὲν γὰρ ἦν ἡ βοήθεια καὶ πρόφασις, ἐγνώκει δὲ διαβὰς εὐθὺς ἀντιποιεῖσθαι Μακεδονίας. καί τινας ἐπιστολὰς ἔδειξε Κλεοπάτρας, μεταπεμπομένης αὐτὸν εἰς Πέλλαν, ὡς γαμησο-

animo atque despiciens omnes: Leonatus vero ex superioribus prouinciis descendit in Phrygiam, ac recepit Eumeni se illam expeditionem suscepturum. Sed quum Cardianorum Hecataeus tyrannus, cum illo congressus, oraret, vt Antipatro potius et obsessis Lamiae Macedonibus iret suppetias, instituit traiicere: quo etiam inuitauit Eumenem, eumque reconciliare enisus est cum Hecataeo. Intercedebat enim paterna inter eos ex ciuilibus dissensionibus simultas. Eumenes autem frequenter Hecataeum tyrannidem parare aperte insimulauerat, atque Alexandrum, vt Cardianis redderet libertatem, precatus fuerat. Quapropter, detrectante tunc expeditionem in Graecos Eumene, et timere Antipatrum se dicente, ne qua in Hecataei gratiam iam pridem alienus interficeret se, fidem habens ei Leonatus, nihil eum consiliorum suorum celauit. Nam verbo dicebat et praetexebat subsidium se laturum Antipatro, verum deliberauerat, traducto exercitu, illico Macedoniam asserere, et epistolas monstrauit ei Cleopatrae, Pellam se, velut ad connubium, accer-

16 διήλλακτο idem. 17 φανερῶς id. 18 μὴ simplex sine πως id.
19 ὑπο-

μένης. ὁ δ' Εὐμενὴς, εἴτε τὸν Ἀντίπατρον δεδοικὼς, εἴτε τὸν Λεοννάτον, ἔμπληκτον ὄντα καὶ φορᾶς μεστὸν ἀβεβαίου καὶ ὀξείας, ἀπογνοὺς, νύκτωρ ἀνέζευξε τὴν ἑαυτοῦ λαβὼν ἀποσκευήν. εἶχε δὲ τριακοσίους μὲν ἱππεῖς, διακοσίους δὲ τῶν παίδων ὁπλοφόρους· ἐν δὲ χρυσοῖς εἰς ἀργυρίου λόγον, τάλαντα πεντακισχίλια. Φυγὼν δ' οὕτω πρὸς Περδίκκαν, καὶ τὰ Λεοννάτου βουλεύματα κατειπὼν, εὐθὺς μὲν ἴσχυε μέγα παρ' αὐτῷ, καὶ τοῦ συνεδρίου μετεῖχεν. ὀλίγον δ' ὕστερον εἰς Καππαδοκίαν κατήχθη μετὰ δυνάμεως, αὐτοῦ Περδίκκου παρόντος καὶ στρατηγοῦντος. Ἀριαράθου δὲ ληφθέντος αἰχμαλώτου, καὶ τῆς χώρας ὑποχειρίου [19] γενομένης, ἀποδείκνυται σατράπης. καὶ τὰς μὲν πόλεις τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις παρέδωκε, καὶ φρουράρχους ἐγκατέστησε, καὶ δικαστὰς ἀπέλιπε, καὶ διοικητὰς, οὓς ἐβούλετο, τοῦ Περδίκκου μηδὲν ἐν τούτοις πολυπραγμονοῦντος. αὐτὸς δὲ συνανέζευξεν, ἐκεῖνόν τε θεραπεύων, καὶ τῶν βασιλέων ἀπολείπεσθαι μὴ βουλόμενος.

4. Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Περδίκκας, ἐφ' ἃ μὲν ὥρμητο,

accersentis. At Eumenes, seu quod Antipatrum formidaret, seu quod vecordem Leonatum et impetu motum instabili praecipitique haberet pro deplorato, nocte cum impedimentis suis discessit. Habebat autem secum equites trecentos, et ex famulis suis stipatores ducentos, auri ad argenti rationem quinque millia talentorum. Ita ad Perdiccam confugit, consiliisque proditis Leonati, statim multum apud eum potuit, atque adhibitus est in concilio. Post aliquanto in Cappadociam cum exercitu, ipso praesente et ductore Perdicca, est deductus. Capto Ariarathe, et prouincia subacta, declaratur satrapa. Vrbes commisit amicis suis, iisque praefectos cum praesidiis imposuit. Iudices ibidem et procuratores, quos sibi visum fuit, reliquit, nihil in his se ingerente Perdicca. Inde vna cum Perdicca remeauit: quod tribuit eius obseruantiae, et ne abesset ab aula.

At vero confidens Perdiccas, quas ad res pergebat, ipsum

19 ὑποχειρίας Vulc.

 20 προσ-

πιστεύων δι' αὐτοῦ προσάξασθαι [20], τὰ δὲ ὑπολειπόμενα δεῖσθαι δραστηρίου τε καὶ πιστοῦ φύλακος οἰόμενος, ἀπέπεμψεν ἐκ Κιλικίας τὸν Εὐμενῆ, λόγῳ μὲν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σατραπείαν, ἔργῳ δὲ τὴν ὅμορον [21] Ἀρμενίαν, τεταραγμένην ὑπὸ Νεοπτολέμου, διὰ χειρὸς ἕξοντα. τοῦτον μὲν οὖν ὁ Εὐμενὴς, καίπερ ὄγκῳ τινὶ καὶ φρονήματι κενῷ διεφθαρμένον, ἐπειρᾶτο ταῖς ὁμιλίαις κατέχειν· αὐτὸς δὲ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων ἐπηρμένην καὶ θρασεῖαν εὑρὼν, ὥσπερ ἀντίταγμα κατεσκεύαζεν [22] αὐτῇ δύναμιν ἱππικὴν, τῶν μὲν ἐγχωρίων τοῖς ἱππεύειν δυναμένοις ἀνεισφορίας διδοὺς καὶ ἀτελείας, τῶν δὲ περὶ αὑτὸν οἷς μάλιστα ἐπίστευεν, ὠνητοὺς διανέμων ἵππους [23], φιλοτιμίαις τε καὶ δωρεαῖς τά τε φρονήματα παροξύνων, καὶ τὰ σώματα κινήσεσι καὶ μελέταις διαπονῶν· ὥστε τοὺς μὲν ἐκπλαγῆναι, τοὺς δὲ θαῤῥῆσαι [24] τῶν Μακεδό-

ipſum eas per ſe confecturum, ſed ad ea, quae relinquebat a tergo, impigro et fido cuſtode ſe opus habere; ablegauit ex Cilicia Eumenem, verbo ad ſuam prouinciam, reuera quo confinem Armeniam, a Neoptolemo commotam, in poteſtate retineret. Quem Eumenes, quamuis animi tumore et inanibus ſpiritibus peruerſum, blandis verbis elaborauit in officio retinere. Quia vero phalangem Macedonum inflatam et ferocientem offendit, confecit, quam ei opponeret, manum equeſtrem, prouincialibus, qui equis erant aſſueti, vectigalia remittens et immunitatem dans. Equos etiam emit, quos diſtribuit iis, quibus ex comitatu ſuo maxime fidebat, largitionibus muneribuſque animos eorum inflammans, corporaque exercitationibus et diſciplina formans. Vnde illi Macedones obſtupuerunt, hi redditi ſunt

20 προσάξασθαι] Melius legeretur προσάξεσθαι.

21 ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σατραπείαν, ἔργῳ δὲ τὴν ὅμορον] haec verba abſunt a Bodl. 4.

22 ita etiam Bodl. 4. Iunt. et Ald. vulgatae dant παρεσκεύαζεν.

23 ὠνητοὺς διανέμων ἵππους] Quis credat, hoc a Plutarcho profectum? Quid tu ergo, inquies? Quid? ὠνητοῖς lego; vt ſit: οἷς μάλιστα ἐπίστευεν ὠνητοῖς. *Moſes Duſoul.*

24 pro θαῤῥῆσαι Bodl. 4. dat φθαρῆναι.

25 καὶ

νων, ὁρῶντας ὀλίγῳ χρόνῳ περὶ αὐτὸν ἠθροισμένους ἱππεῖς οὐκ ἐλάττους ἑξακισχιλίων καὶ τριακοσίων.

5. Ἐπεὶ δὲ Κρατερὸς καὶ Ἀντίπατρος, τῶν Ἑλλήνων περιγενόμενοι, διέβαινον εἰς Ἀσίαν, τὴν Περδίκκου καταλύσοντες ἀρχὴν, καὶ προσηγγέλλοντο μέλλοντες [25] ἐμβαλεῖν εἰς Καππαδοκίαν, ὁ Περδίκκας, αὐτὸς ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύων, ἀπέδειξε τὸν Εὐμενῆ τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ δυνάμεων αὐτοκράτορα στρατηγόν. καὶ περὶ τούτων ἐπιστολὰς ἔπεμψεν [26], Ἀλκέταν μὲν καὶ Νεοπτόλεμον Εὐμενεῖ προσέχειν κελεύσας, Εὐμενῆ δὲ χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, ὅπως αὐτὸς ἔγνωκεν. Ἀλκέτας μὲν οὖν ἄντικρυς ἀπείπατο τὴν στρατείαν, ὡς τῶν ὑπ' αὐτῷ Μακεδόνων Ἀντιπάτρῳ μὲν αἰδουμένων μάχεσθαι, Κρατερὸν δὲ καὶ δέχεσθαι δι' εὔνοιαν [27] ἑτοίμων ὄντων. Νεοπτόλεμος δὲ βουλεύων μὲν ἐπ' Εὐμενεῖ προδοσίαν [28] οὐκ ἔλαθε, καλούμενος δ' οὐχ ὑπήκουσεν, ἀλλὰ παρέταττ-

ſunt alacres, vbi exiguo ſpatio viderunt apud eum coactos equites non minus ſex millia trecentos.

Poſtquam Craterus et Antipater, deuictis Graecis, in Aſiam ad Perdiccae opprimendum imperium tranſierunt, quos impreſſionem facturos nunciabatur in Cappadociam: Perdiccas, qui ipſe mouebat in Ptolemaeum, Eumenem legionum, quae in Armenia et Cappadocia erant, ducem cum ſummo imperio creauit. Hac de re literas miſit, atque Alcetam cum Neoptolemo Eumeni praecepit dicto audientes eſſe, Eumenem vero pro ſuo agere arbitrio. Eam expeditionem Alcetas aperte abnuit, quod Macedones, quibus praeerat, conferre cum Antipatro erubeſcerent arma, Crateri autem adeo eſſent ſtudioſi, vt etiam recipere eſſent eum parati. Neoptolemus vero proditionem Eumeni moliebatur, verum non fuit clam: qui quum accerſeretur, non paruit, ſed aciem dire-

25 καὶ προσηγγέλλετο μέλλοντας idem.
26 ἔγραψεν Vulc.
27 εὐμηνίαν Bodl. 4.
28 ἐπ' Εὐμενεῖ προδοσίαν] Quis Graecus ſcriptor vnquam ita eſt locutus? Non ignoro, in N. T. reperiri υἱὸς ἐπὶ πατρὶ: apud Homerum ἦλθεν ἐπὶ Κρήτεσσι. Sed alia proferri velim. Sic tamen iterum IV. 6, pen. μαγείας ἐπ' αὐτῷ καὶ φάρμακα. *Moſ. Duſ.*

29 παρέ-

τε [29] τὴν δύναμιν. ἔνθα πρῶτον ὁ Εὐμενὴς ἀπέλαυσε τῆς ἑαυτοῦ προνοίας καὶ παρασκευῆς. ἡττώμενος γὰρ ἤδη κατὰ τὸ πεζὸν, ἐτρέψατο τοῖς ἱππεῦσι τὸν Νεοπτόλεμον, καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἔλαβεν αὐτοῦ, καὶ τῇ φάλαγγι διεσπαρμένῃ περὶ [30] τὴν δίωξιν ἀθρόους ἐπελάσας, ἠνάγκασε τὰ ὅπλα θέσθαι, καὶ λαβόντας ὅρκους [31] αὐτῷ συστρατεύειν [32]. ὁ μὲν οὖν Νεοπτόλεμος, ὀλίγους τινὰς συναγαγὼν ἐκ τῆς τροπῆς, ἔφυγε πρὸς Κρατερὸν καὶ Ἀντίπατρον. παρ' ἐκείνων δ' ἀπέσταλτο πρεσβεία πρὸς Εὐμενῆ, παρακαλοῦσα μεταθέσθαι πρὸς αὐτοὺς, καρπούμενον μὲν, ἃς [33] εἶχε, σατραπείας, προσλαβόντα δὲ στρατείαν [34] καὶ χώραν παρ' αὐτῶν, Ἀντιπάτρῳ μὲν ἀντ' ἐχθροῦ φίλον γενόμενον, Κρατερῷ δὲ μὴ γενόμενον ἐκ φίλου πολέμιον. ταῦτα ὁ Εὐμενὴς ἀκούσας, Ἀντιπάτρῳ μὲν οὐκ ἂν ἔφη, παλαιὸς ὢν ἐχθρὸς, νῦν γενέσθαι φίλος, ὅτε αὐ-

direxit copiarum ſuarum. Ibi primum fructum cepit Eumenes prouidentiae et apparatus ſui: quippe, inclinata iam acie peditum ſuorum, profligauit Neoptolemum equitatu, cepitque impedimenta eius. Inde in diſſipatam confectando phalangem conglobato equitatu ſuo inuectus, arma coëgit eos ponere, adegitque ſacramento ipſum ſequuturos. Neoptolemus, paucis ex fuga collectis, recurrit ad Craterum et Antipatrum. Ab illis ad Eumenem legati miſſi, qui inducerent eum, vt tranſiret ad ipſos, retentis prouinciis ſuis, acceptiſque inſuper ab ipſis aliis copiis et prouinciis, rediretque cum Antipatro in gratiam, nec Cratero fieret ex amico hoſtis. Quibus expoſitis, negauit ſe Eumenes Antipatro, quicum vetus ſibi inimicitia intercederet, nunc amicum fore, quando eum amicos videat inimico-

29 παρετάττετο Bodl. 4.

30 παρὰ Vulc.

31 λαβόντας ὅρκους] Dacerius monet, legendum eſſe λαβόντι. Emendatione certe opus eſt. Sed inuenuſti neſcio quid habet eius λαβόντι. Diod. Sic. habet δόντων τὰς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις. Xen. alicubi habet ὅρκους ὀμόσαντας. (332, 11.) Ego hic δόντας, vel διδόντας, potius legerem. *Moſes Duſoul.*

32 στρατεύειν ſimplex dat Iuntina, ſed ſola.

33 pro ἃς Bodl. 4. exhibet ὅσας.

34 στρατείαν] Immo στρατιάν.

35 συν-

τὸν ὁρᾷ τοῖς φίλοις ὡς ἐχθροῖς χρώμενον· Κρατερὸν δὲ Περδίκκᾳ διαλλάττειν ἕτοιμος εἶναι, καὶ συνάγειν [35] ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ δικαίοις· ἄρχοντος δὲ πλεονεξίας, τῷ ἀδικουμένῳ βοηθήσειν, μέχρις ἂν ἐμπνέῃ, καὶ μᾶλλον τὸ σῶμα καὶ τὸν βίον, ἢ τὴν πίστιν, προήσεσθαι.

6. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἀντίπατρον, πυθόμενοι ταῦτα, κατὰ σχολὴν ἐβουλεύοντο περὶ τῶν ὅλων· ὁ Νεοπτόλεμος δὲ μετὰ τὴν φυγὴν ἀφικόμενος πρὸς αὐτοὺς, τήν τε μάχην ἀπήγγελλε καὶ παρεκάλει βοηθεῖν, μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους, πάντως δὲ Κρατερόν· ποθεῖσθαι γὰρ ὑπερφυῶς ἐκεῖνον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, κἂν μόνον ἴδωσι τὴν καυσίαν [36] αὐτοῦ καὶ τὴν φωνὴν ἀκούσωσι, μετὰ τῶν ὅπλων ἥξειν φερομένους. καὶ γὰρ ἦν ὄντως ὄνομα τοῦ Κρατεροῦ μέγα, καὶ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν τοῦτον ἐπόθησαν οἱ πολλοὶ, μνημονεύοντες, ὅτι καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον ὑπὲρ αὐτῶν ἀνεδέξατο πολλάκις ἀπεχθείας πολλάς· ὑποφερομένου πρὸς τὸν Περσικὸν ζῆλον ἀντιλαμβανόμενος, καὶ τοῖς πατρίοις ἀμύνων, διὰ τρυφὴν καὶ ὄγκον

micorum more tractantem: ad Craterum vero cum Perdicca reconciliandum atque aequis conditionibus in gratiam reducendum omnem ſuam offerre operam. Quod ſi incurrere affectet in eum, non defuturum ſe, quoad ſpiraret, laeſo: priuſque et corpus et animam, quam fidem, amiſſurum.

His renunciatis Antipatro, de ſumma rerum per otium deliberauerunt. Neoptolemus autem, quum ex fuga ſe contuliſſet ad illos, fecit eos de proelio commiſſo certiores, inſtititque, vt ſuppetias ferrent ſibi, maxime ambo, Craterus certe. Illum enim deſiderari dicebat a Macedonibus mirifice, cuius ſi cauſiam modo conſpexiſſent et audiuiſſent vocem, cum armis illos ad eum concurſuros. Nempe erat profecto nomen ingens Crateri, eiuſque deſiderio poſt Alexandri obitum flagrabat vulgus militum, memores, multas eum crebro indignationes pro ipſis apud Alexandrum excepiſſe, quum ad faſtum Perſicum retineret ſenſim delabentem, moreſque patrios, quos luxu et ſupercilio

35 συνδιάγειν Bodl. 4. 36 pro καυσίαν Bodl. 4. dat παρουσίαν.

37 τοῦτο

ἤδη περιυβριζομένοις. τότε δ' οὖν ὁ Κρατερὸς τὸν μὲν Ἀντίπατρον εἰς Κιλικίαν ἀπέστελλεν, αὐτὸς δὲ τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν πολὺ μέρος, ἐπὶ τὸν Εὐμενῆ μετὰ τοῦ Νεοπτολέμου προῆγεν· οἰόμενος οὐ προσδεχομένῳ, καὶ μετὰ πρόσφατον νίκην ἐν ἀταξίᾳ καὶ περὶ πότους ἔχοντι τὴν δύναμιν, ἐπιπεσεῖσθαι. τὸ μὲν οὖν προαισθέσθαι τὴν ἔφοδον αὐτοῦ τὸν Εὐμενῆ, καὶ προπαρασκευάσασθαι, νηφούσης ἄν τις ἡγεμονίας, οὐ μὴν ἄκρας θείη δεινότητος· τὸ δὲ μὴ μόνον τοὺς πολεμίους, ἃ μὴ καλῶς εἶχεν αἰσθέσθαι, διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατευομένους, ἀγνοοῦντας, ᾧ μάχονται, προενσεῖσαι τῷ Κρατερῷ, καὶ ἀποκρύψαι τὸν ἀντιστράτηγον, ἴδιον δοκεῖ τούτου τοῦ ἡγεμόνος [37] ἔργον γενέσθαι. διέδωκε μὲν οὖν [38] λόγον, ὡς Νεοπτόλεμος αὖθις ἐπίοι, καὶ Πίγρης [39], ἔχοντες ἱππεῖς [καὶ] [40]

cilio conculcabat, vindicaret. Igitur in praesentia Antipatrum Craterus in Ciliciam misit: ipse cum magna parte exercitus, socio Neoptolemo, mouit in Eumenem, nec exspectantem ratus se, et sub recentem victoriam cum incondito exercitu et poculis implicato oppressurum. Quod autem aduentum eius Eumenes praesensit et se praeparauit, vigilantiae quidem duci, non eximiae tamen solertiae adscribas. Quod vero non solum cauerit, ne hostes, quae ipsi nocitura erant, sentirent, verum etiam vt milites suos ignaros, quicum conferrent signa, occupauerit immittere in Craterum, et ducem occultauerit aduersarium, ea singularis videtur ars fuisse imperatoris. Diuulgauit igitur rumorem, Neoptolemum iterum ingruere et Pigrem cum Cappa-

37 τοῦτο τοῦ ἡγεμόνος] Scripserat haud dubie Plutarchus τούτου τοῦ ἡγεμόνος. quod quantum sententiam illustret, statim percipient elegantiarum non expertes omnes, fauebuntque emendationi nostrae; quam miror nulli Interpp. in mentem venisse, vsque adeo manifesta cum sit. Nam, quod, et ab aliis Imperatoribus factitatum hoc, pro auctoritate sua pronunciat Dacerius; exemplo ne vno quidem allato confirmauit. Polyaenus, quod mirari satis non possum, Eumenis hoc proprium decus silentio praetermisit. Quid facias rerum maximarum tam iniquis, aut coecis, aestimatoribus? *Moses Dusoul.*

38 μὲν οὖν] Delendum videtur illud μέν.

39 ita etiam Bodl. 4. Iunt. et Ald. vulgo legitur Πίγρις.

40 καὶ Καππ.] Quorsum illud καί?

41 γὰρ

Καππαδοκῶν καὶ Παφλαγόνων. νυκτὸς δ' ἀναζεῦξαι βȣλόμενος, εἶτα καταδαρθὼν, ὄψιν εἶδεν ἀλλόκοτον. ἐδόκει γὰρ [41] ὁρᾷν Ἀλεξάνδρȣς δύο παρασκευαζομένȣς ἀλλήλοις μάχεσθαι, μιᾶς ἑκάτερον ἡγȣμενον φάλαγγος· εἶτα, τῷ μὲν τὴν Ἀθηνᾶν, τῷ δὲ τὴν Δήμητρα βοηθȣσαν ἐλθεῖν. γενομένȣ δ' ἀγῶνος ἰσχυρȣ, κρατηθῆναι τὸν μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς· τῷ δὲ νικῶντι σταχύων δρεπομένην τὴν Δήμητρα συμπλέκειν στέφανον. αὐτόθεν μὲν ȣν τὴν ὄψιν εἴκαζεν εἶναι πρὸς αὐτȣ, μαχομένȣ περὶ γῆς ἀρίστης [42] καὶ τότε πολὺν καὶ καλὸν ἐχȣσης ἐν κάλυκι στάχυν. ἅπασα γὰρ κατέσπαρτο, καὶ παρεῖχεν εἰρήνῃ πρέπȣσαν ὄψιν, ἀμφιλαφῶς τῶν πεδίων κομώντων. μᾶλλον δ' ἐπεῤῥώσθη, πυθόμενος, σύνθημα τοῖς πολεμίοις Ἀθηνᾶν καὶ Ἀλέξανδρον εἶναι. Δήμητρα δὲ δὴ καὶ αὐτὸς ἐδίδȣ σύνθημα καὶ Ἀλέξανδρον, ἀναδεῖσθαί τε πάντας [43] ἐκέλευε, καὶ καταστέφειν τὰ ὅπλα τῶν σταχύων λαμβάνοντας. ὁρμήσας δὲ πολλάκις ἐξαγορεῦσαι καὶ φράσαι

Cappadocum et Paphlagonum equitatu. Quum pararet de nocte mouere, mox prodigioſa ſopore oppreſſo oblata viſio eſt. Alexandros duos viſus eſt videre ad proelium inter ſe committendum inſtruentes aciem, ac ſingulas vtrumque ducere phalanges: hinc vni Mineruam, alteri Cererem auxilio venire. Commiſſo acri certamine, ſuſum, a quo ſtabat Minerua, victori Cererem deſectis ſpicis coronam contexere. Hoc viſum protinus coniecit ſecundum eſſe ſibi, qui pro optimo agro et id temporis praeclaram habente in folliculis ſpicam dimicaret. Plenus enim totus ſementis erat, et ſpeciem praebebat pax ſplendidam, magna comantibus vbertate campis. Iam magis erectus eſt, poſtquam accepit, ſignum pugnae hoſtibus Mineruam et Alexandrum eſſe. Itaque ſignum ipſe quoque ſuis Cererem et Alexandrum dedit, praecepitque omnibus, vt corona caput et arma ſpicea redimirent. Quamuis autem conatum ceperat ſaepe praefectis et du-

cibus

41 γὰρ abeſt a Bodl. 4.

42 περὶ τῆς ἀρίστης] Recte Anon. et Mur. περὶ γῆς ἀρίστης.

43 pro πάντας Vulc. dat αὐτȣς.

44 εἰς

τοῖς περὶ αὐτὸν ἡγεμόσι καὶ ϛρατηγοῖς, πρὸς ὃν ἔμελλεν ὁ ἀγὼν ἔσεσθαι, καὶ μὴ μόνος ἐν αὐτῷ θέμενος ἀποκρύψαι καὶ κατασχεῖν ἀπόῤῥητον ἔτως ἀναγκαῖον, ὅμως ἐνέμεινε τοῖς λογισμοῖς, καὶ διεπίϛευσε τῇ γνώμῃ τὸν κίνδυνον.

7. Ἀντέταξε δὲ Κρατερῷ Μακεδόνων μὲν ἐδένα, δύο δὲ ἱππαρχίας ξενικὰς, ὧν Φαρνάβαζος ὁ Ἀρταβάζε καὶ Φοίνιξ ὁ Τενέδιος ἡγῆντο, διακελευσάμενος, ὀφθέντων τῶν πολεμίων, ἐλαύνειν κατὰ τάχος καὶ συμπλέκεσθαι, μὴ διδόντας ἀναϛροφὴν, μηδὲ φωνὴν, μηδὲ κήρυκα πεμπόμενον προσιεμένες. ἐδεδίει γὰρ ἰσχυρῶς τὲς Μακεδόνας, μὴ, γνωρίσαντες τὸν Κρατερὸν, οἴχωνται μεταβαλόμενοι πρὸς ἐκεῖνον. αὐτὸς δὲ τὲς ἐῤῥωμενεϛάτες ἱππεῖς τριακοσίες εἰς ἄγημα [44] συντάξας, καὶ παρελάσας ἐπὶ τὸ δεξιὸν, ἔμελλε τοῖς περὶ Νεοπτόλεμον

cibus ſuis, quicum decertandum eſſet, enunciare et aperire, neque apud vnum ſe tegere et ſupprimere arcanum tam neceſſarium, perſtitit tamen in conſilio ſuo, et menti ſuae concredidit periculum.

Cratero ex aduerſo neminem locauit Macedonum, ſed duas externorum equitum alas, quas Pharnabazus, Artabazi filius, et Tenedius Phoenix ducebat. His imperauit, vt in hoſtes, ſimul atque in conſpectu forent, inueherent extemplo, manuſque conſererent, nec darent iis receptum, neu verba caduceatoremue miſſum admitterent. Timebat enim maiorem in modum, ne, agnito Cratero, Macedones ad eum tranſirent. Ipſe, equitibus trecentis fortiſſimis in agema centuriatis, prouectus in dextrum cornu erat, Neoptolemum adori-

44 εἰς ἄγημα] ἄγημα vocabulum tale eſt, quod conſultius ſit relinquere, (quod video etiam optimos ſcriptores feciſſe) quam vel *agmen*, vel quiduis aliud, eius loco ponere. Eius generis ſunt etiam *phalanx*, *ſariſſa*, et multa alia. Ἄγημα (inquit Appianus in Syriaco) εἰσὶν ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγονται, *equites ſunt delecti, atque inde eis nomen.* Vſurpat etiam Liuius hoc nomen, et vero ita, vt pateat, tam de peditum lecto agmine, quam de equitatu, accipi. Plura huc conferre ſuperſedeo. *Xylander.*

ἐπιχειρεῖν. ὡς δέ τὸν ἐν μέσῳ λόφον ὑπερβαλόντες ὤφθησαν ὀξεῖαν καὶ μεθ᾽ ὁρμῆς σφοδροτέρας ποιȣ́μενοι τὴν ἔφοδον, ἐκπλαγεὶς ὁ Κρατερὸς, καὶ πολλὰ λοιδορήσας τὸν Νεοπτόλεμον, ὡς ἐξηπατημένος ὑπ᾽ αὐτȣ̃ περὶ τῆς τῶν Μακεδόνων μεταβολῆς, ἐγκελευσάμενος ἀνδραγαθεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἡγεμόσιν, ἀντεξήλασε. γενομένης δὲ τῆς πρώτης συῤῥάξεως [45] βαρείας, καὶ τῶν δοράτων ταχὺ συντριβέντων, τȣ̃ δ᾽ ἀγῶνος ἐν τοῖς ξίφεσιν ὄντος, ȣ̓ καταισχύνας ὁ Κρατερὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ πολλȣ̀ς μὲν καταβαλὼν, πολλάκις δὲ τρεψάμενος τȣ̀ς ἀντιτεταγμένȣς, τέλος δὴ πληγεὶς ὑπὸ Θρᾳκὸς ἐκ πλαγίων προσελάσαντος, ἀπεῤῥύη τȣ̃ ἵππȣ. πεσόντα δ᾽ αὐτὸν οἱ μὲν ἄλλοι παρήλασαν ἀγνοȣ̃ντες· Γοργίας δὲ, τῶν Εὐμενȣ̃ς στρατηγῶν, ἔγνω τε, καὶ καταβὰς περιέστησε φρȣρὰν τῷ σώματι, κακῶς ἤδη διακειμένȣ καὶ δυσθανατȣ̃ντος. ἐν τȣ́τῳ δὲ καὶ Νεοπτόλεμος Εὐμενεῖ συνήρχετο. μισȣ̃ντες γὰρ ἀλλήλȣς πάλαι [46] καὶ δι᾽ ὀργῆς ἔχοντες, ἐν μὲν δυσὶν ἀναστροφαῖς ȣ̓ κατεῖδον, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ γνωρίσαντες εὐθὺς ἤλαυνον, σπασάμενοι τὰ ἐγχει-

adoriturus. Vbi, tumulo, qui intermedius erat, ſuperato, conſpecti ſunt, impetumque dederunt acriorem et concitatiorem, obſtupefactus Craterus, multis conuiciis Neoptolemum, quod ab eo eſſet Macedonum defectione eluſus, lacerauit: adhortatuſque duces ſuos ad pugnam ſtrenue capeſſendam, infeſtus inuexit ſe in hoſtem. Fuit durus primus concurſus, lanceiſque cito defractis, vbi res gladiis geri coepit, non dehoneſtauit Craterus Alexandrum, verum multis confoſſis, ſaepiuſque auerſis illis, quos contra ſtabat, vulneratus demum a Thrace ex latere inuecto defluxit ex equo. Iacentem quum alii incognitum eſſent praelati, vnus ex Eumenis ducibus, Gorgias, cognouit eum, deſilienſque ex equo cuſtodiam corpori grauiter iam affecti animamque agentis adhibuit. Congreditur interea cum Eumene Neoptolemus. Inueterato enim inter ſe odio et ſimultate inflammati, duobus concurſibus non percepit alter alterum. In tertio vbi inter ſe cognouerunt, protinus ſtrictis gladiis cum clamore

45 συντάξεως Bodl. 4. 46 πάλαι abeſt a Bodl. 4.

ρίδια καὶ βοῶντες. τῶν δ' ἵππων ἐξ ἐναντίας βίᾳ συμπεσόντων, ὥσπερ τριηρῶν, τὰς ἡνίας ἀφέντες, ἀλλήλων ἐπελάβοντο [47] ταῖς χερσὶ, τά τε κράνη περισπῶντες, καὶ περιῤῥηγνύντες ἐκ τῶν ἐπωμίδων τὰς θώρακας. πρὸς δὲ τὸν σπαραγμὸν ὑπεκδραμόντων ἅμα τῶν ἵππων, ἀποῤῥυέντες εἰς γῆν, καὶ περιπεσόντες [48] ἀλλήλοις, ἐν λαβαῖς ἦσαν καὶ διεπάλαιον. εἶτα ὁ μὲν Εὐμενὴς τοῦ Νεοπτολέμου προεξανισαμένου τὴν ἰγνύαν ὑπέκοψεν, αὐτὸς εἰς ὀρθὸν φθάσας καταστῆναι· ὁ δὲ Νεοπτόλεμος εἰς θάτερον ἐρεισάμενος γόνυ, θάτερον δὲ πεπηρωμένος ἠμύνετο μὲν εὐρώστως κάτωθεν, οὐ θανασίμους δὲ πληγὰς ὑποφέρων· πληγεὶς δὲ παρὰ [49] τὸν τράχηλον, ἔπεσε καὶ παρείθη. τοῦ δ' Εὐμενοῦς δι' ὀργὴν καὶ μῖσος παλαιὸν τά τε ὅπλα περισπῶντος αὐτοῦ καὶ κακῶς λέγοντος, ἔτι τὸ ξίφος ἔχων, ἔλαθεν ὑπὸ τὸν θώρακα τρώσας, ᾗ παρέψαυσε τοῦ βουβῶνος ἀποβάς [50]. ἡ δὲ πληγὴ μᾶλλον ἐφό-

more admiserunt equos. Vt infesti equi triremium modo acriter concurrerunt, remissis habenis iniiciunt sibi mutuo manus, detrahunt cassides, et diuellunt ex humeris loricas. Dum ita se inuicem lacerant, equis simul subterfugientibus, in terram delapsi et connexi prehendunt alter alterum, colluctanturque. Inde Eumenes priori assurgenti Neoptolemo poplitem succidit, maturauitque attollere se in pedes. Neoptolemus altero innixus genu, altero afflictus, strenue ex inferiore loco dimicabat, sed vulnera non inferebat letalia: percussus autem secundum collum, concidit elanguitque. Quem dum Eumenes ex ira et vetere odio spoliat atque increpat dictis, gladio, quem adhuc tenebat, imprudentem subter loricam, qua attingit inguina, vulnerat. Ictus debiliter adactus terruit,

47 ἀπελάβοντο] Scribendum cum Fl. Ed. ἐπελάβοντο. [ἀπεδράξαντο Bodl. 4.] Diod. Sic. 612. ἀλλήλων ἐδράξαντο.

48 ἀποῤῥυέντες εἰς γῆν, καὶ περιπεσόντες] Haec quinque verba absunt a Bodl. 4.

49 ita etiam Bodl. 4. vulgatae dant περὶ.

50 ἀποβάς.] Forsan rectius legatur ἀποβᾶσα δ' ἡ πλ. Sic enim non raro fit, librariorum vitio, vt sententiarum finis et initium ita confundantur. Sic in Op. Mor.

βησεν, ἢ ἔβλαψε τὸν Εὐμενῆ, δι' ἀσθένειαν ἀμυδρὰ γενομένη. σκυλεύσας δὲ τὸν νεκρὸν, εἶχε μὲν χαλεπῶς ὑπὸ τραυμάτων, μηρὰς καὶ βραχίονας διακεκομμένος· ὅμως δ' ἀναβληθεὶς ἐπὶ τὸν ἵππον, ἐδίωκε πρὸς θάτερον κέρας, ὡς ἔτι συνεςώτων τῶν πολεμίων. πυθόμενος δὲ τὴν Κρατερȣ τελευτὴν, καὶ προσελάσας, ὡς εἶδεν ἐμπνέοντα καὶ συνιέντα, καταβὰς ἐπεδάκρυσε [51], καὶ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλε, καὶ πολλὰ μὲν ἐλοιδόρησε τὸν Νεοπτόλεμον, πολλὰ δ' ἐκεῖνον μὲν ᾤκτίσατο [52] τῆς τύχης, αὐτὸν δὲ τῆς ἀνάγκης, δι' ἣν ἀνδρὶ φίλῳ καὶ συνήθει, ταῦτα πεισόμενος, ἢ δράσων [53], συνηνέχθη.

8. Ταύτην τὴν μάχην Εὐμενὴς ἡμέραις δέκα σχεδόν τι [54] μετὰ τὴν προτέραν ἐνίκησε· καὶ δόξῃ μὲν ἤρθη μέγας ἀπ' αὐτῆς, ὡς τὰ μὲν σοφίᾳ, τὰ δ' ἀνδρείᾳ κατειργασμένος. φθόνον δὲ πολὺν ἔσχε [55] καὶ μῖσος ὁμα-

terruit, quam laesit, magis Eumenem. Detractis exanimi spoliis, grauiter cruciatus femorum et brachiorum traiectorum vulneribus, equo impositus tamen, ad alterum cornu, ratus, id adhuc stare in acie, aduolat. Caede autem Crateri nunciata, aduectus ad eum, atque vbi spirantem et mentis compotem vidit, equo delapsus illacrymauit, dextramque ei iniecit, atque hinc Neoptolemum acerbe probris proscidit, hinc illius casum, et necessitatem miseratus est suam, per quam cum amico et familiari commissus, aut accipere hanc calamitatem, aut inferre, fuisset adactus.

Huius proelii Eumenes diebus decem circiter a priori palmam tulit, ac gloriam ea conciliauit illi ingentem, quod partim sapientia, partim virtute eam peperisset: e diuerso grandem conflauit ei inuidiam

Mor. 1547, vlt. μόγις, ἤνεγκε, emendandum est, μοι. εἰσήνεγκε. Sic ib. 140, 29. ὑποδέδρομε. καὶ, pro ὑποδεδρόμακεν, legitur. De thorace tamen hic non absurdum est ἀποβὰς dici: sequendaque Codd. MSS. auctoritas.

51 ἀπεδάκρυσε] Lege cum Bodl. 4. ἐπεδάκρυσεν: vt 89, 5. et IV. 54, 15. Alteram tamen illam vide IV. 273, 10. ἀπεδάκρυσε τὴν πατρίδα. et V. 145, 3. *Moses Dusoul.*

52 οἰκτίσατο Vulc.

53 δράσας idem.

54 τῇ] Pro τῇ, τι legendum censeo, quod passim solet τῷ σχεδὸν addi. *Moses Dusoul.*

55 ἔχων Vulc.

 56 περὶ

λῶς παρά τε τοῖς συμμάχοις καὶ τοῖς πολεμίοις, ὡς ἔπηλυς ἀνὴρ καὶ ξένος ὅπλοις καὶ χερσὶ τῶν Μακεδόνων τὸν πρῶτον αὐτῶν καὶ δοκιμώτατον ἀνῃρηκώς. ἀλλ' εἰ μὲν ἔφθη Περδίκκας πυθόμενος τὴν Κρατερȣ̃ τελευτὴν, ȣ̓κ ἂν ἄλλος ἐπρώτευσε Μακεδόνων· νυνὶ δ' ἀνῃρημένȣ Περδίκκȣ κατὰ στάσιν ἐν Αἰγύπτῳ δυσὶν ἡμέραις πρότερον, ἧκεν ȣ̃τος ὁ περὶ τῆς μάχης λόγος εἰς τὸ στρατόπεδον· καὶ πρὸς ὀργὴν εὐθὺς οἱ Μακεδόνες θάνατον τȣ̃ Εὐμενȣ̃ς κατέγνωσαν. ἀπεδείχθη δὲ τȣ̃ πολέμȣ τȣ̃ πρὸς αὐτὸν Ἀντίγονος μετ' Ἀντιπάτρȣ στρατηγός. ἐπεὶ δ' Εὐμενὴς τοῖς βασιλικοῖς ἱπποφορβίοις περὶ τὴν Ἴδην νεμομένοις ἐπιτυχὼν, καὶ λαβὼν ἵππȣς, ὅσων ἔχρηζε τοῖς ἐπιμεληταῖς τὴν γραφὴν ἔπεμψε, λέγεται γελάσαι τὸν Ἀντίπατρον, καὶ εἰπεῖν, ὅτι θαυμάζει τὸν Εὐμενῆ τῆς προνοίας, ἐλπίζοντα λόγον αὐτοῖς ἀποδώσειν τῶν βασιλικῶν, ἢ λήψεσθαι παρ' αὐτῶν [56]. περὶ δὲ τὰς Σάρδεις ἐβȣ́λετο μὲν ἱπποκρατῶν ὁ Εὐμενὴς τοῖς Λυδοῖς ἐναγωνίσασθαι πεδίοις, ἅμα καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ τὴν δύναμιν ἐπιδεῖξαι φι-

diam iuxta et odium tam apud ſocios, quam hoſtes, quod peregrinus et hoſpes Macedonum armis ac viribus virum inter eos primarium et clariſſimum ſuſtuliſſet. Quod ſi maturius allatus ad Perdiccam exceſſus eſſet Crateri, nullus inter eos principatum tuliſſet alius. Nunc diebus duobus ante interemto per ſeditionem in Aegypto Perdicca, allata in caſtra eſt huius conflictus fama, atque extemplo Eumenem infenſi Macedones capitis damnauerunt. Dux contra eum Antigonus cum Antipatro deligitur. Quum Eumenes in regia equitia, quae ad Idam paſcebant, incidiſſet, atque ex his ſumſiſſet, quot haberet opus, rationemque procuratoribus ſcriptam miſiſſet, dicitur riſiſſe Antipater, ac dixiſſe, mirari ſe cautionem Eumenis, qui exſpectet ipſis ſe de rebus regiis relaturum rationem, aut repetiturum ab ipſis. At circa Sardes viſum erat Eumeni in campis decertare Lydiis, quod ab equitatu firmus eſſet, ſimul quod etiam Cleopatrae vires ſuas oſtentare geſtiret.

56 περὶ αὐτῶν Bodl. 4.

57 ὀλι-

λοτιμούμενος. αὐτῆς δ' ἐκείνης δεηθείσης, (ἐφοβεῖτο γὰρ αἰτίαν τινὰ λαβεῖν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον) ἐξήλασεν εἰς τὴν ἄνω Φρυγίαν, καὶ διεχείμαζεν ἐν Κελαιναῖς· ὅπου τῶν μὲν περὶ τὸν Ἀλκέταν καὶ Πολέμωνα καὶ Δόκιμον ὑπὲρ ἡγεμονίας διαφιλοτιμουμένων πρὸς αὐτόν· Τοῦτ' ἦν, ἔφη, τὸ λεγόμενον· ὀλέθρου δ' οὐθεὶς λόγος [57]. τοῖς δὲ στρατιώταις ὑποσχόμενος ἐν τρισὶν ἡμέραις τὸν μισθὸν ἀποδώσειν, ἐπίπρασκεν αὐτοῖς τὰς κατὰ τὴν χώραν ἐπαύλεις καὶ τετραπυργίας [58] σωμάτων καὶ βοσκημάτων γεμούσας. ὁ δὲ πριάμενος ἡγεμὼν τάγματος, ἢ ξεναγὸς, ὄργανα καὶ μηχανὰς λαβὼν [59], τοῦ Εὐμενοῦς παρέχοντος, ἐξεπολιόρκει, καὶ πρὸς τὸν ὀφειλόμενον μισθὸν οἱ στρατιῶται διενέμοντο τῶν ἁλισκομένων ἕκαστον.

ret. Verum illius ipsius adductus precibus, verentis, ne calumniae sibi apud Antipatrum foret, superiorem Phrygiam petiuit, hybernauitque Celaenis. Vbi Alceta, Polemone, et Docimo cum eo ambigentibus de summo imperio: Hoc illud, inquit, est, quod dici solet: Exitii nulla habetur ratio. Militibus intra triduum soluere stipendium pollicitus, fecit iis villarum illius regionis castellorumque hominibus et pecore refertorum auctionem. Qui mercatus aliqua fuerat ordinum ductor, vel mercenariorum militum praefectus, tormentis et machinis, Eumene praebente, acceptis, expugnabat ea, praedamque in debitum stipendium milites partie-

57 ὀλέθρου δ' οὐθεὶς λόγος] Hoc prouerbium videtur esse, quo notentur ii, qui, grauissimo imminente periculo, adeoque exitio, tamen aliis curis vacent, salutis suae posthabita ratione. Quod tum Alcetas, Polemon et Docimus faciebant, quum quidem, damnati a Macedonibus, et ingruente Antigono, cum Eumene de imperio contenderent. Rectius Aristides, qui vt suos docuerit, ista ambitione, hostibus instantibus, abstinere, ac salutis potius suae et victoriae parandae curam gerere, in eius vita exposuit Plutarchus. *Xylander.*

58 ἐπαύλεις καὶ τετραπυργίας] Xylander vertit: *villas et arces:* et annotat: Ad verbum esset *quadriturria;* intelliguntur (opinor) castella, vel arces.

59 λαβὼν deest Iuntinae, item Bodl. 4.

ἐκ δὲ [60] τούτου πάλιν ὁ Εὐμενὴς ἠγαπᾶτο, καί ποτε γραμμάτων ἐν τῷ στρατοπέδῳ φανέντων, ἃ διέῤῥιψαν [61] οἱ τῶν πολεμίων ἡγεμόνες, ἑκατὸν τάλαντα καὶ τιμὰς διδόντες τῷ κτείναντι τὸν Εὐμενῆ, σφόδρα παρωξύνθησαν οἱ Μακεδόνες· καὶ δόγμα ποιοῦνται, χιλίους τῶν ἡγεμονικῶν περὶ αὐτὸν ἀεὶ δορυφοροῦντας εἶναι, καὶ φυλάττειν ἐν περιόδῳ καὶ παρανυκτερεύειν [62]. οἱ δ᾽ ἐπείθοντο, καὶ τιμὰς ἠγάπων παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνοντες [63], ἃς οἱ φίλοι παρὰ τῶν βασιλέων. ἐξῆν γὰρ Εὐμενεῖ καὶ καυσίας ἁλουργεῖς καὶ χλαμύδας διανέμειν, ἥτις ἦν δωρεὰ βασιλικωτάτη παρὰ Μακεδόσι.

9. Τὸ μὲν οὖν εὐτυχεῖν καὶ τοὺς φύσει μικροὺς συνεπικουφίζει τοῖς φρονήμασιν, ὥστε φαίνεσθαί τι [64] μέγεθος περὶ αὐτοὺς καὶ ὄγκον, ἐκ πραγμάτων ὑπερεχόντων [65] ἀποβλεπομένους. ὁ δὲ ἀληθῶς μεγαλόφρων καὶ βέβαιος, ἐν τοῖς σφάλμασι μᾶλλον καὶ ταῖς δυσημερίαις ἀναφέρων, γίνεται κατάδηλος, ὥσπερ Εὐμενής.

partiebantur. Hinc coepit Eumenes iterum esse carus. Atque adeo, quum aliquando reperti in castris fuissent libelli, quos duces hostium abiiciendos passim curauerant, centum talenta et honestum ordinem proponentes ei, qui Eumenem interfecisset, exarsere grauiter Macedones, decreueruntque, vt ex praestantissimis mille essent assidue corporis eius custodes, stationesque et excubias vicissim agerent. Obtemperabant illi, laetique praemia accipiebant ab eo, quae a regibus solent amici; siquidem ius Eumeni erat causias purpureas et chlamydes conferendi: quod habebatur apud Macedonas inter dona regia praecipuum.

Porro secundus quidem fortunae cursus eleuat vel natura pusillanimorum spiritus, vt magnificentiam et fastum circa se ex rebus despicientes excelsis repraesentent: at vere magnanimus et constans, quum titubauit et aspera premitur fortuna, excitans sese magis elucescit, velut Eumenes.

Primum

60 δὴ dant Iunt. et Ald.
61 διέγραψαν Bodl. 4.
62 περινυκτερεύειν Vulc.
63 λαβόντες Bodl. 4.
64 ita etiam Bodl. 4. et Iunt. sed in Aldina et reliquis pro τι est τε.
65 ὑπαρχόντων Bodl. 4.

66 Ὀρ-

πρῶτον μὲν γὰρ ἐν Ὀρκυνίοις [66] τῆς Καππαδοκίας ἡττηθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου διὰ προδοσίαν [67], καὶ διωκόμενος, οὐ παρῆκε τὸν προδότην ἐκ τῆς φυγῆς διαπεσεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ συλλαβὼν ἐκρέμασε. Φεύγων δὲ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν [68] τοῖς διώκουσι μετέβαλε. λαθὼν δὲ παραλλάξας, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, οὗ τὴν μάχην συνέβη γενέσθαι, κατεστρατοπέδευσε, καὶ συναγαγὼν τοὺς νεκροὺς, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ κωμῶν τὰ θυρώματα κατασχίσας, ἔκαυσεν, ἰδίᾳ μὲν ἡγεμόνας, ἰδίᾳ δὲ τοὺς πολλοὺς, καὶ πολυάνδρια χώσας ἀπῆλθεν· ὥστε καὶ τὸν Ἀντίγονον ὕστερον ἐπελθόντα θαυμάζειν τὸ θάρσος αὐτοῦ καὶ τὴν εὐστάθειαν. ἔπειτα ταῖς ἀποσκευαῖς τοῦ Ἀντιγόνου περιπεσὼν, καὶ λαβεῖν ῥαδίως δυνάμενος πολλὰ μὲν ἐλεύθερα σώματα, πολλὴν δὲ θεραπείαν, καὶ πλοῦτον ἐκ πο-

Primum enim in Orcyniis Cappadociae ab Antigono per proditionem fusus, dum consectantur fugientem, non dedit facultatem proditori, vt ex fuga elaberetur ad hostes, sed arreptum suspendit. Fugiens autem contraria, ac illi tenebant, via, qui eum insequebantur, insciis illis conuertit iter, atque praeteritis hostibus, vt ad locum venit, vbi fuerat pugnatum, castra metatus mortuos coaceruatos, circumiectorum vicorum diruptis foribus, cremauit, seorsum duces, seorsum gregarios milites, excitatisque tumulis, recepit se: adeo vt Antigonus, qui post eo peruenit, stuperet audaciam atque immotum eius animum. Hinc incidens in Antigoni impedimenta, quum capere ex facili valeret multa libera capita et magnam vim seruitiorum opumque ex tot colle-

66 Ὀρκυνίοις] Locus hic, et alter, quem suppeditat Bodl. 4. (in quo Ὀρκιλίοις) aeque ignoti Geographis nostris. *Mos. Dus.*

67 διὰ προδοσίαν] Malo, quod in Mur. est, διὰ προδοσίας. Vide tamen 455, 13. φόνον γενησόμενον πολὺν διὰ Κατιλίναν. et 356, 15. διὰ τὰς ἀργυρείας. *Moses Dusoul.*

68 τὴν ἐναντίαν ὁδὸν...] Obscura haec. Iuuabit nonnihil aliter sic interpungere: Φεύγων δὲ, τὴν ἐναντίαν ὁδὸν τοῖς διώκουσι μετέβαλε λαθὼν, etc. Dacerius *in Castra redire* facit. pessime; contra fidem historiae, et diserta Plutarchi verba: ἐπὶ τὸν τόπον, οὗ τὴν μάχην συνέβη γενέσθαι. *Moses Dusoul.*

λέμων τοσούτων καὶ λεηλασιῶν ἠθροισμένον, ἔδεισε, μὴ καταπλησθέντες ὠφελείας καὶ λαφύρων [69] οἱ σὺν αὐτῷ βαρεῖς γένωνται πρὸς τὴν φυγὴν καὶ μαλακώτεροι τὰς πλάνας ὑπομένειν, καὶ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ μάλιστα τοῦ πολέμου τὰς ἐλπίδας εἶχεν, ὡς ἀποστρέψων τὸν Ἀντίγονον. ἐπεὶ δ' ἄντικρυς χαλεπὸν ἦν, ἀποτρέπειν Μακεδόνας χρημάτων ἐν ἐφικτῷ παρόντων, ἐκέλευσε θεραπεύσαντας αὐτοὺς, καὶ τοῖς ἵπποις χιλὸν [70] ἐμβαλόντας, οὕτω βαδίζειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. αὐτὸς δὲ πέμπει κρύφα πρὸς τὸν ἐπὶ [71] τῆς ἀποσκευῆς τῶν πολεμίων Μένανδρον, ὡς κηδόμενος αὐτοῦ, φίλου γεγονότος καὶ συνήθους, φράζεσθαι [72] παραινῶν, καὶ ἀναχωρῆσαι τὴν ταχίστην ἐκ τῶν ἐπιδρόμων [73] καὶ ταπεινῶν [74] πρὸς τὴν ἐγγὺς ὑπώρειαν,

collectorum bellis et populationibus; veritus eſt, ne repleti compendio et praeda ſui euaderent ad fugam ignaui, mollioreſque ad ſuſtinendum errores tempuſque vagando terendum, in quo potiſſimum ſpem collocauerat belli, vt alio auerſurus Antigonum. Sed quia prorſus moleſtum videbatur, opibus illis ſub manu poſitis retinere Macedonas, iuſſit, vt corpora curarent et pabulum darent equis, inde hoſtes adorirentur. Mox in occulto ad Menandrum ſuper hoſtium impedimenta poſitum mittit, quaſi de eo pro veteri amicitia et conſuetudine eſſet ſolicitus, vt muniret ſe monens, maturaretque quam primum ex locis equitabilibus et planis ſe ad proximi montis latus recipere inequi-

69 καταπλησθέντες ὠφελείας καὶ λαφύρων.] Suſpecta mihi vox ὠφελείας: et a Plutarcho ſcriptum fuiſſe arbitror λείας καὶ λαφύρων. *Moſes Duſoul.*

70 χιλὸν] Quamuis ſequatur non multo poſt τοὺς ἵππους ἐγχαλινοῦν, minime tamen χιλὸν hic in χαλινὸν mutari debere exiſtimandum eſt. Quum enim dicit: θεραπεύσαντας αὐτοὺς, καὶ τοῖς ἵπποις χιλὸν ἐμβαλόντας: perinde eſt, ac ſi diceret: θεραπεύσαντας αὐτοὺς καὶ τοὺς ἵππους. *H. Stephanus.*

71 ἀπὸ Bodl. 4.

72 φράξασθαι] Abſurde caſtra communiat monetur, cui auctor eſt, vt ſe confeſtim ad tutiora recipiat loca. Vide, an non potius legendum ſit φθάσασθαι. Cl. Editor [id eſt Bryanus] φυλάξασθαι reponebat. *Moſ. Duſ.*

73 τῶν ἐπιδρομῶν] Reponi omnino neceſſe eſt ἐπιδρόμων. *H. Stephanus.*

74 πεδεινῶν Bodl. 4.

75 ἀκα-

ἄφιππον ὖσαν καὶ κυκλώσεις ὐκ ἔχουσαν. τοῦ δὲ Μενάνδρου ταχὺ συμφρονήσαντος τὸν κίνδυνον καὶ ἀνασκευασαμένου, κατασκόπους ἔπεμπεν ὁ Εὐμενὴς φανερῶς, καὶ παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις ὁπλίζεσθαι, καὶ τοὺς ἵππους ἐγχαλινοῦν, ὡς προσάξων τοῖς πολεμίοις. τῶν δὲ κατασκόπων ἀπαγγειλάντων, ὅτι παντάπασιν ὁ Μένανδρος ἄληπτος [75] εἴη, καταπεφευγὼς εἰς τόπους χαλεποὺς, ἄχθεσθαι προσποιούμενος ὁ Εὐμενὴς ἀπῆγε τὴν στρατιάν. λέγεται δὲ, τοῦ Μενάνδρου ταῦτα μαρτυρήσαντος πρὸς τὸν Ἀντίγονον, καὶ τῶν Μακεδόνων ἐπαινούντων τὸν Εὐμενῆ, καὶ φιλανθρωπότερον διατεθέντων, ὅτι καὶ παῖδας αὐτῶν ἀνδραποδίσασθαι καὶ γυναῖκας αἰσχῦναι παρὸν, ἐφείσατο καὶ παρῆκεν· Ἀλλ' ἐκεῖνος [76], φάναι τὸν Ἀντίγονον, οὐχ ἡμῶν, ὦ μακάριοι, κηδόμενος παρῆκεν, ἀλλ' αὑτῷ φεύγοντι δεδιὼς περιθεῖναι πέδας τοσαύτας.

10. Ἐκ τούτου πλανώμενος ὁ Εὐμενὴς καὶ ὑποφεύγων, ἔπεισε τοὺς πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπελ-

equitabile, vt cingi non poſſet. Vt periculum Menander aduertit, et, vaſis collectis, itineri ſe accinxit, miſit Eumenes propalam ſpeculatores, militibuſque, tanquam ſigna moturus in hoſtem, edixit, vt arma caperent, et equos haberent frenatos. Vbi vero renunciauerunt exploratores, Menandrum ad loca aſpera refugiſſe, neque poſſe opprimi, fingens id moleſte ferre, abduxit copias. Fama eſt, quum haec teſtaretur apud Antigonum Menander, atque Eumenem collaudarent Macedones, in partemque humaniorem verterent, quod, liberos ſuos in ſeruitutem redigere et conſtuprare vxores quum poſſet, abſtinuiſſet et praetermiſiſſet; atqui ille, dixiſſe Antigonum, non veſtri cauſa, boni viri, abſtinuit iſtis, verum ne tot ſe pedicis fugientem intricaret.

Hinc vagabundus Eumenes et fugitans, magnam partem militum induxit,

75 ἀκατάληπτος idem. Sed nihil mutandum. *Moſes Duſoul.*
76 ἐκεῖνο] Bodl. 4. ἐκείνως γε (ἐκεῖνός γε voluit) Mur. ἐκεῖνος.

 77 κη-

θεῖν, εἴτε κηδόμενος [77] αὐτῶν, εἴτ' ἐφέλκεσθαι μὴ βουλόμενος ἐλάττονας μὲν τοῦ μάχεσθαι, πλείονας δὲ τοῦ λανθάνειν ὄντας. καταφυγὼν δ' εἰς Νῶρα [78], χωρίον ἐν μεθορίῳ [79] Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας, μετὰ πεντακοσίων ἱππέων καὶ διακοσίων ὁπλιτῶν· κἀντεῦθεν αὖθις, ὅσοι τῶν φίλων ἐδεήθησαν ἀφεθῆναι, τοῦ χωρίου τὴν χαλεπότητα καὶ τῆς διαίτης τὴν ἀνάγκην οὐ φέροντες, πάντας ἀσπασάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς ἀπέπεμψεν. ὡς δ' ἐπελθὼν [80] ὁ Ἀντίγονος εἰς λόγους αὐτὸν ἐκάλει πρὸ τῆς πολιορκίας [81], ἀπεκρίνατο, πολλοὺς εἶναι τοὺς Ἀντιγόνου φίλους, καὶ μετ' Ἀντίγονον ἡγεμόνας· ὧν δ' αὐτὸς προπολεμεῖ, μηδένα λείπεσθαι μετ' αὐτόν. ὁμήρους [82] δὲ πέμπειν ἐκέλευσεν, εἰ χρῄζει διὰ λόγων αὐτῷ γενέσθαι. τοῦ δ' Ἀντιγόνου κελεύοντος, ὡς κρείττονι λαλεῖν· Οὐδένα, εἶπεν, ἐμαυτοῦ κρείττονα νομίζω, μέχρις ἂν ὦ τοῦ ξίφους κύριος. ὅμως δὲ πέμψαντος τοῦ Ἀν-

induxit, vt faceſſerent: vel quod eorum gereret ſolicitudinem, vel quod trahere eos ſecum nollet pauciores, quam ad ſigna conferenda, et plures, quam ad tegendam fugam ſuam. Poſtquam autem in Nora, arcem, ad Lycaoniae et Cappadociae poſitam confinium, cum quingentis equitibus et ducentis peditibus refugit, quotquot amici eius miſſionem poſtulauerunt, quod non ferrent aſperitatem loci, vel victus anguſtias, omnes complexus, atque omni comitate eos proſequutus, miſſos fecit. Vt vero, admoto exercitu, Antigonus, antequam obſidere Eumenem coepiſſet, euocauit eum ad colloquium, reſpondit, multos Antigono amicos eſſe, et ſecundum Antigonum duces, illis, quos ipſe defenderet, poſt ſe reliquum eſſe neminem. Mitteret igitur, ſi colloqui ſecum cuperet, obſides. Mandante Antigono, ad ſe ſicut ſuperiorem vt veniret: Neminem, inquit, quouſque gladii compos ero, me cenſeo ſuperiorem. Vbi tamen fratris filium

77 κηδόμενος] Legitur etiam φειδόμενος, non multum diuerſa ſignificatione. *H. Stephanus.* Sic habet Vulcob.

78 Νῶρα...] De hoc caſtello vide Cellarium, quae hic alias dicenda fuiſſent nobis praeripientem.

79 ἐν μέρεσι Bodl. 4.

80 ὡς δὲ ἐλθὼν idem.

81 πολεμίας idem.

82 ὅμηρον idem.

83 ἠσπί-

τιγόνου τὸν ἀδελφιδοῦν Πτολεμαῖον εἰς τὸ χωρίον, ὥσπερ ἠξίωσεν ὁ Εὐμενὴς, κατέβη, καὶ περιβαλόντες ἀλλήλους ἠσπάσαντο φιλικῶς καὶ οἰκείως, ἅτε δὴ ἀλλήλοις [83] κεχρημένοι πολλὰ, καὶ συνήθεις γεγονότες. λόγων δὲ γενομένων πολλῶν, καὶ τοῦ Εὐμενοῦς οὐχ ὑπὲρ ἀσφαλείας μεμνημένου [84] καὶ διαλύσεως, ἀλλὰ καὶ τὰς σατραπείας ἀξιοῦντος αὐτῷ βεβαιοῦσθαι, καὶ τὰς δωρεὰς ἀποδίδοσθαι, θαῦμα τοὺς παρόντας εἶχε, τὸ φρόνημα καὶ τὴν εὐτολμίαν ἀγαμένους. ἅμα δὲ πολλοὶ συνέτρεχον τῶν Μακεδόνων [85], ἰδεῖν, ὅστις ἐστὶ, τὸν Εὐμενῆ ποθοῦντες. οὐ γὰρ ἑτέρου λόγος ἦν τοσοῦτος ἐν τῷ στρατῷ μετὰ τὴν τοῦ Κρατεροῦ τελευτήν. δείσας δ᾽ ὁ Ἀντίγονος ὑπὲρ αὐτοῦ, μή τι πάθῃ βίαιον, πρῶτον μὲν ἀπηγόρευε μὴ προσιέναι βοῶν, καὶ τοῖς λίθοις ἔβαλλε τοὺς ἐπιφερομένους· τέλος δὲ, ταῖς χερσὶ τὸν Εὐμενῆ περιβαλὼν, καὶ τὸν ὄχλον ἀπερύκων τοῖς δορυφόροις, μόλις εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποκατέστησεν.

filium Antigonus, Ptolemaeum, vt poſtulauerat Eumenes, miſit in arcem, deſcendit, ac complexi inter ſe conſalutauere amice et familiariter; quippe magnus inter eos vſus et conſuetudo interceſſerat. Multa quum eſſent diſputata, neque mentionem Eumenes ſalutis ſuae et pacificationis vllam faceret, verum ſatrapias quoque poſceret ſibi firmari et praemia reddi, obſtupuerunt aſſiſtentes, admiratique ſunt et laudauerunt animum eius et fortitudinem: ſimul concurſus frequentium Macedonum fiebat, videre, qui eſſet, Eumenem cupientium. De nullo enim poſt Crateri fata tantus erat in exercitu ſermo. Verum timens illi Antigonus, ne qua vis ei inferretur, primum voce, ne quis accederet, vetuit, et lapidibus inceſſit ingerentes ſe. Poſtremo brachiis Eumenem complexus, turbamque ſatellitibus ſummouens aegre reduxit eum in tutum. Hinc

83 ἠσπάσαντο φιλικῶς καὶ οἰκείως, ἅτε δὴ ἀλλήλοις] Haec verba abſunt a Bodl. 4.

84 μεμνημένου] Suſpecta Cl. Editori haec vox erat, propter ὑπὲρ, quod praeceſſit. Sed ego illud ὑπὲρ in ὅπως mutandum cenſeo; et ſeruandum μεμνημένου, vt rei aptiſſimum. Vide 393, 12. *Moſes Duſoul.*

85 τῶν Μακεδόνων] Pro hoc genitiuo habetur in quibuſdam genitiuus πολεμίων. *H. Stephanus.* Ita Vulcob.

86 περὶ

11. Τἀντεῦθεν ὁ μὲν περιτειχίσας τὰ Νῶρα, καὶ Φρουρὰν καταλιπὼν, ἀνέζευξεν· Εὐμενὴς δὲ πολιορκούμενος, ἐγκρατὴς τοῦ χωρίου γεγονὼς, σῖτον καὶ ὕδωρ ἄφθονον καὶ ἅλας, καὶ ἄλλο μηδὲν ἔχοντος ἐδώδιμον, μηδ' ἥδυσμα πρὸς [86] τὸν σῖτον, ἐκ τῶν παρόντων ὅμως κατεσκεύαζε τοῖς συνοῦσιν ἱλαρὰν τὴν δίαιταν, ἐν μέρει τε παραλαμβάνων πάντας ἐπὶ τὴν αὑτοῦ τράπεζαν, καὶ τὸ συσσίτιον ὁμιλίᾳ, χάριν ἐχούσῃ καὶ φιλοφροσύνην, ἐφηδύνων. ἦν δὲ καὶ τὸ εἶδος ἡδὺς, οὐ πολεμικῷ καὶ τετριμμένῳ δι' ὅπλων ἐοικὼς, ἀλλὰ γλαφυρὸς καὶ νεοπρεπὴς, καὶ πᾶν τὸ σῶμα διηρθρωμένος, ὡς ὑπὸ τέχνης ἀκριβῶς τοῖς μέλεσι θαυμαστὴν συμμετρίαν ἔχουσιν. εἰπεῖν δ' οὐ δεινὸς, αἱμύλος δὲ καὶ πιθανὸς, ὡς ἐκ τῶν [87] ἐπιστολῶν συμβάλλειν ἐστίν. ἐπεὶ δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους ἡ στενοχωρία μάλιστα πάντων ἔβλαπτεν, ἐν οἰκήμασι μικροῖς, καὶ τόπῳ δυοῖν σταδίοιν ἔχοντι τὴν περίμετρον, ἀναστρεφομένους, τροφὴν δ' ἀγυμνάστους μὲν αὐτοὺς λαμ-

Hinc Antigonus, circumuallatis Noris, et ſtatione relicta, inde mouit. Eumenes circumſidebatur et tenebat praeſidium. Vbi frumentum quidem et aquae copia et ſal, verum quod eſui eſſet, vel condimenti aliud nihil ſuppetebat; ex his tamen, quae ſuppeditabant, victum parauit ſociis laetum, omnes viciſſim ad menſam ſuam inuitans, conuiuiumque lepidis ſermonibus et comitate condiens. Erat vultu quoque hilari, non bellatorem et in armis volutatum referens, ſed eleganti facie et florida, totoque corpore ita compactus, vt mirabilem eam concinnitatem omnium partium ab arte aliqua effici iudicares. Acris quidem non erat in dicendo, blandus tamen et alliciens, vt ex epiſtolis eius coniicias. Quia vero militibus eius per obſidionem praecipue erat loci anguſtia infeſta, exiguis in tectis et loco in ambitu duo ſtadia patenti verſantibus, qui nulla ſubacti exercitatione cibum capie-

86 περὶ Bodl. 4.

87 ἐκ τῶν ἐπ.] Ed. Par. ἐπὶ τῶν ἐπ. mendoſe, Fl. [Ald.] Baſ. Steph. recte ἐκ τῶν ἐπ. Quod ideo moneo, quia Dacerius, nulla harum inſpecta, ἀπὸ ſuum nobis, a Bigotio oblatum, in nota importune obtrudit. *Moſes Duſoul.*

88 μι-

βάνοντας, ἀργοῖς δὲ τοῖς ἵπποις προσφέροντας· οὐ μόνον τὸν ἄλυν αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἀπραξίας μαραινομένων [88] ἀπαλλάξαι βουλόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς φυγήν, εἰ παραπέσοι [89] καιρός, ἀμωσγέπως ἠσκημένοις χρήσασθαι [90], τοῖς μὲν ἀνθρώποις οἶκον, ὃς ἦν μέγιστος ἐν τῷ χωρίῳ, δεκατεσσάρων πηχῶν τὸ μῆκος, ἀπέδειξε περίπατον, κατὰ μικρὸν ἐπιτείνειν τὴν κίνησιν κελεύων· τῶν δ' ἵππων ἕκαστον ῥυτῆρσι μεγάλοις εἰς τὴν ὀροφὴν ἀναδεδεμένοις, ὑποζώσας ἐκ τῶν περὶ τὸν αὐχένα μερῶν, ἐμετεώριζε, καὶ παρήγειρε [91] διὰ τροχιλίας, ὥστε τοῖς μὲν ὀπισθίοις σκέλεσιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρείδεσθαι, τοῖς δ' ἐμπροσθίοις ποσὶν ἀκρωνύχοις ἐπιψαύειν. οὕτω δὴ ἀνηρτημένους οἱ ἱπποκόμοι παρεστῶτες, ἅμα ταῖς τε κραυγαῖς καὶ ταῖς μάστιξιν ἐπηρέθιζον· οἱ δὲ πιμπλάμενοι θυμοῦ καὶ ὀργῆς, τοῖς μὲν

capiebant, pabulumque obiiciebant equis otiosis; quo non solum languorem illis abstergeret otio marcescentibus, verum etiam, si ad fugam offerretur opportunitas, plane expeditis vteretur, tectum hominibus, quod in castello erat amplissimum, cubitos longum quatuordecim, attribuit ad ambulationem, praescribens gradum, vt sensim intenderent. Equos singulos magnis loris ad fastigium tecti religatis succinctos ex partibus anterioribus, quae circa collum erant, euehebat, et leniter per trochleam sustollebat, vt posterioribus pedibus insisterent solo, anteriorum summis vngulis id tantum attingerent. Ita suspensos assistentes equisones stimulabant clamoribus pariter et flagellis. Illi ardore et ira repleti, posterioribus subsi-

88 μαραινόμενον] Scribe cum Anon. et Mur. μαραινομένων.

89 παραπεσεῖ Bodl. 4.

90 χρῆσθαι Vulc.

91 παρήγειρεν] Suspecta vox. Cl. Editor παρήειρεν adscripsit suo Codici, vt coniecturam; et ad Anton. nos amandat, (V. 144, 4.) vbi de Antonio ad Cleopatram per fenestram sursum tollendo dicitur: εἵλκετο τὰς χεῖρας ὀρέγων εἰς ἐκείνην καὶ παρεωρούμενος. Apte sane et ad rem apposite. Sed, vt illic obseruabitur, scribendum est παραιωρούμενος: et hic παρῃώρει. Verbo αἰωρήσας in hac ipsa narratione vtitur Diod. Sic. p. 621. quod perperam in Tollii Edit. ἑωρήσας scribitur. *Mos. Dus.*

92 ἐνηλ-

ὀπισθίοις ἐνήλλοντο [92] καὶ διεσκίρτων σκέλεσι, τοῖς δὲ μετεώροις ἐφιέμενοι στηρίσασθαι, καὶ κροτοῦντες τὸ ἔδαφος κατετείνοντο πᾶν τὸ σῶμα, καὶ πολὺν ἠφίεσαν ἱδρῶτα καὶ στεναγμὸν, οὔτε πρὸς τάχος, οὔτε πρὸς ῥώμην, γυμναζόμενοι κακῶς. τὰς δὲ κριθὰς ἐνέβαλλον αὐτοῖς ἐπτισμένας, ἵνα κατεργάζωνται θᾶττον καὶ πέττωσι βέλτιον.

12. Ἤδη δὲ τῆς πολιορκίας χρόνον λαμβανούσης, Ἀντίγονος τεθνηκέναι πυνθανόμενος Ἀντίπατρον ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ τεταράχθαι τὰ πράγματα, Κασάνδρου καὶ Πολυπέρχοντος διαφερομένων, οὐδὲν ἔτι μικρὸν ἐλπίζων, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τὴν ὅλην περιβαλλόμενος ἡγεμονίαν, ἐβούλετο τὸν Εὐμενῆ φίλον ἔχειν καὶ συνεργὸν ἐπὶ τὰς πράξεις. διὸ πέμψας Ἱερώνυμον, ἐσπένδετο τῷ Εὐμενεῖ, προτείνας ὅρκον, ὃν ὁ Εὐμενὴς διορθώσας, ἐπέτρεψεν ἐπικρῖναι τοῖς πολιορκοῦσιν αὐτὸν Μακεδόσι, πότερος εἴη δικαιότερος. Ἀντίγονος μὲν γὰρ ἀφοσιώσεως ἕνεκεν ἐν ἀρχῇ τῶν βασιλέων ἐπιμνησθεὶς, τὸν λοιπὸν ὅρκον εἰς

ſubſiliebant et tripudiabant pedibus, ſublimioribus vero prioribus affectantes inſiſtere, ac ſolum pulſantes, totum contendebant corpus, ſudoreſque manabant et ſuſpiria mittebant. Ita non male vel ad agilitatem, vel ad robur, exercitabantur. Hordeum obiiciebat his piſtum, vt et perficerent id citius et concoquerent melius.

Dum trahitur in longum tempus obſidio, Antigonus, allato nuncio, deceſſiſſe in Macedonia Antipatrum, ac res conquaſſatas ibi eſſe Caſſandri et Polyperchontis diſſenſionibus, nihil iam ſperans mediocre, ſed totum imperium animo complectens Macedonicum, volebat Eumenem conciliare ſibi et adiutorem habere ad res gerendas. Qua de cauſa miſit Hieronymum, cum eo pacificatum ſub certo iuramento, cuius formula emendata Eumenes arbitrio permiſit circumſidentium ipſum Macedonum, vtrum aequius foret. Antigonus enim, defunctorie in exordio regum facta mentione, reliquum iuriſiurandi in verba ſua conce-

92 ἐνηλλάττοντο Vulcob.

ἑαυτὸν ὥρκιζεν· Εὐμενὴς δὲ πρώτην μὲν ἐνέγραψε τοῖς ὅρκοις Ὀλυμπιάδα μετὰ τῶν βασιλέων· ἔπειτα ὤμνυεν, ἐκ Ἀντιγόνῳ μόνον εὐνοήσειν [93], ἐδ' ἐκείνῳ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν ἕξειν καὶ φίλον, ἀλλὰ καὶ Ὀλυμπιάδι καὶ τοῖς βασιλεῦσιν. ὧν δικαιοτέρων φανέντων, οἱ Μακεδόνες, ἐς ταῦτα ὁρκίσαντες τὸν Εὐμενῆ, τὴν πολιορκίαν ἔλυσαν, καὶ πρὸς τὸν Ἀντίγονον ἀπέστελλον, ὅπως καὶ αὐτὸς ἀποδῷ τῷ Εὐμενεῖ τὸν ὅρκον. ἐν τούτῳ δ' Εὐμενὴς ὅσους εἶχεν ἐν Νώροις τῶν Καππαδοκῶν ὁμήρους ἀπεδίδου, λαμβάνων ἵππους καὶ ὑποζύγια καὶ σκηνὰς παρὰ τῶν κομιζομένων, καὶ συνῆγε τῶν στρατιωτῶν ὅσοι διασπαρέντες ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐπλανῶντο κατὰ τὴν χώραν· ὥστε περὶ αὐτὸν ἱππεῖς ὀλίγῳ τῶν χιλίων [94] ἀποδέοντας γενέσθαι. μεθ' ὧν ἐξελάσας ἔφυγεν, ὀρθῶς φοβηθεὶς τὸν Ἀντίγονον. ὁ γὰρ μόνον ἐκεῖνον ἐκέλευσε πολιορκεῖν αὖθις περιτειχίσαντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς Μακεδόσι πικρῶς ἀντέγραψε, δεξαμένοις τοῦ ὅρκου τὴν διόρθωσιν.

13. Φεύγοντι δ' Εὐμενεῖ γράμματα κομίζεται πα-

conceperat. Eumenes vero ſacramento principem adſcripſit Olympiadem cum regibus: inde iurauit non Antigono tantum, neque eundem, quem illum, habiturum ſe hoſtem et amicum, ſed etiam quem Olympiadem et reges. Quibus pro iuſtioribus probatis, Macedones, in id adacto Eumene, obſidionem ſoluerunt, miſeruntque ad Antigonum, vt ab eo viciſſim Eumenis nomine iuramentum exigerent. Interea Eumenes, quoſcunque in Noris habuerat Cappadocum obſides, reddidit iis. A recipientibus accepit equos, iumenta, tentoria, conquiſiuitque milites, qui effuſi ex fuga per eam regionem palabantur. Ita equites contraxit paulo minus mille: cum quibus haud abs re timens ab Antigono profugit. Quippe non tantum mandauit ille, vt eum obſiderent et circumuallarent rurſus, verum etiam Macedonibus reſcripſit amare, quod iuriſiurandi admiſiſſent correctionem.

Fugienti Eumeni literae redduntur ab illis, qui in Mace-

93 ἐννοήσειν Vulc. Diod. Sic. habet, p. 630.
94 χιλίων] *Vltra duo millia*

95 Κοίν-

ρὰ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τὴν Ἀντιγόνου δεδοικότων αὔξησιν, Ὀλυμπιάδος μὲν, παρακαλούσης ἐλθόντα τὸ Ἀλεξάνδρου παιδίον παραλαβεῖν καὶ τρέφειν, ὡς ἐπιβουλευόμενον· Πολυπέρχοντος δὲ καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως κελευόντων Ἀντιγόνῳ πολεμεῖν, τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ δυνάμεως ἄρχοντα, καὶ τῶν ἐν Κουίνδοις [95] χρημάτων πεντακόσια μὲν τάλαντα λαβεῖν εἰς τὴν τῶν ἰδίων ἐπανόρθωσιν, εἰς δὲ τὸν πόλεμον ὁπόσοις βούλεται χρῆσθαι. περὶ δὲ τούτων καὶ Ἀντιγένει καὶ Τευτάμῳ, τοῖς τῶν ἀργυρασπίδων ἡγουμένοις, ἐγεγράφεισαν. ἐπεὶ δὲ λαβόντες ἐκεῖνοι τὰ γράμματα, τῷ μὲν λόγῳ φιλανθρώπως ἐδέξαντο τὸν Εὐμενῆ, φθόνου δὲ καὶ φιλονεικίας ἐφαίνοντο μεστοὶ, δευτερεύειν ἀπαξιοῦντες ἐκείνῳ· τὸν μὲν φθόνον ὁ Εὐμενὴς ἐθεράπευε τῷ τὰ χρήματα μὴ λαβεῖν, ὡς οὐδὲν δεόμενος, ταῖς δὲ φιλονεικίαις καὶ φιλαρχίαις αὐτῶν, μήθ᾽ ἡγεῖσθαι δυναμένων, μήθ᾽ ἕπεσθαι βουλομένων, ἐπῆγε δεισιδαιμονίαν. ἔφη γὰρ, Ἀλέξανδρον αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους φανῆναι,

Macedonia Antigoni incrementum metuebant: Olympiade orante, veniret, et paruum filium Alexandri susciperet educaretque, insidiis petitum: Polyperchonte autem et Philippo rege imperantibus, vt praeesset exercitui, qui in Cappadocia erat, ac bellum cum Antigono gereret, vtque ex pecunia, quae erat Quindis, quingenta talenta ad res suas reparandas, ad bellum vero, quanta pecunia vti liberet, eam acciperet. De his Antigeni quoque et Teutamo, Argyraspidum praefectis, scripserant. Qui, acceptis literis, Eumenem verbis benigne quidem exceperunt, sed inuidia atque aemulatione prodiderunt se rumpi, dedignantes illi, se posthabitos. Inuidiam Eumenes pecunia, quasi ea non indigeret, non accepta leniuit. At peruicaciae eorum et ambitioni, qui neque imperare scirent, neque vellent sequi, incussit superstitionem. Alexandrum sibi ait per somnium oblatum fuisse, ac

95 Κουίνδοις] Quinda castellum Ciliciae fuit, supra Anchialam situm, vbi thesauros suos Macedones habebant, et pecuniam regiam. Strabo lib. XIV. infra in Demetrio, alii. *Xylander.* Κυΐνδοις scribitur apud Diod. Sic. 699. Et ita noster infra in Demetr. (V. 39, 1.)

96 συνε-

καὶ δεῖξαί τινα σκηνὴν κατεσκευασμένην βασιλικῶς, καὶ θρόνον ἐν αὐτῇ κείμενον· εἶτ' εἰπεῖν, ὡς ἐνταῦθα συνεδρεύουσιν αὐτοῖς καὶ χρηματίζουσιν αὐτὸς παρέσται, καὶ συνεφάψεται [96] βουλῆς τε πάσης καὶ πράξεως ἀρχομένοις ἀπ' αὐτοῦ. ταῦτα ῥᾳδίως ἔπεισε τὸν Ἀντιγένη καὶ τὸν Τεύταμον, οὔτ' ἐκείνων βαδίζειν βουλομένων πρὸς αὐτὸν, οὔτε αὐτὸς ἀξιῶν ἐπὶ θύραις ἑτέρων ὁρᾶσθαι. καὶ τιθέντες οὕτω σκηνὴν βασιλικὴν καὶ θρόνον Ἀλεξάνδρῳ κατεπευφημισμένον, ἐκεῖ συνεπορεύοντο βουλευόμενοι περὶ τῶν μεγίστων. ἐπεὶ δὲ προϊοῦσιν αὐτοῖς εἰς τὴν ἄνω χώραν ὁ Πευκέστας μετὰ τῶν ἄλλων σατραπῶν ἀπήντησε, φίλος ὢν, καὶ συνεμίξαντο τὰς δυνάμεις, πλήθει μὲν ὅπλων καὶ λαμπρότητι παρασκευῆς ἐπέῤῥωσαν τοὺς Μακεδόνας, αὐτοὶ δ' ἀναγωγοὶ ταῖς ἐξουσίαις, καὶ μαλακοὶ ταῖς διαίταις γεγονότες μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, καὶ φρονήματα τυραννικὰ καὶ τεθρυμμένα [97] βαρβαρικαῖς ἀλα-

ac tabernaculum monſtraſſe regaliter inſtructum, collocatumque in eo ſolium; inde fatum, ſi illuc conuenirent et res tractarent, praeſto fore ſe, et ſecundaturum omnia conſilia coeptaque auſpiciis ſuſcepta ſuis. Facile haec perſuaſit Antigeni et Teutamo, qui nec adire illum ſuſtinebant, et ille dedignabatur aſſiſtere aliorum foribus videri. Ita poſito regio tabernaculo et ſolio, quod Alexandro nuncupauerunt, eo conueniebant de ſummis rerum conſultantes. Poſtquam in ſuperiorem regionem progreſſis Peuceſtas, qui amicus erat, cum aliis occurrit ſatrapis, ac coniunxerunt copias ſuas, armatorum numero et apparatus ſplendore confirmauerunt Macedonas. Verum quia licentia ipſi diſſoluti et vita molles euaſerant poſt Alexandri exceſſum, ſpirituſque tyrannicos et barbarica innutritos arro-

96 συνεφάψεται] Legitur etiam νῦν ἐφάψεται. ſed illam lectionem huic antepono. *H. Stephanus.*

97 τεθραμμένα] Cl. Editor ſcripturam hanc merito ſuſpectam habens, ſuo Cod. adſcripſit: [Forſan τεθηριωμένα: vt 359, 13. et iterum 363, 11. Sed vide V. 69, 5. et 31, 19. Et in Op. Mor. 178, 3.] Haec vir doctiſſimus; quid tandem decreturus, ſi notam hanc ad prelum mittendam conſcripſiſſet, neſcio. Ego

ζονείαις ἐπὶ ταυτὸ συνενεγκάμενοι, πρὸς μὲν ἀλλήλους βαρεῖς ἦσαν καὶ δυσάρμοστοι, τοὺς δὲ Μακεδόνας κολακεύοντες ἐκκεχυμένως, καὶ καταχορηγοῦντες εἰς δεῖπνα καὶ θυσίας, ὀλίγου χρόνου τὸ στρατόπεδον ἀσωτίας πανηγυριζούσης καταγώγιον ἐποίησαν, καὶ δημαγωγούμενον ἐπὶ αἱρέσει στρατηγῶν ὄχλον, ὥσπερ ἐν ταῖς δημοκρατίαις. αἰσθόμενος δ' ὁ Εὐμενὴς αὐτοὺς ἀλλήλων μὲν καταφρονοῦντας, αὐτὸν δὲ φοβουμένους καὶ παραφυλάττοντας, ἀνελεῖν εἰ γένοιτο καιρὸς, ἐσκήψατο χρημάτων δεῖσθαι· καὶ συνεδανείσατο τάλαντα πολλὰ παρὰ τῶν μάλιστα μισούντων αὐτὸν, ἵνα καὶ πιστεύωσι, καὶ ἀπέχωνται περὶ τῶν δανείων ἀγωνιῶντες. ὥστε συνέβη τὸν ἀλλότριον πλοῦτον αὐτῷ φύλακα τοῦ σώματος ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ σωτηρίᾳ διδόντων, μόνον ἐκ τοῦ λαβεῖν κτήσασθαι τὴν ἀσφάλειαν.

14. Οὐ μὴν ἀλλ' οἱ Μακεδόνες, ἀδείας μὲν οὔσης,

arrogantia in vnum contulerunt, erant inter ſe mutuo ſuperciliofi et diſcordes. Macedonibus autem effuſe adulando, in coenaſque ac ſacrificia profundendo, reddiderunt breui comeſſabundae popinationis caſtra diuerſorium, atque milites, ſicut in populari repub. turbam, quae allicitur ad legendos duces blandimentis. Vt aduertit Eumenes, ipſos inter ſe deſpicere, ſe vero timere et captare tempus ad necandum, ſimulauit ſibi argento opus eſſe, atque ab illis, qui erant ſibi infeſtiſſimi, ſumſit mutuo grandem pecuniam; quo et crederent ſibi, et manus abſtinerent, de credita pecunia ſoliciti. Ita factum eſt, vt corporis cuſtodes opes haberet alienas. Et quum alii ad ſalutem conſequendam dent, ſecuritatem comparauit ſibi accipiendo.

At Macedones tantiſper, dum metus abſuit, dantibus vendi-

Ego τεθρυμμένα legendum cenſeo: vt apud Xen. in Symp. (522, 7. Ed. St.) οὐχ ἁβρότητι χλιδαινομένου, οὐδὲ μαλακίᾳ θρυπτομένου. *Moſes Duſoul.*

ἐφθείροντο πρὸς τοὺς διδόντας, καὶ τὰς ἐκείνων θύρας ἐθεράπευον, δορυφορουμένων καὶ στρατηγιώντων [98]. ἐπεὶ δ' Ἀντίγονος αὐτοῖς παρεστρατοπέδευσε μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ τὰ πράγματα φωνὴν ἀφιέντα τὸν ἀληθινὸν ἐκάλει στρατηγὸν, οὐ μόνον οἱ στρατευόμενοι τῷ Εὐμενεῖ προσεῖχον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ τρυφῇ μεγάλων ἐκείνων ἕκαστος ἐνέδωκε, καὶ παρεῖχεν ἑαυτὸν σιωπῇ τὴν δοθεῖσαν φυλάττοντα τάξιν. καὶ γάρ τοι περὶ τὸν Πασιτίγριν [99] ποταμὸν ἐπιχειρήσαντα διαβαίνειν τὸν Ἀντίγονον, οἱ μὲν ἄλλοι παραφυλάττοντες οὐδ' ᾔσθοντο, μόνος δ' Εὐμενὴς ὑπέστη, καὶ συνάψας μάχην, πολλοὺς μὲν κατέβαλε, καὶ νεκρῶν ἐνέπλησε τὸ ῥεῖθρον, ἔλαβε δὲ τετρακισχιλίους αἰχμαλώτους. μάλιστα δ' οἱ Μακεδόνες περὶ τὴν συμβᾶσαν ἀῤῥωστίαν αὐτῷ καταφανεῖς ἐγί-

venditabant ſe, atque illorum ianuas celebrabant, eoſque ſtipabant imperare affectantes. At vbi Antigonus magno cum exercitu prope eos conſedit, atque res ipſa vocem emittens verum poſtulauit ducem, Eumenem non modo turba militaris reſpexit, ſed et quiſque illorum, qui in pace et luxu magni eſſe videbantur, manus dans praebuit ſe illi obſequentem in eo, quem cuique aſſignaret, ordine. Etenim Paſitigrim amnem aggreſſum tranſmittere Antigonum caeteri, qui in ſtationibus erant, ne ſenſerunt quidem: ſolus excepit eum Eumenes, ſignisque collatis multos occidit de militibus eius, et flumen cadaueribus compleuit, captis quatuor millibus. Praecipue vero oſtenderunt Macedones, quum eſſet valetudinis infirmitate corre-

98 δορυφορουμένων καὶ στρατηγιώντων] Suſpectus mihi hic locus, et abſque MſΓ. ope haud facile ſanandus, videtur. *Moſ. Duſ.*

99 Πασιτίγριν] Duo cum ſint eius nominis fluuii, vtrum hic intelligi oporteat, Cellarius definit, (p. 791.) Perſicum nempe, ſiue eum, qui in Sinum Perſicum infunditur. Non infrequenter Diod. Sic. Tigrin, vt in hac ipſa narratione, hunc Paſitigrin vocat. Apud Corn. Nep. *in Paraetacis*, ex eruditiſſima Lambini emendatione, confligiſſe dicuntur. Recte. Nec in eo quicquam eſt, quod Plutarcho aduerſetur. *Bryanus* et *Moſes Duſoul.* [Caeterum Vulc. Πατισίγριν exhibet.]

νοντο, τοὺς μὲν ἄλλους ἑστιᾶν λαμπρῶς καὶ πανηγυρίζειν, ἄρχειν δὲ καὶ πολεμεῖν δυνατὸν ἡγούμενοι μόνον ἐκεῖνον. ὁ μὲν γὰρ Πευκέστας ἐν τῇ Περσικῇ λαμπρῶς αὐτοὺς ἑστιάσας, καὶ κατ' ἄνδρα διαδοὺς ἱερεῖον εἰς θυσίαν, ἤλπιζεν εἶναι μέγιστος· ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοὺς πολεμίους βαδιζόντων, ἐτύγχανεν ὁ Εὐμενὴς, ἐκ νόσου τινὸς ἐπισφαλοῦς, ἐν φορείῳ κομιζόμενος ἔξω τοῦ στρατεύματος ἐν ἡσυχίᾳ διὰ τὰς ἀγρυπνίας. μικρὸν δὲ προελθοῦσιν αὐτοῖς ἄφνω λόφους τινὰς ὑπερβαλόντες ἐξεφάνησαν οἱ πολέμιοι, καταβαίνοντες εἰς τὸ πεδίον. ὡς οὖν αἵ τε τῶν χρυσῶν ὅπλων αὐγαὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἐξέλαμψαν ἀπὸ τῶν ἄκρων τοῦ ἀγήματος ἐν τάξει πορευομένων [100], καὶ τῶν θηρίων τοὺς πύργους ἄνω καὶ τὰς πορφύρας εἶδον, ὅσπερ ἦν αὐτοῖς κόσμος εἰς μάχην ἀγομένοις, ἐπιστήσαντες οἱ πρῶτοι τὴν πορείαν, ἐβόων Εὐμενῆ καλεῖν πρὸς αὐτούς [1]· οὐ γὰρ ἂν προελθεῖν, ἐκείνου μὴ στρατηγοῦντος.

correptus, ita ſe exiſtimare, comeſſationes et tempeſtiua conuinia reliquos apparare ſplendide, imperare et belligerare vnum illum noſſe. Quippe Peuceſtas, qui in Perſide illis magnificum epulum praebuerat, et viritim diuiſerat victimam ad ſacra facienda, promittebat ſibi praecipuam poteſtatem. Mox motis in hoſtem ſignis, Eumenes forte ex ancipiti morbo extra agmen quiete in lectica ob vigilias ferebatur. Vbi aliquantulum ſunt progreſſi, repente conſpexerunt hoſtes, qui, ſuperatis quibuſdam collibus, in campum ſe dimittebant. Vt igitur aureorum fulgor armorum ex tumulis agmine incedente inſtructo aduerſus ſolem micuit, editaſque belluarum turres et purpuras ſunt contemplati, qui ornatus in proelium euntibus ſolennis erat, reſiſtentes anteſignani vociferabantur, Eumenes vocaretur, gradum ſe, niſi illius ductu, non promoturos;

100 πορευομένων] Non fuit neceſſe dicere πορευομένου, quoniam ἄγημα eſt nomen collectiuum. *H. Steph.*

1 αὐτούς] Rectius ſcribetur αὐτοῖς, vt quidam Codd. habent: vel αὑτοῖς, id eſt, *ſibi:* ita interpretando: *vociferantes Eumenem ſibi vocari iubebant.* Vnus tamen interpretum perinde reddidit, ac ſi non ſcriptum eſſet ἐβόων, Εὐμενῆ καλεῖν αὐτοῖς, ſed βοῶντες Εὐμενῆ ἐκάλεσαν, ita interpretans: *cum clamore Eumenem*

καὶ τὰ ὅπλα πρὸς τὴν γῆν ἐρείσαντες, ἀλλήλοις μένειν διεκελεύοντο, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ χωρὶς Εὐμενȣ̃ς μὴ μάχεσθαι, μηδὲ κινδυνεύειν πρὸς τȣ̀ς πολεμίȣς. ἀκȣ́σας δ' ὁ Εὐμενὴς, ἧκε πρὸς αὐτȣ̀ς δρόμῳ, τȣ̀ς κομίζοντας ἐπιταχύνας, καὶ τȣ̃ φορείȣ τὰς ἑκατέρωθεν αὐλαίας ἀνακαλύψας, πρȣ́τεινε τὴν δεξιὰν γεγηθώς. οἱ δ' ὡς εἶδον, εὐθὺς ἀσπασάμενοι Μακεδονιςὶ τῇ φωνῇ, τάς τ' ἀσπίδας ἀνείλοντο, καὶ ταῖς σαρίσσαις ἐπιδȣπήσαντες, ἠλάλαξαν, προκαλȣ́μενοι τȣ̀ς πολεμίȣς, ὡς τȣ̃ ἡγεμόνος αὐτοῖς παρόντος.

15. Ἀντίγονος δὲ, παρὰ τῶν ἁλισκομένων ἀκȣ́ων τὸν Εὐμενῆ νοσεῖν καὶ κομίζεσθαι κακῶς διακείμενον, ȣ̓ μέγα ἔργον ἡγεῖτο συντρίψαι τȣ̀ς ἄλλȣς, ἐκείνȣ νοσȣ̃ντος. διὸ καὶ σπεύδων ἐπὶ τὴν μάχην προῆγεν. ὡς δὲ τῶν πολεμίων εἰς τάξιν καθισαμένων παρελάσας κατεῖδε τὸ σχῆμα καὶ τὴν διακόσμησιν, ἐκπλαγεὶς ἐπέςη πλείω χρόνον· εἶτ' ὤφθη τὸ φορεῖον ἀπὸ θατέρȣ κέρως ἐπὶ θά-

turos; defixiſque humi ſcutis cohortabantur inter ſe, ne inde ſe mouerent, et duces vt conſiſterent, neque ſine Eumene committerent pugnam, neu cum hoſtibus ſigna conferrent. Eo nunciato, Eumenes incitauit lecticarios, currenſque ad eos venit, ac reiectis vtrinque lecticae aulaeis, hilari excelſus vultu protendit dexteram. Quem vt videre, conſalutauerunt illico lingua Macedonica, ſimulque clypeos ſuſtulerunt, et sariſſis concrepantes laetum tulerunt clamorem, prouocantes hoſtem, tanquam praeſentem habentes ducem.

Antigonus autem ex captiuis audiens, implicitum morbo Eumenem, et lectica geſtari grauiter affectum, haud magni negotii duxit, laborante illo, alios obterere: quapropter maturauit acie dimicare. Vt vero hoſtium inſtructorum praeuectus figuram et ordinem eſt contemplatus, diu attonitus ſubſtitit. Mox lectica conſpecta, quae ab vno cornu ad

nem vocauerunt. Eſt alioqui vſitatum et alibi hoc verbum βοᾷν cum infinitiuo, pro *iubere clamando*, vel *poſcere, cum clamore iubere,* ſeu *flagitare:* vt in hac ipſa Eumenis vita, p. 361, vlt. [edit. Lond.] ἄγειν ἐβόων. *H. Stephanus.* [Caeterum πρὸς ante αὐτȣ̀ς a vulgatis abeſt.]

τερον διαφερόμενον. γελάσας οὖν ὁ Ἀντίγονος, ὥσπερ εἰώθει, μέγα, καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἰπών· Τοῦτ' ἦν τὸ φορεῖον, ὡς ἔοικε, τὸ ἀντιπαρατατ]όμενον ἡμῖν, εὐθὺς ἀπῆγε τὴν δύναμιν ὀπίσω, καὶ κατεστρατοπέδευσεν. οἱ δὲ μικρὸν ἀναπνεύσαντες, αὖθις ἐδημαγωγοῦντο, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἐντρυφῶντες, σχεδὸν ὅλην εἰς τὰ χειμάδια κατενείμαντο τὴν Γαβηνῶν· ὥστε τοὺς ἐσχάτους τῶν πρώτων ἀποσκηνοῦν ὁμοῦ τι χιλίους σταδίους [2]. ταῦτα γνοὺς ὁ Ἀντίγονος, ὥρμησεν ἐξαίφνης ἐπ' αὐτοὺς ὑποστρέψας, χαλεπὴν ὁδὸν καὶ ἄνυδρον, σύντομον δὲ καὶ ταχεῖαν [3]· ἐλπίζων, εἰ διεσπαρμένοις ἐπιπέσοι περὶ τὰ χειμάδια, μηδ' ἂν συνελθεῖν ἔτι τὸ πλῆθος ῥαδίως εἰς ταὐτὸ τοῖς στρατηγοῖς. ἐμβαλόντι δ' εἰς γῆν ἀοίκητον αὐτῷ, πνεύματά τε δεινὰ καὶ κρύη μεγάλα διελυμαίνετο τὴν πορείαν, ἐνοχλουμένου τοῦ στρατεύματος. ἦν οὖν ἀναγκαία βοήθεια, πυρὰ πολλὰ καίειν. ὅθεν οὐκ ἔλαθε τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ τῶν

ad alterum circumferebatur, cachinnatus suo more Antigonus, ait ad amicos: Haec nimirum est lectica, quae infesta nobis stat. Inde agmen illico retro reduxit, ac castra metatus est. At hi, quum paulisper respirassent, ex integro impulsi factionibus sunt, et ducibus insultantes regionem Gabenorum ferme vniuersam hybernis occuparunt, vt postremorum tabernacula prope mille stadia essent a primis diremta. Quo cognito, mouit repente in illos Antigonus. Iter fecit via laboriosa et sitienti, compendiosa tamen et confragosa; sperans, si superuenisset per hyberna disiectis, non facile iam contracturos copias duces. Ingresso regionem vastam et habitationibus nudam venti procellosi cum ingenti gelu, qui fatigauerunt exercitum, iter interpellarunt. Itaque ad necessarium remedium crebri ignes excitandi fuere: quod effecit, ne falleret hostes. Sed qui in spectan-

2 χιλίους σταδίους] Diod. Sic. (682.) ὁδὸν ἡμερῶν ἕξ.

3 τραχεῖαν] Dacerius recte emendat. βραχεῖαν legendum est. Corn. Nepos: *breuior*. Saepius permutantur haec duo. Sic etiam in Op. Mor. 170, 30. τραχὺ, pro βραχύ: vt recte scribitur 1767, 6. et βραχύτητι, pro τραχύτητι, 1238, 24.

4 ἱστα•

βαρβάρων οἱ τὰ βλέποντα πρὸς τὴν ἀοίκητον ὄρη νεμόμενοι, θαυμάσαντες τὸ τῶν πυρῶν πλῆθος, ἔπεμψαν ἱπ-παστρίαις καμήλοις [4] ἀγγέλους πρὸς Πευκέσταν. ὁ δ' ὡς

ſpectantibus deſertum montibus habitabant barbari, pyrarum mirati frequentiam, nuncios miſerunt dromedis ad Peuceſtam. Hic nuncii

Βοιωτάρχων. ὑπέπεμψαν γὰρ ἀνθρώπους λακωνίζειν προσποιουμένους, οἳ τὸν Σφοδρίαν ἐπαινοῦντες καὶ μεγαλύνοντες ὡς ἔργου τηλικούτου μόνον ἄξιον, ἐπῆραν καὶ παρώρμησαν ἀνελέσθαι πρᾶξιν, ἄδικον μὲν ὁμοίως ἐκείνῃ καὶ παράνομον, τόλμης δὲ καὶ τύχης ἐνδεᾶ γενομένην. ἡμέρα γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ κατέλαβε καὶ κατέλαμψεν [15], ἐλπίσαντα νυκτὸς προσμίξειν τῷ Πειραιεῖ [16]· καὶ φῶς ἀφ' ἱερῶν τινων Ἐλευσινόθεν [17] ἰδόντας, λέγουσι, φρίξαι καὶ περιφόβους γενέσθαι τοὺς στρατιώτας. αὐτὸς δὲ τοῦ θράσους ἐξέπεσεν, ὡς οὐκέτι λαθεῖν ἦν· καί τινα βραχεῖαν ἁρπαγὴν θέμενος, αἰσχρῶς ἀνεχώρησε καὶ ἀδόξως εἰς τὰς Θεσπιάς. ἐκ δὲ τούτου κατήγοροι μὲν ἐπέμφθησαν εἰς Σπάρτην ἐξ Ἀθηνῶν, εὗρον δὲ κατηγόρων [18] μηδὲν ἐπὶ τὸν Σφοδρίαν δεομένους τοὺς ἄρχοντας, ἀλλὰ θανάτου κρίσιν αὐτῷ προειρηκότας· ἣν ἐκεῖνος ὑπομένειν ἀπέγνω [19], φοβούμενος τὴν ὀργὴν τῶν πολιτῶν, αἰσχυνομένων τοὺς

rum, fuiſſe. Summiſerunt hi certos, qui facere ſe fingerent cum Lacedaemoniis. Illi Sphodriam celebrantes extollenteſque, tanquam vnum tanto dignum opere, incitauerunt et incenderunt eum ad rem ſuſcipiendam prauam perinde, atque illam, et foedam, verum audacia et fortuna deſtitutam: ſiquidem dies eum in campo Thriaſio occupauit et illuxit: ſperauerat autem, tenebris aggredi Piraeum. Caeterum vbi lumen ex templis quibuſdam ab Eleuſine conſpexere milites, memorant, eos horrore et pauore obtorpuiſſe. Excidit et illi animus, vbi iam non poterat eſſe clam, raptaque modica praeda, foede et deformiter recepit ſe Theſpias. Hinc accuſatores Athenis Spartam miſſi. Verum magiſtratus offenderunt accuſatoribus in Sphodriam nihil opus habere, qui occupauerunt eum rei capitalis arceſſere: quod iudicium non eſt auſus ille exſpectare, quia iram formidabat ciuium, qui verecundia Athenienſium, ne affines

15 κατέλαμψεν] ita etiam SGerm. ſed ſuperſcriptum eſt eadem manu κατέπαυσεν.

16 προσμίξειν τῷ Πελοπίδᾳ Vulc. e Iuntina. τῷ Πελοπίδᾳ dat etiam SGerm.

17 Ἐλευσῖν ὅθεν SGerm.

18 κατηγορίας Vulc.

19 ἐπέγνω dat Iuntina ſola.

20 σκέ-

Ἀθηναίους, καὶ βουλομένων συναδικεῖσθαι δοκεῖν, ἵνα μὴ συναδικεῖν δοκῶσιν.

25. Εἶχεν οὖν ὁ Σφοδρίας υἱὸν Κλεώνυμον, οὗ παιδὸς ὄντος ἔτι καὶ καλοῦ τὴν ὄψιν Ἀρχίδαμος, ὁ Ἀγησιλάου τοῦ βασιλέως υἱὸς, ἤρα· καὶ τότε συνηγωνία μὲν, ὡς εἰκὸς ἦν, κινδυνεύοντι αὐτῷ περὶ τοῦ πατρὸς, συμπράττειν δὲ φανερῶς καὶ βοηθεῖν οὐκ εἶχεν. ἦν γὰρ ὁ Σφοδρίας ἐκ τῶν διαφόρων τοῦ Ἀγησιλάου. τοῦ δὲ Κλεωνύμου προσελθόντος αὐτῷ, καὶ μετὰ δεήσεως καὶ δακρύων ἐντυχόντος, ὅπως τὸν Ἀγησίλαον εὔνουν παράσχῃ, μάλιστα γὰρ ἐκεῖνον αὐτοῖς φοβερὸν εἶναι, τρεῖς μὲν, ἢ τέσσαρας, ἡμέρας αἰδούμενος τὸν πατέρα καὶ δεδιὼς, σιωπῇ παρηκολούθει· τέλος δὲ, τῆς κρίσεως ἐγγὺς οὔσης, ἐτόλμησεν εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἀγησίλαον, ὅτι Κλεώνυμος αὐτοῦ δεηθείη περὶ τοῦ πατρός. ὁ δ' Ἀγησίλαος εἰδὼς ἐρῶντα τὸν Ἀρχίδαμον, οὐκ ἔπαυεν. ἦν γὰρ ὁ Κλεώνυμος εὐθὺς ἐκ παίδων ἐπίδοξος, εἴ τις καὶ ἄλλος, ἀνὴρ ἔσεσθαι σπουδαῖος. οὐ μὴν ἐνέδωκέ τι τότε χρηστὸν, ἢ φιλάνθρωπον, ἐλπίσαι δεομένῳ τῷ παιδί·

affines viderentur illius iniuriae, non minus ſe violatos ſimulabant.

Erat Sphodriae Cleonymus filius, cuius pueri etiamnum et forma florentis amore Ageſilai filius, Archidamus, deperibat, ac cum illo tunc nimirum laborabat de patris periculo: ſed adiuuare aperte et opem ferre, quod ex aduerſariis eſſet Ageſilai Sphodrias, non habebat. Quem quum Cleonymus adiiſſet, precibuſque et lacrymis interpellaſſet, vt placaret Ageſilaum, (illum enim praeter caeteros eſſe ipſis formidabilem) tres, aut quatuor dies verecundia et timore parentem tacitus affectatus eſt. Tandem inſtante iudicii die, ſuſtinuit exponere Ageſilao, Cleonymum ſupplicem ſibi pro patre fuiſſe. Ageſilaus (licet eum amare ſciret Archidamum) non prohibuit: quippe Cleonymus mox a puero ſpem de ſe, ſi quis alius, praebuerat magnae virtutis. Nullum tamen bonam, vel benignam ſpem oranti dedit filio; tantum conſi-

σκέψεσθαι [20] δὲ φήσας, ὅ τι καλῶς ἔχει [21] καὶ πρεπόντως, ἀπῆλθεν. αἰδούμενος οὖν ὁ Ἀρχίδαμος, ἐξέλιπε τὸ [22] προσιέναι [23] τῷ Κλεωνύμῳ, καίπερ εἰωθὼς πολλάκις τοῦτο τῆς ἡμέρας ποιεῖν πρότερον. ἐκ δὲ τούτου κἀκεῖνοι τὰ κατὰ τὸν Σφοδρίαν μᾶλλον ἀπέγνωσαν· ἄχρις [24] οὗ τῶν Ἀγησιλάου φίλων Ἐτυμοκλῆς ἔν τινι κοινολογίᾳ πρὸς αὐτοὺς, ἀπεγύμνωσε τὴν γνώμην τοῦ Ἀγησιλάου· τὸ μὲν γὰρ ἔργον ὡς ἔνι μάλιστα ψέγειν αὐτὸν, ἄλλως γε μὴν ἄνδρα τὸν Σφοδρίαν ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι, καὶ τὴν πόλιν ὁρᾶν τοιούτων στρατιωτῶν δεομένην. τούτους γὰρ ὁ Ἀγησίλαος ἑκάστοτε τοὺς λόγους ἐποιεῖτο περὶ [25] τῆς δίκης, τῷ παιδὶ χαρίζεσθαι βουλόμενος· ὥστε καὶ τὸν Κλεώνυμον εὐθὺς αἰσθάνεσθαι τὴν σπουδὴν τοῦ Ἀρχιδάμου, καὶ τοὺς φίλους τοὺς τοῦ Σφοδρίου θαῤῥοῦντας ἤδη βοηθεῖν. ἦν δὲ καὶ φιλότεκνος ὁ Ἀγησίλαος διαφερόντως, καὶ περὶ ἐκείνου τὸ τῆς παιδιᾶς λέγουσιν, ὅτι μικροῖς τοῖς παιδίοις οὖσι κάλαμον περιβε-

consideraturum ostendit se, quid recte ac honeste facere posset; atque ita abscessit. Itaque prae verecundia Archidamus intermisit Cleonymum inuisere, quamuis id quotidie facere creber antea soleret. Sic amici quoque Sphodriae salutem eius magis pro deposita habuere: quoad ex Agesilai amicis Etymocles in colloquio quodam sententiam illis aperuit Agesilai: factum enim illum quam maxime improbare, alioqui strenuum virum habere Sphodriam, ac ciuitatem cernere talium virorum desiderantem. Hac oratione vbique Agesilaus in gratiam filii sui de iudicio vtebatur. Vnde mox studium Cleonymus percepit Archidami, et necessarii Sphodriae, sumto animo, ei iam praesto fuere. Fuit indulgens pater supra modum Agesilaus: de quo hunc ludum commemorant, cum paruis liberis in arundine quasi equi-

20 σκέψασθαι] Legendum videtur H. Steph. et mihi, σκέψεσθαι. Et ita recte Interpp. [H. Stephanus nimirum ita annotat: Repono σκέψεσθαι pro σκέψασθαι, talis erroris in aliis plerisque locis memor.]

21 ἔχοι SGerm.

22 ἐξέλειπε τῷ idem.

23 προσεῖναι] Lege προσιέναι. *H. Stephanus.*

24 ἄχρι, quamuis sequente vocali, SGerm.

25 περὶ τῆς δ.] Scripserat, credo, Plut. πρὸ τῆς δ.

βηκὼς, ὥσπερ ἵππον, οἴκοι συνέπαιζεν· ὀφθεὶς δὲ ὑπό τινος τῶν φίλων, παρεκάλει μηδενὶ φράσαι, πρὶν ἂν καὶ αὐτὸς πατὴρ παίδων γένηται.

26. Ἀπολυθέντος δὲ τοῦ Σφοδρίου, καὶ τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐπύθοντο, πρὸς πόλεμον τραπομένων, σφόδρα κακῶς ὁ Ἀγησίλαος ἤκουσε, δι' ἐπιθυμίαν ἄτοπον καὶ παιδαριώδη δοκῶν ἐμποδὼν γεγονέναι κρίσει δικαίᾳ, καὶ τὴν πόλιν παραίτιον ἀπειργάσθαι παρανομημάτων τηλικούτων εἰς τοὺς Ἕλληνας. ἐπεὶ δὲ τὸν [υἱὸν] Κλεόμβροτον [26] οὐχ ἑώρα πρόθυμον ὄντα πολεμεῖν τοῖς Θηβαίοις, οὕτω δὴ

equitantem domi colludere solitum. Conspectus autem ab amico quopiam, orauit, ne cui id prius enunciaret, quam ipse liberorum pater foret.

Absoluto Sphodria, Atheniensibusque, vbi rem intellexere, arma sumentibus, laceratus est maiorem in modum Agesilaus probris, qui ob importunam et puerilem libidinem intercessisse iusto iudicio videretur, atque ciuitatem tantis in Graecos admissis flagitiis alligasse. Porro collegam regni, Cleombrotum, quia minus propensum ad bellum cum Thebanis gerendum cernebat, mox

26 υἱὸν Κλεόμβροτον] Hoc mendum secutus Grynaeus Agesilai filium fecit Cleombrotum. Quod fieri nullo modo potuit, quum alterius familiae rex fuerit, et Agesipolidi in regno successerit: quod paulo ante docuit Plutarchus. Fuit autem Cleombrotus Pausaniae filius, Agesipolidis frater: quo mortuo sine liberis, regnum ad eum rediit. Pausanias lib. III. *Xylander.* Mendum tam foedum quomodo emendari debeat, non satis patet. Deleto quidem τῷ υἱὸν, recte habebit. Sed numquid pro eo reponendum sit, cum in libris nostris nihil subsidii sit, non satis perspicio. Certe nihil occurrit, in cuius locum irrepere illud υἱὸν facile potuerit. Xen. 334, 35. Ephoris hoc tribuit, existimantibus, prudentiorem fore Agesilaum Cleombroto. Dicam, quod sentio; apud Xen. scriptum fuerit, ab Ephoris Archidamo, Agesilai filio, delatum hoc imperium, vt Cleombroto prudentiori futuro, vti reuera post Cleombroti mortem factum, (349, 25.) Plut. autem scripserit, Agesilao non visum filium ad id bellum satis propensum, in seque adeo recepisse: legendumque, pro Κλεόμβροτον, Ἀρχίδαμον. *Mos. Du.S.*

27 φθεί-

χαίρειν τὸν νόμον ἐάσας, ᾧ πρόσθεν ἐχρῆτο περὶ τῆς στρατείας, αὐτὸς εἰς Βοιωτίαν ἐνέβαλεν ἤδη, καὶ κακῶς ἐποίει τοὺς Θηβαίους, καὶ πάλιν ἀντέπασχεν· ὥστε καὶ τρωθέντος αὐτοῦ ποτὲ τὸν Ἀνταλκίδαν εἰπεῖν· Ἦ καλὰ διδασκάλια παρὰ Θηβαίων ἀπολαμβάνεις, μὴ βουλομένους αὐτοὺς μηδ' ἐπισταμένους, μάχεσθαι διδάξας. τῷ γὰρ ὄντι Θηβαίους αὐτοὺς ἑαυτῶν πολεμικωτάτους τότε γενέσθαι φασὶ, ταῖς πολλαῖς στρατείαις τῶν Λακεδαιμονίων ἐπ' αὐτοὺς ὥσπερ ἐγγυμνασαμένους. διὸ καὶ Λυκοῦργος ὁ παλαιὸς ἐν ταῖς καλουμέναις τρισὶ ῥήτραις ἀπεῖπε μὴ πολλάκις ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς στρατεύειν, ὅπως μὴ πολεμεῖν μανθάνωσιν. ἦν δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις τῶν Λακεδαιμονίων ἐπαχθὴς ὁ Ἀγησίλαος, ὡς δι' οὐδὲν ἔγκλημα δημόσιον, ἀλλὰ θυμῷ τινι καὶ φιλονεικίᾳ τοὺς Θηβαίους ἀπολέσαι ζητῶν. οὐδὲν οὖν ἔλεγον δεόμενοι φθείρεσθαι, δεῦρο [27] κἀκεῖσε καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὀλίγοις τοσοῦτοι συνακολουθοῦντες. ἔνθα δὴ [28] λέγεται τὸν Ἀγησίλαον, ἐξελέγξαι βουλόμενον αὐτῶν τὸ

mox lege, cuius nuper praesidio praetenderat vacationem, abiecta, Boeotiam ipse incurrit, Boeotiisque clades intulit et viciſsim accepit. Hinc quum vulnere aliquando fuisset affectus, Antalcidas: Nae tu praeclaram, inquit, mercedem refers a Thebanis, qui inuitos et ignaros docuisti pugnare. Et profecto bellaciores ferunt tunc Thebanos, quam vnquam alias, euasisse, compluribus Lacedaemoniorum in ipsos expeditionibus velut disciplina quadam edoctos. Quapropter in tribus rhetris appellatis interdixerat Lycurgus priscus in eosdem identidem bellum moueri, ne bellare addiscerent illi. Flagrabat item apud Lacedaemoniorum socios Agesilaus inuidia, quod nulla quidem publica offensa, sed felle quodam atque ambitione euertere quaereret Thebanos. Fremebant autem, nulla premente necessitate ita enecari se, qui huc atque illuc singulis annis paucos tam multi sequerentur. Hic Agesilaum memorant ad detegendum eorum nume-

27 φθείρεσθαι, δεῦρο] Videndum, an non φθείρεσθαι sequentibus iungi debeat: sicut alibi hoc verbum cum praepositione εἰς vsurpat habente accusatiuum. *H. Stephanus.* Pessime haec disiunguntur. De φθείρεσθαι vide nos ad 333, 6. *Mos. Dus.*

28 ἔνθα δὲ δὴ SGerm.

29 πρῶ-

πλῆθος, τάδε μηχανήσασθαι. πάντας ἐκέλευσε καθίσαι τοὺς συμμάχους μετ' ἀλλήλων ἀναμεμιγμένους, ἰδίᾳ δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ' ἑαυτῶν. εἶτ' ἐκήρυττε τοὺς κεραμεῖς ἀνίστασθαι πρότερον [29]· ὡς δ' ἀνέστησαν οὗτοι, δεύτερον ἐκήρυττε τοὺς χαλκεῖς, εἶτα τέκτονας, ἑξῆς [30] καὶ οἰκοδόμους, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἑκάστην. πάντες οὖν ὀλίγου δεῖν ἀνέστησαν οἱ σύμμαχοι, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὐδείς· ἀπείρητο γὰρ αὐτοῖς τέχνην ἐργάζεσθαι καὶ μανθάνειν βάναυσον. οὕτω δὴ γελάσας ὁ Ἀγησίλαος· Ὁρᾶτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, ὅσῳ πλείονας ὑμῶν στρατιώτας ἐκπέμπομεν ἡμεῖς.

27. Ἐν δὲ Μεγάροις, ὅτε τὴν στρατιὰν [31] ἀπῆγεν ἐκ Θηβῶν, ἀναβαίνοντος αὐτοῦ πρὸς τὸ ἀρχεῖον [32] εἰς τὴν ἀκρόπολιν, σπάσμα καὶ πόνος ἰσχυρὸς [33] ἔλαβε τὸ ὑγιὲς σκέλος· ἐκ δὲ τούτου διογκωθὲν, μεστὸν αἵματος ἔδοξε γεγονέναι [34], καὶ φλεγμονὴν ὑπερβάλλουσαν [35] παρεῖχεν. ἰατροῦ δέ τινος Συρακουσίου [36] τὴν ὑπὸ τῷ σφυρῷ φλέβα

numerum hoc machinatum: Omnes ſocios iuſſit promiſcue conſidere, ſeorſum autem Lacedaemonios ſolos; inde pronunciari, vt figuli primi exſurgerent: vbi hi conſurrexere, mox excitauit fabros aerarios, hinc materiarios, poſt aedificatores, et reliquos per ſingula artificia. Ita cuncti prope ſocii ſurrexerunt, ex Lacedaemoniis nemo: quippe vetitum his fuit, artem exercere et diſcere vilem. Ibi arridens Ageſilaus: Videtis, inquit, ſocii, quanto nos, quam vos, plures milites praebeamus.

Megaris autem, exercitum ex agro Thebano reducens, dum ad curiam in arcem ſcandit, conuulſione et ingenti cruciatu ſanum crus eius correptum eſt, mox intumuit, et ſanguine diſtenſum apparuit, immanemque excitauit inflammationem. Quum medicus quidam Syracuſius venam ei aperuiſſet ſub talo,

29 πρῶτον Vulc.

30 ἐφεξῆς idem.

31 στρατείαν SGerm.

32 πρὸς τὸ ἀρχεῖον] Xen. 337, 12. Ed. Steph. ἐκ τοῦ ἀφροδισίου εἰς τὸ ἀρχεῖον.

33 πόνον ἰσχυρὸν legitur in Iuntina et SGerm.

34 γενέσθαι Vulc.

35 ὑπερβάλλουσαν (ſic) SGerm. ſi recte enotatum eſt.

36 Συῤῥακουσίου idem.

37 λιπο-

σχάσαντος, αἱ μὲν ἀλγηδόνες ἔληξαν, αἵματος δὲ πολλοῦ φερομένου καὶ ῥέοντος ἀνεπισχέτως, λειποψυχία [37] πολλὴ καὶ κίνδυνος ὀξὺς ἀπ' αὐτῆς περιέστη τὸν Ἀγησίλαον. οὐ μὴν ἀλλὰ τότε γε τὴν φορὰν τοῦ αἵματος ἔπαυσε, καὶ κομισθεὶς εἰς Λακεδαίμονα, πολὺν χρόνον ἔσχεν ἀῤῥώστως, καὶ πρὸς τὰς στρατείας ἀδυνάτως. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ συνέβη πταίσματα τοῖς Σπαρτιάταις καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν· ὧν ἦν τὸ περὶ Λεῦκτρα [38] μέγιστον, ὅπου πρῶτον ἐκ παρατάξεως κρατηθέντες ὑπὸ Θηβαίων ἡττήθησαν. ἔδοξεν οὖν πᾶσι θέσθαι

talo, dolores ſedati ſunt, caeterum copioſo manante et prorumpente ſanguine, qui ſiſti nequibat, vehemens animi defectus, et graue inde periculum circumſtetit Ageſilaum. Suppreſſit tandem tamen medicus curſum ſanguinis. Delatus autem Lacedaemonem Ageſilaus, perdiu imbecilla valetudine fuit, nec bello potuit intereſſe. Interea Spartiatae identidem terra marique multas clades perpeſſi ſunt, multo maxime apud Leuctra, vbi primum acie fuſi fugatique a Thebanis ſunt. Igitur omnibus placuit, pacem in vniuer-

37 λιποψυχία SGerm. λειποθυμία Vulcob.

38 περὶ Λεῦκτρα] Alii Codd. habent Τεγύρας, non Λεῦκτρα: multo melius. Λεῦκτρα irrepſit a manu ſcioli cuiuſdam, qui, dum corrigere putabat, corrupit. Id ex ſerie patet: nam haec dicuntur multo ante Leuctricam pugnam, cum Epaminondas adhuc priuatus, et, vt ait, στρατηγίας πεῖραν οὔπω δεδωκώς. (l. 11.) *Palmerius.* Legitur ſane Τεγύρας in Steph. codd. et τέτρας in Vulc. [qui ita dat: ὧν ἦν καὶ τὸ περὶ τέτρας μ.] ſed de his apud Xen. nihil eſt. Leuctris primo omnium *acie* fuſi fugatique ſunt a Thebanis Lacedaemonii, quod vno halitu hac in pugna contigiſſe primum ait Plutarchus. Et laborabat adhuc morbo illo Ageſilaus, cum Leuctris eſt pugnatum; vt ex Xen. patet, 349, 25. De Epaminonda quod hic a viro doctiſſ. affertur, cum perierit eius vita a noſtro ſcripta, taceatque de ea Legatione Xen. diluere non poſſum. Sed legatio illa, et belli aduerſus Thebanos indictio, XX. tantum ante Leuctricam pugnam diebus cum facta ſint, (p. ſeq. l. vlt.) ea ipſa ſunt, quae a Xen. (p. 345. et duabus ſeqq.) narrantur. *Moſes Duſoul.* In SGerm. eſt Λεύκτραν.

πρὸς πάντας εἰρήνην· καὶ συνῆλθον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος πρέσβεις εἰς Λακεδαίμονα ποιησόμενοι τὰς διαλύσεις. ὧν εἷς ἦν Ἐπαμεινώνδας [39], ἀνὴρ ἔνδοξος ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ, στρατηγίας δὲ πεῖραν οὔπω δεδωκώς. οὗτος ὁρῶν τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑποκατακλινομένους τῷ Ἀγησιλάῳ, μόνος ἐχρήσατο φρονήματι παῤῥησίαν ἔχοντι, καὶ διεξῆλθε λόγον, οὐχ ὑπὲρ Θηβαίων, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ὁμοῦ κοινόν [40]· τὸν μὲν πόλεμον ἀποδεικνύων αὔξοντα τὴν Σπάρτην, ἐξ ὧν ἅπαντες οἱ λοιποὶ κακῶς πάσχουσι, τὴν δ' εἰρήνην ἰσότητι καὶ τῷ δικαίῳ κτᾶσθαι κελεύων· οὕτω γὰρ ἂν αὐτὴν διαμένειν, ἴσων ἁπάντων γενομένων.

28. Ὁρῶν οὖν ὁ Ἀγησίλαος ὑπερφυῶς ἀγαμένους καὶ προσέχοντας αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας, ἠρώτησεν, εἰ νομίζοι δίκαιον εἶναι καὶ ἴσον, αὐτονομεῖσθαι τὴν Βοιωτίαν. ἀντερωτήσαντος δὲ τοῦ Ἐπαμεινώνδου ταχὺ καὶ τεθαῤῥηκότως, εἰ κἀκεῖνος οἴεται δίκαιον εἶναι αὐτονομεῖσθαι τὴν Λακωνικὴν [41],

vniuerſum componere, ac legati ex Graecia Lacedaemonem conuenere ad foedus faciundum: inter quos Epaminondas fuit, vir eruditione et ſapientiae ſtudio clarus, verum armorum nondum dederat documentum. Hic omnes cernens Ageſilao ſe venditantes, ſolus grauitatem cum dicendi libertate retinuit, habuitque orationem non pro ſolis Thebanis, ſed pro tota Graecia communem, demonſtrans, bello increuiſſe Spartam, vnde reliqui erant afflicti cuncti; pacem conſuluit aequabilitate et iure vt componerent, ita demum fore eam conſtantem, ſi pares omnes eſſent.

Cui quum omnes Graecos Ageſilaus aduerteret mirifice aſſentiri et aures praebere, percunctatus eum eſt, verumne et aequum duceret, Boeotiam immunem ſuis legibus eſſe. Vbi eum inuicem Epaminondas promte et confidenter rogauit, numne et ipſe cenſere taequum, Laconiam immunem ſuis legibus eſſe, exſi-

39 Ἐπαμεινώνδας] In Fl. Ed. ſemper Ἐπαμινώνδας.

40 Poſt κοινὸν in nonnullis exempl. interiecta inueniuntur haec verba: καὶ πρὸς τὴν Ἑλλάδα. H. Stephanus.

41 τὴν Λακωνικὴν] In quibuſdam ſcriptum eſt τοὺς Ἕλληνας. H. Stephanus. Sic dat Vulc.

42 ἀφ-

ἀναπηδήσας ὁ Ἀγησίλαος μετ' ὀργῆς, ἐκέλευσε λέγειν σαφῶς αὐτὸν, εἰ τὴν Βοιωτίαν ἀφίησιν [42] αὐτόνομον. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο πάλιν τοῦ Ἐπαμεινώνδου φήσαντος, εἰ τὴν Λακωνικὴν ἀφίησιν αὐτόνομον, οὕτω τραχέως ἔσχεν ὁ Ἀγησίλαος, καὶ τὴν πρόφασιν ἠγάπησεν, ὡς εὐθὺς ἐξαλεῖψαι τὸ τῶν Θηβαίων ὄνομα τῆς εἰρήνης, καὶ προειπεῖν [43] πόλεμον αὐτοῖς· τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας διαλλαγέντας ἐκέλευσεν ἀπιέναι, τὰ μὲν ἀκεστὰ τῆς εἰρήνης, τὰ δ' ἀνήκεστα τοῦ πολέμου ποιοῦντας. ἔργον [44] γὰρ ἦν πάσας ἐκκαθᾶραι [45] καὶ διαλύσαι τὰς ἀμφιλογίας [46]. ἔτυχε δὲ [47] κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν Φωκεῦσιν ὢν ὁ Κλεόμβροτος μετὰ δυνάμεως. εὐθὺς οὖν ἔπεμπον οἱ ἔφοροι κελεύοντες αὐτὸν ἐπὶ Θηβαίους ἄγειν τὸ στράτευμα· καὶ τοὺς συμμάχους περιπέμποντες ἤθροιζον, ἀπροθύμους μὲν ὄντας καὶ βαρυνομένους τὸν πόλεμον, οὔπω δὲ θαῤῥοῦντας ἀντιλέγειν, οὐδ' ἀπειθεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις. πολλῶν δὲ σημείων μοχθηρῶν γενομένων, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἐπαμεινών-

exſiliens cum ſtomacho Ageſilaus, iuſſit expromere eum diſerte, ecquid Boeotiam liberam relinqueret. Quum idem inuicem requiſiſſet Epaminondas, ecquid Laconiam dimitteret liberam: vſque adeo eſt exacerbatus Ageſilaus, vt, hac arrepta anſa, confeſtim Thebanorum nomen expungeret ex foedere, indiceretque iis bellum. Caeteros Graecos, icto foedere, domum iuſſit redire, et quae emendari poterant, paci, incurabilia delegare bello, quando omnes exſcindere et dirimere controuerſias operoſum erat. Ad Cleombrotum autem, qui forte id temporis agebat cum exercitu in Phocide, propere mittunt Ephori cum mandatis, exercitum in Thebanos duceret: circummiſſiſque legatis, ſociorum delectum habuere. Erant ſegnes illi quidem atque a bello abhorrebant, nondum audebant tamen recuſare, vel obluctari Lacedaemoniis. Quum crebro tetra prodigia eſſent facta, ſicut in Epaminondae hiſtoria demonſtra-

42 ἀφιᾶσιν Vulc.
43 προσειπεῖν idem.
44 ποιοῦντας. ἔργον] Forſan ποιοῦντας ἔργον. οὐ γὰρ.
45 ἐκκαθῆναι (ſic) Vulcob.
46 ἀμφιβολίας idem.
47 poſt δὲ Vulc. inſerit καὶ.

δȣ γέγραπται, καὶ Προθόȣ τȣ̃ Λάκωνος ἐναντιȣμένȣ πρὸς τὴν ϛρατείαν, ȣ̓κ ἀνῆκεν ὁ Ἀγησίλαος, ἀλλ' ἐξέπραξε τὸν πόλεμον, ἐλπίζων αὐτοῖς μὲν, αὐτονόμȣ τῆς Ἑλλάδος ὅλης ὑπαρχȣ́σης, ἐκσπόνδων δὲ τῶν Θηβαίων γενομένων [48], καιρὸν εἶναι δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν. δηλοῖ δὲ τὸ σὺν ὀργῇ μᾶλλον, ἢ λογισμῷ, γενέσθαι τὴν ϛρατείαν ἐκείνην ὁ καιρός. τῇ γὰρ τετράδι ἐπὶ δέκα τȣ̃ Σκιροφοριῶνος μηνὸς ἐποιήσαντο τὰς σπονδὰς ἐν Λακεδαίμονι, τῇ δὲ πέμπτῃ τȣ̃ Ἑκατομβαιῶνος ἡττήθησαν ἐν Λεύκτροις, ἡμερῶν εἴκοσι διαγενομένων. ἀπέθανον δὲ χίλιοι Λακεδαιμονίων, καὶ Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ κράτιϛοι τῶν Σπαρτιατῶν. ἐν οἷς καὶ Κλεώνυμόν φασι τὸν Σφοδρίȣ, τὸν καλὸν, τρὶς πεσόντα [49] πρὸ τȣ̃ βασιλέως, καὶ τοσαυτάκις ἐξαναϛάντα, καὶ μαχόμενον τοῖς Θηβαίοις, ἀποθανεῖν.

29. Συμβάντος δὲ τοῖς τε Λακεδαιμονίοις πταίσματος ἀπροσδοκήτȣ, καὶ τοῖς Θηβαίοις πρὸς δόξαν εὐτυχήματος, οἷον ȣ̓ γέγονεν ἄλλοις Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας ἀγωνισαμένοις, ȣ̓δὲν ἂν τις ἧττον ἐζήλωσε τῆς ἀρετῆς καὶ

monſtrauimus, et Prothous Lacon huic expeditioni aduerſaretur; non remiſit Ageſilaus tamen, ſed, vt bellum decerneretur, effecit, ſperans, quum ipſi vniuerſam haberent immunem et liberam Graeciam, ex foedere autem exemti Thebani eſſent, locum expetendi ab iis poenas eſſe. Bellum illud plus ira conſultrice fuiſſe, quam ratione, ſuſceptum temporum articuli indicant. Siquidem de die quartadecima menſis Scirophorionis pactum Lacedaemone foedus eſt, Hecatombaeonis quinta, dierum internallo viginti, apud Leuctra caeſi ſunt: vbi mille Lacedaemonii cecidere, et rex Cleombrotus, circaque eum Spartiatarum fortiſſimi quique. In quibus Cleonymum Sphodriae aiunt illum formoſum, quum ter ante regis pedes concidiſſet, totiesque erexiſſet ſe, cum Thebanis pugnantem occubuiſſe.

Hac ictis inexſpectata clade Lacedaemoniis, et Thebanis ſecunda ad gloriam fortuna vſis, qualis certantibus contra Graecos Graecis nulla obtigerat alia, nihilo minus commendares et admi-

48 γεγονότων idem. 49 περιπεσόντα SGerm.

ἠγάσθη τὴν ἡττημένην πόλιν, ἢ τὴν νικῶσαν. ὁ μὲν γὰρ Ξενοφῶν φησι [50], τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔχειν τι καὶ τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς καὶ διατριβὰς ἀξιομνημόνευτον· ὀρθῶς λέγων. ἔστι δ᾽ οὐχ ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἄξιον κατανοεῖν καὶ θεᾶσθαι τῶν ἀγαθῶν, ἃ παρὰ τὰς τύχας πράττουσι καὶ λέγουσι διευσχημονοῦντες. ἔτυχε μὲν γὰρ ἡ πόλις ἑορτὴν ἄγουσα, καὶ ξένων οὖσα μεστή. γυμνοπαιδιαὶ γὰρ ἦσαν ἀγωνιζομένων χορῶν ἐν τῷ θεάτρῳ· παρῆσαν δ᾽ ἀπὸ Λεύκτρων οἱ τὴν συμφορὰν ἀπαγγέλλοντες. οἱ δ᾽ ἔφοροι, καίπερ εὐθὺς ὄντος καταφανοῦς, ὅτι διέφθαρται τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολωλέκασιν, οὔτε χορὸν ἐξελθεῖν εἴασαν, οὔτε τὸ σχῆμα τῆς ἑορτῆς μεταβαλεῖν τὴν πόλιν· ἀλλὰ κατ᾽ οἰκίαν τῶν τεθνεώτων τοῖς προσήκουσι τὰ ὀνόματα πέμψαντες, αὐτοὶ τὰ περὶ τὴν θέαν καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν χορῶν ἔπραττον. ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ φανερῶν ἤδη γεγονότων πᾶσι τῶν τε σωζομένων καὶ τῶν τεθνεώτων, οἱ μὲν τῶν τεθνεώτων πατέρες καὶ κηδεσταὶ καὶ οἰκεῖοι καταβαίνοντες εἰς ἀγορὰν, ἀλλήλους ἐδε-

admirareris victae ciuitatis, quam victricis, virtutem. Quippe habere Xenophon ait bonorum virorum vel per vinum et ludum missas voces iocosque aliquid memoratu dignum; et recte dicit. Est vero non minus, immo magis operae pretium, contemplari et perpendere bonorum virorum in dictis et factis, reflante fortuna, decoram constantiam. Forte festum diem agitabat ea ciuitas, et peregrinis referta erat. Nam ludi gymnici edebantur certantibus in theatro choris, quum ex Leuctris nuncii cladis adfuerunt. Ibi Ephori, quamuis illico perspicuum foret, actum de summa rerum, et amissum esse imperium, neque egredi chorum permisere, neque formam immutari a ciuitate festi: verum missis domum caesorum ad propinquos nominibus, ipsi ludos et certamen chororum curauerunt. Postridie mane, quum iam omnibus constaret, qui incolumes essent, et qui occubuissent, defunctorum genitores, affines et propinqui in forum descendere, consalutantes inter

50 ὁ μὲν γὰρ Ξενοφῶν φησι] inscribitur. *Xylander*. Initio Principio libelli, qui *Symposium* Sympofii. *Moses Dusoul.*

ξιῦντο λιπαροὶ τὰ πρόσωπα [51], φρονήματος μεστοὶ καὶ γήθους [52]. οἱ δὲ τῶν σωζομένων ὥσπερ ἐπὶ πένθει, μετὰ τῶν γυναικῶν οἴκοι διέτριβον. εἰ δέ τις ὑπ' ἀνάγκης προέλθοι, καὶ σχήματι καὶ φωνῇ καὶ βλέμματι ταπεινὸς ἐφαίνετο καὶ συνεσταλμένος. ἔτι δὲ μᾶλλον τῶν γυναικῶν ἰδεῖν ἦν καὶ πυθέσθαι, τὴν μὲν ζῶντα προσδεχομένην υἱὸν ἀπὸ τῆς μάχης, κατηφῆ καὶ σιωπηλήν· τὰς δὲ τῶν πεπτωκέναι λεγομένων, ἔν τε τοῖς ἱεροῖς εὐθὺς ἀναστρεφομένας, καὶ πρὸς ἀλλήλας ἱλαρῶς καὶ φιλοτίμως βαδιζούσας.

30. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς, ὡς ἀφίσταντο μὲν οἱ σύμμαχοι, προσεδοκᾶτο δὲ νενικηκὼς Ἐπαμεινώνδας καὶ μεγαλοφρονῶν [53] ἐμβαλεῖν εἰς Πελοπόννησον, ἔννοια τῶν χρησμῶν ἐνέπεσε τότε, πρὸς τὴν χωλότητα τοῦ Ἀγησιλάου, καὶ δυσθυμία πολλὴ, καὶ πτοία πρὸς τὸ θεῖον, ὡς διὰ τοῦτο πραττούσης κακῶς τῆς πόλεως, ὅτι τὸν ὀρτί-

inter ſe vultu exporrecto, animoque erecto et hilari: ſuperſtitum vero neceſſarii, ſicut in luctu, cum foeminis domi ſe continuerunt. Si quem neceſſitas in publicum ſubigeret prodire, eum et habitu et voce et obtutu demiſſum videres contractumque. Multo magis inter mulieres cernere et audire erat hanc, quae ſaluum filium ex proelio exſpectabat, moeſtam et tacitam: illas vero, quarum periiſſe dicebantur liberi, publice in ſacris aedibus verſantes, hilariterque ſe mutuo et celſo animo inuiſentes.

Verum enimuero plebi, vt ſocii deſciuere, victorque Epaminondas et ſucceſſu ſublatus inuaſurus exſpectabatur Peloponneſum, oracula recurrerunt in mentem de Ageſilai claudıtate, atque ingens perculit eam moeſtitia religioque, quaſi reſpub. ideo afflicta eſſet, quod rectum

51 λιπαροὶ τὰ πρόσωπα] Legitur etiam λιπαροὶ τά τε σώματα καὶ τὰ πρόσωπα. Sed haec verba minime addenda cenſeo. *H. Stephanus.*

52 γήθους] Vox inſolentior: ſed hoc noſter amat. Meretur tamen ſcriptura Vulc. Cod. in quo ἤθους pro ea legitur, virorum doctorum animaduerſionem. Vide IV. 104, 15. περίμεστον ἤθους. *Moſes Duſoul.*

53 μεγαλοφρονεῖν SGerm.

54 καὶ

ποδα τῆς βασιλείας ἐκβαλόντες, εἵλοντο χωλὸν καὶ πεπηρωμένον· ὃ παντὸς μᾶλλον αὐτοὺς ἐδίδασκε φράζεσθαι καὶ φυλάττεσθαι τὸ δαιμόνιον. διὰ δὲ τὴν ἄλλην δύναμιν αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν [54] καὶ δόξαν οὐ μόνον ἐχρῶντο βασιλεῖ καὶ στρατηγῷ [τῶν] κατὰ πόλεμον, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν ἀποριῶν ἰατρῷ καὶ διαιτητῇ, τοῖς ἐν τῇ μάχῃ καταδειλιάσασιν, οὓς αὐτοὶ τρέσαντας ὀνομάζουσιν, ὀκνοῦντες τὰς ἐκ τῶν νόμων ἀτιμίας [55] προσάγειν, πολλοῖς οὖσι καὶ δυνατοῖς, φοβούμενοι νεωτερισμὸν ἀπ᾽ αὐτῶν. οὐ γὰρ μόνον ἀρχῆς ἀπείργονται πάσης, ἀλλὰ καὶ δοῦναί τινι τούτων γυναῖκα καὶ λαβεῖν ἄδοξόν ἐστι. παίει δὲ ὁ βουλόμενος αὐτοὺς τῶν ἐντυγχανόντων· οἱ δὲ καρτεροῦσι περιϊόντες αὐχμηροὶ καὶ ταπεινοὶ, τρίβωνάς τε προσερραμμένους χρώματος βαπτοῦ φοροῦσι, καὶ ξυρῶνται μέρος τῆς ὑπήνης, μέρος δὲ τρέφουσι. δεινὸν οὖν ἦν τοιούτους ἐν τῇ πόλει περιορᾶν πολλοὺς, οὐκ ὀλίγων δεομένη [56] στρατιωτῶν. καὶ νομοθέτην αἱροῦνται τὸν Ἀγησίλαον. ὁ δὲ μήτε προσθεὶς

rectum regno deiecissent, claudum vero luxatumque legissent: quod deus ipsos inprimis erudierat perpendere et deuitare. Verum propter opes eius alias virtutemque et nomen, non modo rege et imperatore in re bellica, verum etiam ciuilium difficultatum vsi eo sunt medico et arbitro: quum dubitarent, illis, qui ex acie fugerant, quos Laconica voce trepidantes denotante appellant, quod multi et potentes forent, veriti, ne quid nouarent, legitimas inurere ignominias. Non tantum enim omnibus arcentur honoribus, sed et vxorem illorum alicui collocare, aut accipere probrosum est ab illo. Pulsandi eos quiuis, qui in eos inciderit, ius habet. Illi vero tolerant squallidi et demissi, circummeantes in laenis pannosis colore infectis. Barbam in mento partim radunt, partim promittunt. Tales proiicere multos in ciuitate, quae non paucos quaereret milites, graue erat. Ita legislatorem Agesilaum creant. Ille nulla litera, nec adie-

54 καὶ τὴν ἀρετὴν Vulcob.

55 ἀτιμίας] H. Steph. Cod. αἰτίας: vnde αἰκίας scriptum fuisse arbitror. *Moses Dusoul.*

56 δεομένους] Lege, cum Vulcob. δεομένη: vt referatur ad πόλει. *Moses Dusoul.*

57 πο-

τι, μήτ' ἀφελὼν, μήτε μεταγράψας, εἰσῆλθεν εἰς τὸ πλῆθος τῶν Λακεδαιμονίων· καὶ φήσας, ὅτι τοὺς νόμους δεῖ σήμερον ἐᾶν καθεύδειν, ἐκ δὲ τῆς σήμερον ἡμέρας κυρίους εἶναι πρὸς τὸ λοιπὸν, ἅμα τούς τε νόμους τῇ πόλει καὶ τοὺς ἄνδρας ἐπιτίμους ἐφύλαξε. βουλόμενος οὖν τὴν παροῦσαν ἀθυμίαν καὶ κατήφειαν ἀφελεῖν τῶν νέων, ἐνέβαλεν εἰς Ἀρκαδίαν, καὶ μάχην μὲν ἰσχυρῶς ἐφυλάξατο συνάψαι τοῖς ἐναντίοις [57], ἑλὼν δὲ πολίχνην [58] τινὰ τῶν Μαντινέων, καὶ τὴν χώραν ἐπιδραμὼν, ἐλαφροτέραν ἐποίησε ταῖς ἐλπίσι καὶ ἡδίω τὴν πόλιν, ὡς οὐ παντάπασιν ἀπεγνωσμένην.

31. Ἐκ δὲ τούτου παρῆν εἰς τὴν Λακωνικὴν ὁ Ἐπαμεινώνδας μετὰ τῶν συμμάχων, οὐκ ἐλάττονας ἔχων τετρακισμυρίων ὁπλιτῶν. πολλοὶ δὲ καὶ ψιλοὶ [59] καὶ ἄοπλοι [60] πρὸς ἁρπαγὴν συνηκολούθουν· ὥστε μυριάδας ἑπτὰ τοῦ σύμπαντος ὄχλου συνεισβαλεῖν [61] εἰς τὴν Λακωνικήν. ἦν μὲν δὴ χρόνος οὐκ ἐλάττων ἐτῶν ἑξακοσίων, ἀφ' οὗ κα-

adiecta, nec detracta, nec correcta, in concionem Lacedaemoniorum progreſſus, ſinendum ait leges illo die dormire, atque ex eo vim ſuam recipere in poſterum. Itaque ſimul et ciuitati leges, et ciuibus illis conſeruauit famam. Cum autem cuperet praeſentem conſternationem et moeſtitiam iuuentuti detrahere, incurſauit Arcadiam. Signa quidem enixe declinauit conferre cum hoſtibus: ſed oppidulum quoddam Mantineorum cepit, fineſque depopulatus, erectiorem ſpe ac laetiorem reddidit ciuitatem, quaſi non vndequaque deploratam.

Sub haec irrupit Epaminondas cum ſociis in Laconiam. Habebat ſub ſignis armatos non minus quadraginta millia, frequentes etiam leuium armorum et inermes praedandi cauſa ſequebantur caſtra, vt vniuerſum agmen, quod inuaſit in Laconiam, millia ſeptuaginta efficeret. Spatium erat autem non minus ſexcentorum annorum, quo Lace-

57 πολεμίοις Vulc.

58 πολίχνην] Huius vrbeculae nomen fuit Εὐταία, vt ex Xen. diſco, Lib. VI. (p. 353, 9.) *Palmerius.*

59 φίλοι Vulc.

60 ἄνοπλοι SGerm.

61 pro συνεισβαλεῖν Vulc. dat καὶ καταβαίνειν.

62 τὰς

τῴκουν τὴν Λακεδαίμονα Δωριεῖς. ἐν δὲ τούτῳ ἅπαντι, τότε πρῶτον ὤφθησαν ἐν τῇ χώρᾳ πολέμιοι, πρότερον δ' οὐδεὶς ἐτόλμησεν· ἀλλ' ἀδῄωτον καὶ ἄθικτον οὖσαν ἐμβαλόντες ἐπυρπόλουν καὶ διήρπαζον ἄχρι τοῦ ποταμοῦ, [καὶ] τῆς πόλεως μηδενὸς ἐπεξιόντος. ὁ γὰρ Ἀγησίλαος οὐκ εἴα πρὸς τοσοῦτον, ὥς φησι Θεόπομπος, ῥεῦμα καὶ κλύδωνα πολέμου μάχεσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους [62], ἀλλὰ τὰ μέσα τῆς πόλεως [63] καὶ κυριώτατα τοῖς ὁπλίταις περιεσπειραμένος, ἐκαρτέρει τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰς μεγαλαυχίας τῶν Θηβαίων, προκαλουμένων ἐκεῖνον ὀνομαστὶ, καὶ διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρας κελευόντων, ὃς τῶν κακῶν αἴτιός ἐστιν, ἐκκαύσας τὸν πόλεμον. οὐχ ἧττον δὲ τούτων ἐλύπουν τὸν Ἀγησίλαον οἱ κατὰ τὴν πόλιν θόρυβοι καὶ κραυγαὶ καὶ διαδρομαὶ τῶν πρεσβυτέρων δυσανασχετούντων τὰ γινόμενα, καὶ τῶν γυναικῶν οὐ δυναμένων ἡσυχάζειν, ἀλλὰ παντάπασιν ἐκφρόνων οὐσῶν πρός τε τὴν κραυγὴν καὶ τὸ πῦρ τῶν πολεμίων. ἠνία δὲ καὶ τὸ τῆς

Lacedaemonem Dorii tenuerant. Toto hoc interuallo hoſtis tum primum eſt in finibus eorum conſpectus. Ante auſus id fuerat nemo, ſed integros atque intactos incurſantes igne populationibuſque vſque ad Eurotam et vrbem foedauere, neque arma contra tulit quiſquam. Neque enim permiſit Ageſilaus cum tantis (vt Theopompus tradidit) belli fluctibus et vndis Lacedaemonios luctari: verum media ac praecipua vrbis loca armis ſtipauit, Thebanorumque minas et iactantiam tulit, nominatim ſe, ſicut facem belli et horum auctorem malorum, laceſſentium, ac de ſolo iubentium decernere. Nec minus, quam haec, obtundebant Ageſilaum vrbani tumultus, clamores et diſcurſus, quum ſenes aeſtuarent praeſenti fortuna, nec conquieſcere foeminae poſſent, ſed prorſus amentes ad clamores et incendium hoſtile circumferrentur. Mordebat inſuper eum gloriae ſuae macula,

62 τοὺς Λακεδαιμονίους] Adde ex Polyaeno ad hiſtoriae complementum: καὶ λογοποιοὺς καθῆκεν, ὡς ἄρα χρησμὸς εἴη, τοὺς προτέρους τὸν ποταμὸν διαβάντας ἡττᾶσθαι. *Palmerius.*

63 ἀλλὰ τῆς πόλεως τὰ μέσα SGerm.

64 αὐ-

δόξης αὐτὸν, ὅτι τὴν πόλιν μεγίστην παραλαβὼν καὶ δυνατωτάτην, ἑώρα συνεσταλμένον αὐτῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ καύχημα [64] κεκολουμένον, ᾧ καὶ αὐτὸς ἐχρήσατο πολλάκις, εἰπὼν, ὅτι γυνὴ Λάκαινα καπνὸν οὐχ ἑώρακε πολέμιον. λέγεται δὲ καὶ Ἀνταλκίδας [65], Ἀθηναίου τινὸς ἀμφισβητοῦντος ὑπὲρ ἀνδρείας [66] πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντος· Ἡμεῖς μέντοι πολλάκις ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ Κηφισοῦ ἐδιώξαμεν· ὑποτυχεῖν [67]· Ἀλλ' ἡμεῖς [68] γ' οὐδέποτε ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα. παραπλησίως δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀργεῖον ἀπεκρίνατο τῶν ἀσημοτέρων τις Σπαρτιατῶν. ὁ μὲν γὰρ εἶπε· Πολλοὶ ὑμῶν ἐν τῇ Ἀργολίδι κεῖνται· ὁ δ' ἀπήντησεν· Ὑμῶν δέ γ' οὐδεὶς ἐν τῇ Λακωνικῇ.

32. Ἔνιοι μέντοι τὸν [69] Ἀνταλκίδαν φασὶν ἔφορον ὄντα τοὺς παῖδας εἰς Κύθηρα ὑπεκθέσθαι [70], περίφοβον γενόμενον. ὁ δ' Ἀγησίλαος, ἐπιχειρούντων διαβαίνειν τὸν ποταμὸν τῶν πολεμίων, καὶ βιάζεσθαι πρὸς τὴν πόλιν,

macula, quod, quam ciuitatem acceperat maximam et potentissimam, eius adspiceret contractam dignationem, eamque magniloquentiam repressam, qua ipse quoque vsus fuerat subiude, quum gloriaretur, foeminam Lacaenam fumum non vidisse hostilem. Fertur Antalcidas quoque Atheniensi cuidam, de virtute secum ambigenti, quum dixisset ille: Atqui nos saepe a Cephiso vos fugauimus: occurrisse: Nos vero ab Eurota vos nunquam. Argiuo item respondit quidam ex obscurioribus Spartiatis, quum ille dixisset: Multi in Argolide vestrates iacent: At vestras in Laconia iacet nemo.

Tunc autem Antalcidam, qui Ephorus erat, fama est, liberos prae metu clam in Cytheram deportasse. At Agesilaus, quum aggrederentur amnem transmittere hostes, atque ad vrbem perrumpere, desertis

64 αὔχημα SGerm.
65 Ἀνταλκιάδας idem.
66 ἀνδρίας idem.
67 ὑπὸ τύχην Vulc.
68 ὑμεῖς, et paulo post ἡμᾶς pro ὑμᾶς, SGerm.

69 ἔνιοι μὲν τὸν Iunt. τότε μὲν τὸν Ald. τότε μέντοι τὸν SGerm.

70 ὑπεκθέσθαι] Legitur etiam ὑπεκπέμψαι. *H. Stephanus.* Ita Vulcob.

71 Post

ἐκλιπὼν τὰ λοιπὰ, παρετάξατο πρὸ τῶν μέσων καὶ ὑψηλῶν. ἐῤῥύη δὲ πλεῖστος ἑαυτοῦ καὶ μέγιστος τότε ὁ Εὐρώτας, χιόνων γενομένων· καὶ τὸ ῥεῦμα μᾶλλον ὑπὸ ψυχρότητος, ἢ τραχύτητος, ἐγίνετο σκληρὸν καὶ χαλεπὸν τοῖς Θηβαίοις. πορευόμενον δὲ πρῶτον τῆς φάλαγγος τὸν Ἐπαμεινώνδαν [71] ἐδείκνυσάν τινες τῷ Ἀγησιλάῳ· κἀκεῖνος, ὡς λέγεται, πολὺν χρόνον ἐμβλέψας αὐτῷ, καὶ συμπαραπέμψας τὴν ὄψιν, οὐδὲν, ἢ τοσοῦτον μόνον, εἶπεν· Ὦ τοῦ μεγαλοπράγμονος ἀνθρώπου. ἐπεὶ δὲ φιλοτιμούμενος ὁ Ἐπαμινώνδας ἐν τῇ πόλει μάχην συνάψαι καὶ στῆσαι τρόπαιον, οὐκ ἴσχυσεν ἐξαγαγεῖν, οὐδὲ προκαλέσασθαι τὸν Ἀγησίλαον, ἐκεῖνος μὲν ἀναζεύξας, πάλιν ἐπόρθει τὴν χώραν· ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῶν πάλαι τινὲς ὑπούλων καὶ πονηρῶν, ὡς διακόσιοι, συστραφέντες, κατελάβοντο τὸ Ἰσσώριον, οὗ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν, εὐερκῆ καὶ δυσεκβίαστον τόπον. ἐφ᾽ οὓς βουλομένων εὐθὺς ὠθεῖσθαι τῶν Λακεδαιμονίων, φοβηθεὶς τὸν νεωτερισμὸν ὁ Ἀγησίλαος, ἐκέλευσε τοὺς μὲν ἄλλους ἡσυχίαν ἄγειν·

desertis caeteris partibus pro mediis et editioribus instruxit aciem. Eurotas tunc ob praecedentes niues longe copiosissimam vim aquae vehebat, vndaque Thebanis ex gelu, quam ex asperitate, molestior duriorque erat transitu. Incedentem in prima acie ostenderunt quidam Epaminondam Agesilao, qui (vt fama tenet) perdiu illum intuitus, aciemque ab eo nusquam deflectens, hoc vnum dixit: O hominem magnificum! Quum contenderet autem in vrbe Epaminondas pugnam conserere et tropaeum excitare, non valuit elicere, neque excitare Agesilaum. Itaque mouit retro ab vrbe exercitum, et agrum depopulatus est. Lacedaemone vero quidam, iampridem prauos subdolosque animos gerentes, ad ducentos, globo facto, occupant Hissorium, (Dianae id templum est) munitum et difficilem expugnatu locum. In quos irruere quum extemplo Lacedaemonii vellent, veritus Agesilaus seditionem, imperat reliquis, vt quiescant. Ipse

71 Post Ἐπαμεινώνδαν adiectum est in quibusdam διὰ τοῦ Εὐρώτα: sed hoc satis intelligitur, etiamsi non addatur. *H. Steph.*

72 τῶν

αὐτὸς δ' ἐν ἱματίῳ καὶ μεθ' ἑνὸς οἰκέτου προσῄει βοῶν, ἄλλως ἀκηκοέναι τοῦ προστάγματος αὐτούς· οὐ γὰρ ἐνταῦθα κελεῦσαι συνελθεῖν, οὐδὲ πάντας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐκεῖ (δείξας ἕτερον τόπον) τοὺς δ' ἀλλαχόσε τῆς πόλεως. οἱ δ' ἀκούσαντες ἥσθησαν, οἰόμενοι λανθάνειν· καὶ διαστάντες ἐπὶ τοὺς τόπους, οὓς ἐκεῖνος ἐκέλευσεν, ἀπεχώρουν. ὁ δὲ τὸ μὲν Ἰσσώριον εὐθὺς μεταπεμψάμενος ἑτέρους κατέσχε· τῶν δὲ συστάντων ἐκείνων περὶ πεντεκαίδεκα τινὰς συλλαβὼν, νυκτὸς ἀπέκτεινεν. ἄλλη δὲ μείζων ἐμηνύθη συνωμοσία καὶ σύνοδος ἀνδρῶν Σπαρτιατῶν, ἐπὶ πράγμασι νεωτέροις εἰς οἰκίαν κρύφα συνερχομένων· οὓς καὶ κρίνειν ἄπορον ἦν ἐν ταραχῇ τοσαύτῃ, καὶ περιορᾶν ἐπιβουλεύοντας. ἀπέκτεινεν οὖν καὶ τούτους μετὰ τῶν ἐφόρων βουλευσάμενος ὁ Ἀγησίλαος ἀκρίτους, οὐδενὸς δίχα δίκης τεθανατωμένου πρότερον Σπαρτιατῶν. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῶν τεταγμένων [72] εἰς τὰ ὅπλα περιοίκων καὶ εἱλώτων ἀπεδίδρασκον ἐκ τῆς πόλεως πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ τοῦτο πλείστην ἀθυμίαν παρεῖχεν, ἐδίδαξε τοὺς ὑπηρέτας περὶ ὄρθρον ἐπιφοιτᾶν ταῖς στιβάσι, καὶ τὰ ὅπλα τῶν ἀποκε-

Ipſe pallio amictus et vno comitatus ſeruo accedit clamans, ſecus eos edictum accepiſſe. Neque enim huc coire, neque omnes, ſe iuſſiſſe, ſed partim illuc, oſtendens alium locum, partim aliam in partem Vrbis. Quo audito, laeti iſti ſuumque facinus latere rati, diſtracti ad loca, quae ille demonſtrauerat, diſcedunt. Hiſſorio Ageſilaus illico accitos alios impoſuit. Ex illis, qui conſpirauerant, ad quindecim corripuit et nocte necauit. Maior inde detecta coniuratio, et conciliabulum ciuium Spartiatarum ad res nouandas clam in certas aedes coëuntium, quod et iudicio perſequi tanto in motu, et conuiuere inſidiantibus anceps erat. Quare deliberatione cum Ephoris habita, Ageſilaus et hos quoque indicta cauſa occidit, quum ſupplicium de Spartiate ante eam diem, niſi audito, nullo ſumtum fuiſſet. Quia vero multi accolae et Ilotae, quos centuriauerant in ordines militares, ex vrbe tranſfugiebant ad hoſtes, quod quidem conſternationis magnae erat cauſa: apparitoribus ſuis praecepit, vt toros diluculo adirent, atque arma eorum,

72 τῶν συντεταγμένων Vulc.

χωρηκότων λαμβάνειν καὶ ἀποκρύπτειν, ὅπως ἀγνοῆται τὸ πλῆθος. ἀναχωρῆσαι δὲ τοὺς Θηβαίους ἐκ τῆς Λακωνικῆς οἱ μὲν ἄλλοι λέγουσι, χειμώνων γενομένων, καὶ τῶν Ἀρκάδων ἀρξαμένων ἀπιέναι καὶ διαῤῥεῖν ἀτάκτως· οἱ δὲ τρεῖς μῆνας ἐμμεμενηκότας ὅλους, καὶ τὰ πλεῖστα τῆς χώρας διαπεπορθηκότας. Θεόπομπος δέ φησιν, ἤδη τῶν Βοιωταρχῶν ἐγνωκότων ἀπαίρειν, ἀφικέσθαι πρὸς αὐτοὺς Φρίξον, ἄνδρα Σπαρτιάτην, παρ' Ἀγησιλάου δέκα τάλαντα κομίζοντα, τῆς ἀναχωρήσεως μισθόν· ὥστε τὰ πάλαι δεδογμένα πράττουσιν αὐτοῖς ἐφόδιον παρὰ τῶν πολεμίων προσπεριγενέσθαι [73].

33. Τοῦτο μὲν οὖν οὐκ οἶδα ὅπως ἠγνόησαν οἱ ἄλλοι, μόνος δὲ Θεόπομπος ᾔσθετο. τοῦ δὲ σωθῆναι τὴν Σπάρτην τότε, πάντες αἴτιον ὁμολογοῦσι γενέσθαι τὸν Ἀγησίλαον, ὅτι τῶν ἐμφύτων αὐτῷ παθῶν, φιλονεικίας καὶ φιλοτιμίας, ἀποστὰς, ἐχρήσατο τοῖς πράγμασιν ἀσφαλῶς. οὐ μέντοι τήν γε δύναμιν καὶ τὴν δόξαν ἐδυνήθη τῆς πόλεως ἀναλαβεῖν ἐκ τοῦ πτώματος [74]· ἀλλ' ὥσπερ σώ-

eorum, qui transfugerant, auferrent, reconderentque, quo numerus in occulto esset. Signa mouisse ex Laconia Thebanos, alii hyeme superueniente compulsos et incipientibus incondite digredi et dilabi Arcadibus asserunt: pars tres solidos menses fuisse illic moratos, finesque paene omnes euastasse. Theopompus auctor est, quum iam Boeotarchae moliri inde constituissent, Phrixum Spartiatem eos adiisse, mercedemque ab Agesilao deportandi exercitus decem talenta attulisse: ita exsequentibus iampridem, quae statuerant, suppeditatum insuper ab hostibus viaticum.

Id ego, haud scio, qua ratione fefellerit alios, solus autem resciuerit Theopompus. Enimuero tunc incolumem stetisse Spartam omnes adscribendum fatentur Agesilao: quod ab insitis sibi vitiis discedens, peruicacia et ambitione, securitati in rebus agendis studuerit. Potentiam tamen atque auctoritatem ciuitatis nequiuit ex illa ruina excitare: sed sicut corporis

73 προσγενέσθαι Vulcob.

74 ἐκ τοῦ πτώματος] Scriptum est in vet. codd. πταίσματος. [ita Vulc. Anon. et SGerm.] Vtitur autem

ματος ὑγιεινοῦ, λίαν δ' ἀκριβεῖ καὶ κατησκημένῃ κεχρημένου διαίτῃ παρὰ πάντα [75] τὸν χρόνον, ἁμαρτία μία καὶ ῥοπὴ τὴν πᾶσαν ἔκλινεν εὐτυχίαν τῆς πόλεως, οὐκ ἀλόγως. πρὸς γὰρ εἰρήνην καὶ ἀρετὴν καὶ ὁμόνοιαν ἄριστα συντεταγμένῳ πολιτεύματι προσάγοντες [76] ἀρχὰς καὶ δυναστείας βιαίους, ὧν οὐδενὸς ἡγεῖτο [77] δεῖσθαι πόλιν εὐδαιμόνως βιωσομένην ὁ Λυκοῦργος, ἐσφάλησαν. αὐτὸς οὖν [78] ὁ Ἀγησίλαος ἤδη πρὸς τὰς στρατείας ἀπειρήκει διὰ τὸ γῆρας· Ἀρχίδαμος δ', ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τὴν ἐκ Σικελίας ἥκουσαν παρὰ τοῦ τυράννου βοήθειαν ἔχων, ἐνίκησεν Ἀρκάδας τὴν λεγομένην ἄδακρυν [79] μάχην. οὐδεὶς γὰρ ἔπεσε τῶν μετ' αὐτοῦ, συχνοὺς δὲ τῶν ἐναντίων ἀνεῖλεν. αὕτη μάλιστα τὴν ἀσθένειαν ἤλεγξεν ἡ νίκη τῆς πόλεως. πρότερον μὲν γὰρ οὕτω σύνηθες ἡγοῦντο καὶ προσῆκον ἔργον αὐτοῖς εἶναι, τὸ νικᾶν τοὺς πολεμίους, ὥστε μήτε θύειν τοῖς θεοῖς, πλὴν ἀλεκτρυόνα νικητήριον ἐν τῇ πόλει, μήτε

poris salubris, quod victu nimium exquisito et exacto est assidue vsum, vnum peccatum et momentum felicitatem ciuitatis totam inclinauit: neque immerito. Siquidem reipub. ad otium, virtutem et concordiam optime institutae quia imperia et potentatus adhibuerant violentos, quorum nullo arbitratus erat opus esse ciuitati ad beatam vitam Lycurgus, collapsi sunt. Porro ipse quidem ob grauem iam aetatem Agesilaus belli munera abdicauerat. Filius eius, Archidamus, accepto ex Sicilia a tyranno auxilio, Arcadas victoria illa appellata incruenta profligauit. Nam nemine de suis desiderato, magnam stragem dedit hostium. Detexit praecipue haec victoria ciuitatis illius imbecillitatem. Ante enim vsque adeo vsitatum ducebant et competens ipsis opus, vincere hostes, vt nec immolarent victoriae causa in vrbe diis, praeterquam gallum gallinaceum, nec gloriarentur milites, nec

exsul-

autem verbo ἔπταισαν infra, [p. 408, 17. edit. Lond.] a quo est nomen illud. *H. Stephanus.*

75 πάντα] Lege, cum Vulc. et Mur. παρὰ πάντα.

76 προσαγαγόντες Vulcob.

77 ἡγεῖται idem.

78 αὐτὸς οὖν] interponit SGerm. μὲν.

79 ἄδακρυ dant Iunt. Ald.

80 Μαν.

μεγαληγορεῖν τοὺς ἀγωνιζομένους, μήτε ὑπερχαίρειν τοὺς πυθομένους. ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Μαντινείᾳ [80] μάχης γινομένης [81], ἣν Θουκυδίδης γέγραφε, τῷ πρώτῳ φράσαντι τὴν νίκην οἱ ἄρχοντες ἐκ φιδιτίου κρέας ἔπεμψαν εὐαγγέλιον, ἄλλο δ' οὐδέν. τότε δὲ τῆς μάχης ἀγγελθείσης [82], καὶ τοῦ Ἀρχιδάμου προσιόντος, οὐδεὶς ἐκαρτέρησεν, ἀλλὰ πρῶτός τε [83] ὁ πατὴρ ἀπήντα [84] δακρύων ὑπὸ χαρᾶς, καὶ μετ' ἐκεῖνον τὰ ἀρχεῖα· τῶν δὲ πρεσβυτέρων καὶ τῶν γυναικῶν τὸ πλῆθος ἐπὶ τὸν ποταμὸν κατῄει, τάς τε χεῖρας ὀρεγόντων καὶ θεοκλυτούντων, ὥσπερ ἀπεωσμένης [85] τὰ παρ' ἀξίαν ὀνείδη τῆς Σπάρτης, καὶ λαμπρὸν αὖθις ἐξ ἀρχῆς τὸ φῶς ὁρώσης. ἐπεὶ πρότερόν γε φασὶν οὐδὲ ταῖς γυναιξὶν ἀντιβλέπειν τοὺς ἄνδρας, αἰσχυνομένους ἐφ' οἷς ἔπταισαν.

34. Οἰκιζομένης δὲ Μεσσήνης ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν, καὶ τῶν ἀρχαίων πολιτῶν πανταχόθεν εἰς αὐτὴν συμπορευομένων [86], διαμάχεσθαι μὲν οὐκ ἐτόλ-

exſultarent, qui audiebant. Immo vero commiſſa ad Mantineam pugna, quam deſcripſit Thucydides, primo victoriae nuncio magiſtratus, quod laeta attuliſſet, carnes ex conuiuio, praeterea nihil miſere. At hoc nunciato conflictu, ad Archidami reditum ſe continuit nemo: ſed primus pater, manantibus gaudio lacrymis obuiam ei proceſſit, et ſecundum illum magiſtratus. Senes mulieresque frequentes ad amnem deſcenderunt, manus ad coelum porrigentes, deoſque cientes, quaſi indignas maculas eluiſſet Sparta, clarumque denuo lumen oculis hauriret: quando ante eam diem referunt nec viros ſuſtinuiſſe vxores ſuas contueri, offenſionum ſuarum rubore.

Quum reſtitueret Epaminondas Meſſenem, confluerentque ad eam vndique veteres ciues, decernere proelio non audebant,

80 Μαντινίᾳ SGerm.
81 γενομένης idem.
82 ἀπαγγελείσης Vulcob.
83 τε omittunt Iunt. et Ald. item SGerm.
84 ὑπήντα Iunt. et Ald.
85 ἀπωσμένης SGerm.
86 συμπορευομένων] Inuenitur in vet. codicibus συνοικιζομένων. [ſic dat Vulcob.] Quod participium huic loco aptiſſimum eſſe videatur: ſed dubitare quiſpiam poſſit, an Plutarchus eo vti vo-

μων, ἐδὲ κωλύειν ἐδύναντο· χαλεπῶς δὲ καὶ βαρέως πρὸς τὸν Ἀγησίλαον εἶχον, ὅτι χώραν, ἔτε πλήθει τῆς Λακωνικῆς ἐλάσσονα, ἀλλὰ καὶ πρωτεύεσαν ἀρετῇ τῆς Ἑλληνικῆς ἔχοντες, καὶ καρπέμενοι χρόνον τοσῦτον, ἐπὶ τῆς ἐκείνε βασιλείας ἀπολωλέκασι. διὸ καὶ προτεινομένην ὑπὸ τῶν Θηβαίων τὴν εἰρήνην ὁ Ἀγησίλαος ἐκ ἐδέξατο. μὴ βελόμενος δὲ τῷ λόγῳ προέσθαι τοῖς ἔργῳ[87] κρατεσι τὴν χώραν, ἀλλὰ φιλονεικῶν, ἐκείνην μὲν ἐκ ἀπέλαβε, μικρε δὲ τὴν Σπάρτην προσαπέβαλε[88] καταστρατηγηθείς. ἐπεὶ γὰρ οἱ Μαντινεῖς αὖθις ἀπέστησαν τῶν Θηβαίων, καὶ μετεπέμποντο τὲς Λακεδαιμονίες, αἰσθόμενος ὁ[89] Ἐπαμεινώνδας τὸν Ἀγησίλαον ἐξεστρατευμένον μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ προσιόντα, λαθὼν τὲς Μαντινεῖς ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ Τεγέας, ἄγων ἐπ' αὐτὴν τὴν Λακεδαίμονα τὸ στράτευμα, καὶ μικρὸν ἐδέησε, παραλλάξας τὸν Ἀγησίλαον, ἔρημον ἐξαίφνης καταλαβεῖν τὴν πόλιν. Εὐθύνε[90] δὲ Θεσπιέως, ὡς Καλλισθένης φησὶν,

debant, neque valebant prohibere. Indignabantur vero, et infensi Agesilao erant, quod regionem, nec amplitudine Laconica angustiorem, et vero etiam longe totius Graeciae felicitate primam, quam tenuerant et tanto vsurpauerant spatio, sub eius regno amisissent. Atque hinc oblatam a Thebanis pacem non accepit Agesilaus. Qui quum permittere verbo agrum illum re obtinentibus nollet, sed de eo altercaretur, cum illum non recepit, tum Lacedaemonem insuper paene amisit arte bellica circumuentus. Postquam enim Mantinei iterum a Thebanis defecerunt et acciuerunt Lacedaemonios, Epaminondas, vbi Agesilaum resciuit cum infesto exercitu ab vrbe profectum accedere, imprudentibus Mantineis, nocte ex Tegea vasis conclamatis, in ipsam mouit Lacedaemonem: ac nihil propius factum est, quam vt praeterlatus alia via Agesilaum vacuam caperet vrbem. Verum quum Euthynus Thespiensis, vt Callisthenes tradit,

vt

luerit, quum tam vicinum sit illius simplex οἰκιζομένης. *H. Stephanus.*

87 ἔργοις Vulc. SGerm.

88 ἀπέβαλε SGerm.

89 ὁ deest Iuntinae Aldinaeque, item SGerm.

90 Εὐθύνε] Εὐώνε in nostris exempl. erat. *H. Stephanus.* Sic dat Vulcob.

91 ξε·

ὡς δὲ Ξενοφῶν, Κρητός τινος [91], ἐξαγγείλαντος τῷ Ἀγησιλάῳ, ταχὺ προπέμψας ἱππέα τοῖς ἐν τῇ πόλει φράσοντα, μετ' ȣ̓ πολὺ καὶ αὐτὸς παρῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην. ὀλίγῳ δ' ὕστερον οἱ Θηβαῖοι διέβαινον τὸν Εὐρώταν, καὶ προσέβαλλον τῇ πόλει, μάλα ἐῤῥωμένως τȣ̃ Ἀγησιλάȣ καὶ παρ' ἡλικίαν ἐπαμύνοντος. ȣ̓ γὰρ, ὡς πρότερον, ἀσφαλείας ἑώρα τὸν καιρὸν ὄντα καὶ φυλακῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπονοίας καὶ τόλμης, οἷς τὸν ἄλλον χρόνον ȣ̓δέποτε πιστεύσας, ȣ̓δὲ χρησάμενος, τότε μόνοις ἀπεώσατο τὸν κίνδυνον, ἐκ τῶν χειρῶν τȣ̃ Ἐπαμεινώνδȣ τὴν πόλιν ἐξαρπάσας, καὶ στήσας τρόπαιον, καὶ τοῖς παισὶ καὶ ταῖς γυναιξὶν ἐπιδείξας τὰ κάλλιστα τροφεῖα τῇ πατρίδι τȣ̀ς Λακεδαιμονίȣς ἀποδιδόντας· ἐν δὲ πρώτοις τὸν Ἀρχίδαμον ἀγωνιζόμενον ὑπερηφάνως, τῇ τε ῥώμῃ τῆς ψυχῆς καὶ τῇ κȣφότητι τȣ̃ σώματος ὀξέως ἐπὶ τὰ θλιβόμενα τῆς μάχης διαθέοντα διὰ τῶν στενωπῶν, καὶ πανταχȣ̃ μετ' ὀλίγων ἀντερείδοντα τοῖς πολεμίοις· Ἰσάδαν δὲ, τὸν [92] Φοιβίδȣ υἱὸν, ȣ̓ τοῖς πολίταις μόνον, ἀλ-

vt Xenophon, Cretensis quidam, Agesilao rem enunciasset, praemisso propere equite significauit rem ciuibus, nec multo post ipse est vrbem ingressus. Post aliquanto Thebani, superato Eurota, vrbem oppugnauere, fortissime et supra aetatem propugnante Agesilao. Neque enim securitati, vt ante, et cautioni videbat locum esse, sed magis desperationi et audaciae. Quibus superiori tempore nunquam fretus, vel vsus, his in praesentia solis propulsauit periculum, atque erepta ex Epaminondae manibus vrbe, tropaeoque excitato, pueris et foeminis ostendit optima nutrimentorum praemia patriae Lacedaemonios persoluere. Inspexerunt inter primos insigniter certantem Archidamum, qui animi vi et corporis agilitate citate per vias eo, vbi laborabatur, in pugna peruolauit, omnibusque locis hosti cum paucis se obiecit. Isadam etiam, Phoebidae filium, hostibus, nedum ciuibus, praeclarum

91 Ξενοφῶν, Κρητός τινος] Hellen. VII. p. 376, 6. *Mos. Dus.*
92 haec est Aldinae lectio. Iuntina sic dat: Ἰσίδαν δοκῶ τόν. et hanc posteriorem lectionem etiam SGerm. exhibet.

λὰ καὶ τοῖς πολεμίοις [93] θέαμα φανῆναι καλὸν [94] καὶ ἀγαστόν. ἦν μὲν γὰρ ἐκπρεπὴς τὸ εἶδος, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ὥραν δ', ἐν ᾗ τὸ ἥδιστον ἀνθοῦσιν ἄνθρωποι παριόντες εἰς [95] ἄνδρας ἐκ παίδων, εἶχε· γυμνὸς δὲ καὶ ὅπλων τῶν σκεπόντων καὶ ἱματίων, λίπα χρισάμενος [96] τὸ σῶμα, καὶ τῇ μὲν ἔχων χειρὶ λόγχην, τῇ δὲ ξίφος, ἐξήλατο τῆς οἰκίας, καὶ διὰ μέσων τῶν μαχομένων ὠσάμενος, ἐν τοῖς πολεμίοις ἀνεστρέφετο, παίων τὸν προστυχόντα καὶ καταβάλλων. ἐτρώθη δ' ὑπ' οὐδενὸς, εἴτε θεοῦ δι' ἀρετὴν φυλάττοντος αὐτὸν, εἴτε μεῖζόν τι καὶ κρεῖττον ἀνθρώπου φανεὶς τοῖς ἐναντίοις. ἐπὶ τούτῳ δὲ λέγεται τοὺς ἐφόρους στεφανώσαντας αὐτὸν, εἶτα χιλίων δραχμῶν ἐπιβαλεῖν ζημίαν, ὅτι χωρὶς ὅπλων διακινδυνεύειν ἐτόλμησεν.

35. Ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις περὶ τὴν Μαντίνειαν ἐμαχέσαντο [97], καὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν, ἤδη κρατοῦντα τῶν πρώτων, ἔτι δ' ἐγκείμενον καὶ κατασπεύδοντα

clarum aiunt viſum et admirandum ſpectaculum: quippe corporis erat eximia forma et proceritate; aetate, qua gratiſſime eſſloreſcunt homines, quum ex pueris tranſeunt in viros. Nudus autem, quibus tegeret ſe, tum armis, tum veſtibus, quum vnxiſſet corpus oleo, vna manu lanceam, altera gladium tenens proiecit ſe in publicum. Via per medios facta pugnantes, coniecit ſe inter hoſtes, obuium quemque feriens et proſternens. Vulneratus fuit a nemine, ſiue deus ob virtutem tutelam eius egit, ſiue amplior homine et auguſtior hoſtibus eſt viſus. Huius rei gratia Ephoros fama eſt corona eum donaſſe: mox, quod ſine armis fuiſſet decertare auſus, mille drachmarum mulctam ei dixiſſe.

Paucis poſt diebus ad Mantineam dimicatum eſt. Ibi Epaminondam, dum, prima iam acie fuſa, inſtat atque vrget conſectatio-

93 ἐναντίοις, tacito auctore.

94 καλὸν] Eſt et alia lectio, καινόν. *H. Stephanus.* Sic eſt in Vulcob.

95 εἰς abeſt a SGerm.

96 χρησάμενος SGerm.

97 Iuntina verba ſic ſtructa dat: ὀλίγαις δὲ περὶ τὴν μαντ. ὕστερον ἡμέραις ἐμαχέσαντο. et ita etiam SGerm.

98 ὑπερη-

τὴν δίωξιν, Ἀντικράτης Λάκων ὑποστὰς ἔπαισε δόρατι μὲν, ὡς Διοσκουρίδης ἱστόρηκε· Λακεδαιμόνιοι δὲ Μαχαιρίωνας ἔτι νῦν τοὺς ἀπογόνους τοῦ Ἀντικράτους καλοῦσιν, ὡς μαχαίρᾳ πατάξαντος. οὕτω γὰρ ἐθαύμασαν καὶ ὑπερηγάπησαν [98] αὐτὸν φόβῳ τοῦ Ἐπαμεινώνδου ζῶντος, ὥστε τιμὰς μὲν ἐκείνῳ καὶ δωρεὰς ψηφίσασθαι, τῷ [99] γένει δ' ἀτέλειαν, ἣν ἔτι καὶ καθ' ἡμᾶς ἔχει Καλλικράτης, εἷς τῶν Ἀντικράτους ἀπογόνων. μετὰ δὲ τὴν μάχην καὶ θάνατον τοῦ Ἐπαμεινώνδου, γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς αὐτοὺς, ἀπήλαυνον οἱ περὶ τὸν Ἀγησίλαον τοῦ ὅρκου [300] τοὺς Μεσσηνίους, ὡς πόλιν οὐκ ἔχοντας. ἐπεὶ δ' οἱ λοιποὶ πάντες ἐδέχοντο, καὶ τοὺς ὅρκους ἐλάμβανον παρ' αὐτῶν, ἀπέστησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ μόνοις αὐτοῖς πόλεμος ἦν, ἐλπίζουσιν ἀναλήψεσθαι τὴν Μεσσηνίαν. βίαιος οὖν ἐδόκει καὶ ἀτενὴς [1] καὶ πολέμων ἄπληστος ὁ

Quum autem in eum complures coorirentur, ſuis iam terga dantibus, praeter ſpem euaſit. Hoſtes equum eius comprehenderunt aureis phaleris et ornatu pretioſo inſtructum. Dum haec partiuntur, atque de his digladiantur inter ſe, amiſerunt e manibus Pompeium. Prima luce vterque victoriae confirmandae cauſa inſtruxit ex integro aciem. Verum quia ſuperuenit Metellus, Sertorius, diſſipato exercitu, digreſſus eſt. Ita enim dilabebantur milites illius, iterumque confluebant, vt crebro Sertorius palaretur ſolus, crebro rurſus inſtar torrentis repente intumeſcens, centum quinquaginta armatorum millibus ingrueret. At Pompeius, vt ſecundum proelium Metello obuiam proceſſit, atque in conſpectu vtrinque fuerunt, honoris Metelli cauſa dignitate priori ſummitti faſces iuſſit. Id prohibuit ille, praebuitque caetera moderatum ſe Pompeio, neque vllam ſibi, vt conſulari et aetate maiori, ſumſit praerogatiuam, niſi quod ſignum, quum vnis in caſtris tenderent, toti exercitui daretur a Metello. Verum

34 μυρίας SGerm.
35 στρατείας idem.
36 χειμάῤῥου idem.
37 τῇ τιμῇ Vulcob.

Μετέλλου· τὰ πολλὰ δὲ χωρὶς ἐστρατοπεδεύοντο [38]. διέκοπτε γὰρ αὐτοὺς καὶ διίστη ποικίλος ὢν ὁ πολέμιος, καὶ δεινὸς ἐν βραχεῖ πολλαχοῦ περιφανῆναι, καὶ μεταγαγεῖν ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλους ἀγῶνας. τέλος δὲ, περικόπτων μὲν [39] ἀγορὰς, ληϊζόμενος δὲ τὴν χώραν, ἐπικρατῶν δὲ τῆς θαλάσσης, ἐξέβαλεν ἀμφοτέρους τῆς ὑφ' ἑαυτὸν [40] Ἰβηρίας, ἀναγκασθέντας εἰς ἀλλοτρίας καταφυγεῖν ἐπαρχίας, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων.

20. Πομπήϊος δὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἰδίων ἐξανηλωκὼς καὶ κατακεχρημένος εἰς τὸν πόλεμον, ᾔτει χρήματα τὴν σύγκλητον, ὡς ἀφιξόμενος εἰς Ἰταλίαν μετὰ τῆς δυνάμεως, εἰ μὴ πέμποιεν. ὑπατεύων δὲ Λεύκουλλος [41] τότε, καὶ Πομπηΐῳ μὲν ὢν διάφορος, μνώμενος δ' ἑαυτῷ τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον, ἔσπευσεν ἀποσταλῆναι τὰ χρήματα· φοβούμενος αἰτίαν Πομπηΐῳ παρασχεῖν δεομένῳ Σερτώριον ἀφεῖναι, καὶ πρὸς Μιθριδάτην τραπέσθαι, λαμ-

Verum caſtra fere ſeparata habebant. Dirimebat enim et diſtrahebat eos hoſtis calliditate varius, et mirus artifex in breui momento diuerſis locis ſe oſtendendi, ab aliiſque ad alia certamina traducendi. Denique commeatum intercipiendo, agros foedando, mare infeſtum habendo, vtrumque ea, quam ipſe obtinebat, Hiſpania expulit, coëgitque neceſſariorum anguſtiis in prouincias refugere alienas.

Pompeius, qui maximam facultatum ſuarum partem in bellum impenderat et erogauerat, pecuniam poſtulauit a ſenatu, addens, ni mitterent, deportaturum ſe in Italiam exercitum. Id temporis conſul Lucullus erat, a Pompeio alienus: qui, ambiens bellum Mithridaticum, effecit, vt ei mature ſtipendium mitteretur. Timebat nempe praetextum cupienti Pompeio dare Sertorium omittendi, et conuertendi ſe in Mithridatem, illuſtrem ad

38 ἐστρατεύοντο SGerm.

39 μὲν deeſt Iunt. et Ald.

40 τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν Vulc. [Non ſic videtur ibi fuiſſe, ſed αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτὸν, quo voluit, quicunque exarauit, indicare, ita legi in Iuntina, a qua τῆς abeſt, ab Aldina recte additum. Magna pars lectionum Vulcobianarum aliud nihil ſunt, quam lectiones Iuntinae, a Vulcobio, ſeu quocunque alio, in margines Aldinae tranſlatae.]

41 Λεύκολλος SGerm.

42 pro

πρὸν μὲν εἰς δόξαν, εὐμεταχείριστον δὲ Φαινόμενον ἀνταγωνιστήν. ἐν τούτῳ δὲ θνήσκει Σερτώριος, ὑπὸ τῶν Φίλων δολοΦονηθείς· ὧν Περπέννας ὁ κορυΦαιότατος ἐπεχείρησεν ἐκείνῳ τὰ αὐτὰ ποιεῖν, ἀπὸ [42] τῶν αὐτῶν μὲν ὁρμώμενος δυνάμεων καὶ παρασκευῶν, τὸν δὲ χρώμενον αὐταῖς ὁμοίως οὐκ ἔχων λογισμόν. εὐθὺς οὖν ὁ Πομπήϊος ἐπεξελθὼν, καὶ ῥεμβόμενον ἐν τοῖς πράγμασι τὸν Περπένναν καταμαθὼν, δέλεαρ αὐτῷ δέκα σπείρας ὑΦῆκεν εἰς τὸ πεδίον, διασπαρῆναι κελεύσας. τραπομένου δὲ πρὸς ταύτας ἐκείνου [43] καὶ διώκοντος, ἄθρους ἐπιΦανεὶς καὶ συνάψας μάχην, ἐκράτησε πάντων. καὶ διεΦθάρησαν οἱ πλεῖστοι τῶν ἡγεμόνων ἐν τῇ μάχῃ· τὸν δὲ Περπένναν ἀχθέντα πρὸς αὐτὸν ἀπέκτεινεν, οὐκ ἀχάριστος, οὐδ' ἀμνήμων γενόμενος τῶν περὶ Σικελίαν, ὡς ἐγκαλοῦσιν ἔνιοι, μεγάλῃ δὲ διανοίᾳ καὶ σωτηρίῳ τῶν ὅλων γνώμῃ χρησάμενος. ὁ γὰρ Περπέννας τῶν Σερτωρίου γραμμάτων γεγονὼς κύριος, ἐδείκνυεν ἐπιστολὰς τῶν ἐν Ῥώμῃ δυνατωτάτων ἀνδρῶν, οἳ τὰ παρόντα κινῆσαι βουλόμενοι πράγματα, καὶ μεταστῆσαι τὴν πολιτείαν, ἐκάλουν τὸν Σερτώριον εἰς τὴν Ἰταλίαν.

ad gloriam facilemque (vt putabatur) ſuperatu aduerſarium. Interea circumuentus ab amicis Sertorius interficitur: quorum ſummus Perpenna coryphaeus illius facta exprimere aggreſſus eſt, iiſdem ſuccinctus copiis et apparatu: at, quod pariter moderaretur illis, conſilium defecit eum. Perpennam igitur confeſtim perſequens Pompeius, et in rebus gerendis nutantem intelligens, eſcam ei decem cohortes obiecit, quibus iuſſit ſe ſpargere per campum. Eo quum ille ſe vertiſſet, captaretque hanc praedam, repente incurrens proelium commiſit, ac fuſo fugatoque illius exercitu, plerique duces in acie occubuere: Perpennam ad ſe pertractum occidit, non ingratus, nec immemor (vt quidam exprobrant) in Sicilia actorum, ſed magna ratione et ſalubri toti reipub. conſilio. Siquidem Perpenna, quum literas Sertorii in poteſtate haberet, epiſtolas protulit potentiſſimorum in vrbe virorum, qui, praeſentem rerum ſtatum mouere et verſare rempublicam cupientes, Sertorium acciebant in Italiam. Quae

42 pro ἀπὸ Vulc. dat ἀλλά. 43 ἐκείνου abeſt a SGerm.

φοβηθεὶς οὖν ὁ Πομπήϊος ταῦτα, μὴ μείζονας ἀναστήσῃ τῶν πεπαυμένων πολέμων, τόν τε Περπένναν ἀνεῖλε, καὶ τὰς ἐπιστολὰς, οὐδ' ἀναγνοὺς, κατέκαυσεν.

21. Ἐκ δὲ τούτου παραμείνας χρόνον ὅσον τὰς μεγίστας κατασβέσαι ταραχὰς, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα μάλιστα καταστῆσαι καὶ διαλῦσαι τῶν πραγμάτων, ἀπῆγεν εἰς Ἰταλίαν τὸν στρατὸν, ἀκμάζοντι τῷ δουλικῷ πολέμῳ κατὰ τύχην φερόμενος. διὸ καὶ Κράσσος ὁ στρατηγὸς κατήπειξε [44] παραβόλως τὴν μάχην, καὶ κατευτύχησε, δισχιλίους τριακοσίους ἐπὶ μυρίοις κτείνας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτῳ τὸν Πομπήϊον εἰσποιούσης ἁμωσγέπως τῷ κατορθώματι τῆς τύχης, πεντακισχίλιοι φεύγοντες ἐκ τῆς μάχης ἐνέπεσον εἰς [45] αὐτὸν, οὓς ἅπαντας διαφθείρας, ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον ὑποφθάσας [46], ὡς [47] Κράσσος μὲν ἐκ παρατάξεως νενίκηκε τοὺς μονομάχους, αὐτὸς δὲ τὸν πόλεμον ἐκ ῥιζῶν παντάπασιν ἀνήρηκε. καὶ ταῦτα βουλομένοις ἦν δι' εὔνοιαν ἀκροᾶσθαι καὶ λέγειν τοῖς Ῥωμαίοις.

Quae timens Pompeius, ne maiora, quam restincta erant, excitarent bella, Perpennam necauit, et literas ne inspectas quidem concremauit.

Inde tantisper in Hispania moratus, dum grauissimos tumultus sedasset, vlceraque tractasset et composuisset maxime tumentia, exercitum in Italiam reduxit, auspicato superueniens bello seruili, quod tum maxime vigebat. Quapropter dux belli illius, Crassus, maturauit praeceps pugnae aleam, victorque fuit, trecentis supra duodecim millia caesis. Veruntamen fortuna etiam hoc decus ex parte ad Pompeium trahente, quinque millia, quae ex acie fugerant, in eum sunt delata. Quibus semel deletis, occupauit ad senatum scribere, Crassum quidem gladiatores acie fudisse, se vero bellum radicitus plane exstirpasse. Atque haec fauente populo Romano propter beneuolentiam erga eum audiebantur et dicebantur.

44 ἤπειξε simplex SGerm.

45 πρὸς idem.

46 ὑποφθάσας] Eodem sensu vsurpat iterum V. 81, 5. ὑποφθάνοντες ἀλλήλους. In Crasso 263. nihil additur. *Moses Dusoul.*

47 ὅτι Vulc.

Ἰβηρίαν δὲ καὶ Σερτώριον οὐδὲ παίζων ἄν τις εἶπεν ἑτέρου, καὶ μὴ Πομπηΐου, τὸ πᾶν ἔργον εἶναι. ἐν τοσαύτῃ δὲ τιμῇ καὶ προσδοκίᾳ τοῦ ἀνδρὸς ὅμως ἐνῆν τις ὑποψία καὶ δέος, ὡς οὐ προησομένου τὸ στράτευμα [48], βαδιουμένου δὲ δι' ὅπλων καὶ μοναρχίας ἄντικρυς ἐπὶ τὴν Σύλλα πολιτείαν. ὅθεν οὐκ ἐλάττονες ἦσαν τῶν δι' εὔνοιαν τρεχόντων, καὶ φιλοφρονουμένων καθ' ὁδὸν, οἱ φόβῳ ταῦτα ποιοῦντες. ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτην ἀνεῖλε τὴν ὑπόνοιαν ὁ Πομπήϊος, προειπὼν ἀφήσειν τὸ στράτευμα μετὰ τὸν θρίαμβον, ἓν αἰτιᾶσθαι τοῖς βασκαίνουσι περιῆν ὑπόλοιπον [49], ὅτι τῷ δήμῳ προσνέμει μᾶλλον ἑαυτὸν, ἢ τῇ βουλῇ, καὶ τὸ τῆς δημαρχίας [50] ἀξίωμα, Σύλλα καταβαλόντος, ἔγνωκεν ἀνιστὰς [51] καταχαρίζεσθαι τοῖς πολλοῖς. ὅπερ ἦν ἀληθές. οὐ γάρ ἐστιν, ὅτινος ἐμμανέστερον ὁ Ῥωμαίων ἠράσθη δῆμος, καὶ μᾶλλον ἐπόθησεν, ἢ τὴν ἀρχὴν [52] αὖθις ἐπιδεῖν ἐκείνην. ὥστε

Hiſpaniam vero et Sertorium ne per iocum quidem alteri quiſquam, niſi Pompeii virtuti, prorſus adſcribat. In tanto tamen Pompeii honore et exſpectatione inerat quaedam ſuſpicio et metus, non dimiſſurum eum exercitum, ſed armis et dominatu aperte ad Syllanum perrecturum imperium. Quare non pauciores timore adducti, quam beneuolentia, redeunti ſalutandi cauſa prodierunt obuiam. Quam opinionem quum amolitus eſſet Pompeius, declarans, a triumpho exercitum ſe dimiſſurum, vnum reliquum inuidis erat vellicare, quod populum magis, quam ſenatum, coleret: et, quum Sylla auctoritatem plebis ſuſtuliſſet, reſtituere eam plebi et indulgere ei in animo haberet: quod verum erat. Nihil enim populus Romanus inſaniore cupiditate proſequutus eſt, neque vllum magiſtratum recuperare, atque eum, deſiderauit ardentius; vt Pompe-

48 στρατεύματος idem.
49 τὸ ὑπόλοιπον Vulc.
50 τὸ τοῦ δήμου ἀξ...] Genuina haec ſcriptura. Conſule de re ipſa, quae in Supplem. Liu. dicuntur, Lib. LXXVII. c. 25. 26. et 27. *Moſes Duſoul.* τὸ τῆς βουλῆς dant Vulc. SGerm. Iunt.
51 ἀνιστάναι καὶ χαρ. SGerm. in vulgatis legitur ἀνιστᾶν καὶ χαρ.
52 ἀρχὴν....] Tribunitiam poteſtatem intelligit, quae a Sylla imminuta fuerat, ſed non ſublata. Adeo vt hic excidiſſe vocem aliquam ſuſpicari merito quis poſſit. Vid. p. ſeq. l. 2. *Moſes Duſoul.*

53 σὺν

καὶ Πομπήϊον εὐτύχημα ποιεῖσθαι μέγα, τὸν τοῦ πολιτεύματος καιρόν· ὡς οὐκ ἂν εὑρόντα χάριν ἄλλην, ἢ τὴν εὔνοιαν ἀμείψεται τῶν πολιτῶν, εἰ ταύτην ἕτερος προέλαβε.

22. Ψηφισθέντος οὖν αὐτῷ [53] δευτέρου θριάμβου καὶ ὑπατείας, οὐ διὰ ταῦτα θαυμαστὸς ἐδόκει καὶ μέγας· ἀλλ' ἐκεῖνο τεκμήριον ἐποιοῦντο τῆς λαμπρότητος, ὅτι Κράσσος, ἀνὴρ τῶν τότε πολιτευομένων [54] πλουσιώτατος, καὶ δεινότατος εἰπεῖν, καὶ μέγιστος, αὐτόν τε Πομπήϊον ὑπερφρονῶν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, οὐκ ἐθάρσησεν [55] ὑπατείαν μετιέναι πρότερον, ἢ Πομπηΐου δεηθῆναι. καὶ μέντοι Πομπήϊος ἠγάπησε, πάλαι δεόμενος χρείας τινὸς ὑπάρξαι καὶ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτόν· ὥστε καὶ δεξιοῦσθαι προθύμως, καὶ παρακαλεῖν τὸν δῆμον, ἐπαγγελ-

Pompeius pro magna felicitate reputaret illius actionis occasionem: quod beneficium reperturum non putaret se aliud, hoc si alius praeripuisset sibi, quo ciuium repensaret fauorem.

Igitur decreto ei altero triumpho et consulatu, non tam ob haec suspiciendus et magnus est habitus, verum illud pro insigni habuerunt eius splendoris, quod omnium eo tempore rempublicam gerentium opulentissimus, eloquentissimus, maximus, ipsiusque despiciens Pompeii atque omnium aliorum, non ante consulatum petere ausus esset Crassus, quam Pompeium rogasset. Et sane placuit id Pompeio, qui iampridem eum aliquo officio et obsequio auebat prouocare: populumque enixe prensauit orauitque, ostendens, haud minorem gratiam

53 σὺν αὐτῷ Vulc.

54 τῶν τότε πολιτευομένων] Legitur etiam τῶν πώποτε πολιτευομένων: quae certe multo maior laus fuerit. Sed si τότε in πώποτε mutetur, videtur etiam πολιτευομένων in πολιτευσαμένων, vel πεπολιτευμένων, mutari debere. Quae tamen mutatio ex vetustis libris non annotatur, haud scio, an per incuriam praetermissa. *H. Stephanus.* A SGerm. πολιτευομένων abest: sed post τότε superscripta est haec nota: Fortasse librarius hoc verbum in corpore, seu contextu, praetermissum, in margine apponere omisit. Ego [addit collector Var. Lect. cod. SGerm.] a Plutarcho non esse profectum censeo.

55 ἐθάῤῥησεν Vulc. SGerm.

56 τὴν

λόμενος χάριν ἕξειν οὐκ ἐλάττονα τοῦ συνάρχοντος, ἢ τῆς ἀρχῆς. οὐ μὴν ἀλλ' ἀποδειχθέντες ὕπατοι διεφέροντο πάντα καὶ προσέκρουον ἀλλήλοις· καὶ ἐν μὲν τῇ βουλῇ μᾶλλον ἴσχυεν ὁ Κράσσος, ἐν δὲ τῷ δήμῳ μέγα τὸ Πομπηΐου κράτος ἦν. καὶ γὰρ ἀπέδωκε τὴν δημαρχίαν αὐτῷ, καὶ τὰς δίκας περιεῖδεν αὖθις εἰς τοὺς ἱππέας νόμῳ μεταφερομένας. ἥδιστον δὲ θέαμα τῷ δήμῳ παρέσχεν αὐτὸς ἑαυτὸν, τὴν στρατείαν [56] παραιτούμενος. ἔθος γάρ ἐστι Ῥωμαίων τοῖς ἱππεῦσιν, ὅταν στρατεύσωνται [57] τὸν νόμιμον χρόνον, ἄγειν εἰς ἀγορὰν τὸν ἵππον ἐπὶ τοὺς δύο ἄνδρας, οὓς τιμητὰς καλοῦσι καὶ καταριθμησαμένους [58] τῶν στρατηγῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἕκαστον, ὑφ' οἷς ἐστρατεύσαντο, καὶ διδόντας εὐθύνας τῆς στρατείας, ἀφίεσθαι. νέμεται δὲ καὶ τιμὴ καὶ ἀτιμία προσήκουσα τοῖς βίοις ἑκάστων. τότε δὴ προεκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ, Γέλλιος [59] καὶ Λέντλος, ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ὤφθη δὲ Πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ' ἀγορὰν κατερχόμε-

tiam ſe collegae, quam ſui honoris, gratia ei habiturum. Verum enimuero declarati conſules, vbique diſſenſerunt, occurſaruntque ſibi mutuo. In curia plus Craſſus pollebat, ad populum multum poterat Pompeius. Nam tribunos plebis ei reddidit, permiſitque, vt iudicia iterum lege transferrentur ad equites. Gratiſſimum vero ſpectaculum populo ſe ipſe praebuit, quum militiae vacationem poſtularet. Mos eſt equitibus Romanis, vbi legitimum tempus ſtipendiorum expleuerunt, vt equum in forum ad cenſores adducant, enumeratiſque ſingulis ducibus et imperatoribus, ſub quibus meruerunt, ac reddita militiae ratione, petant vacationem. Ibi et honos habetur et ignominia pro cuiuſque vita acta. Sedebant tunc pro tribunali magna grauitate cenſores, Gellius et Lentulus, et inſpiciendos ſe tranſuehebant equites. Pompeius autem conſpiciebatur ſuperne in forum deſcen-

56 τὴν στρατηγίαν Vulcob.
57 στρατεύσωσι idem.
58 καταριθμησαμένων idem.
59 Γέλλιος] Hinc emenda, quod in Op. Mor. 359. praue legitur. Ibi enim Cenſoris huius nomen male ſcribitur Στέλλιος.

60 ἀγὼν]

νος, τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων [60] τὸν ἵππον. ὡς δ' ἐγγὺς ἦν καὶ καταφανὴς ἐγεγόνει, κελεύσας διασχεῖν τοὺς ῥαβδοφόρους, τῷ βήματι προσήγαγε τὸν ἵππον. ἦν δὲ τῷ δήμῳ θαῦμα καὶ σιωπὴ πᾶσα [61], τοὺς τ' ἄρχοντας αἰδὼς ἅμα καὶ χαρὰ πρὸς τὴν ὄψιν ἔσχεν. εἶτα ὁ μὲν πρεσβύτερος ἠρώτησε [62]· Πυνθάνομαί σου, ὦ Πομπήϊε Μάγνε, εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας; Πομπήϊος δὲ μεγάλῃ φωνῇ· Πάσας, εἶπεν, ἐστράτευμαι καὶ πάσας ὑπ' ἐμαυτῷ αὐτοκράτορι. Τοῦτ' ἀκούσας ὁ δῆμος ἐξέκραγε, καὶ κατασχεῖν οὐκ ἔτι τὴν βοὴν ὑπὸ χαρᾶς ἦν [63]· ἀλλ' ἀναστάντες οἱ τιμηταὶ προέπεμπον αὐτὸν οἴκαδε, χαριζόμενοι τοῖς πολίταις ἑπομένοις καὶ κροτοῦσιν.

23. Ἤδη δὲ τῆς ἀρχῆς περαινομένης τῷ Πομπηΐῳ, τῆς δὲ πρὸς Κράσσον αὐξομένης διαφορᾶς, Γάϊός τις Αὐρήλιος, ἀξίωμα μὲν ἱππικὸν ἔχων, βίῳ δ' ἀπράγμονι κεχρημένος, ἐκκλησίας οὔσης, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ

descendens. Erat aliis quidem magiſtratus inſignibus ornatus, ſed equum manu trahebat. Vt proprie acceſſit et cognitus eſt, lictoribus viam ſibi facere iuſſis, equum admouit roſtris. Stetit populus ſtupore et ſilentio defixus. Cenſores vero ex ea ſpecie ſimul verecundia et gaudium occupauerunt. Inde maior natu interrogauit eum: Quaero ex te, Magne Pompei, ecquid omnia ſtipendia impleueris? Cui Pompeius alta voce: Omnia impleui, inquit, et ſub meipſo imperatore omnia. Quod audiens populus conclamauit, neque ſedari prae laetitia clamor poterat: ſed conſurgentes cenſores domum eum deduxerunt, populo proſequenti et applaudenti gratificantes.

Inſtante iam conſulatus exitu, ac diſſidio cum Craſſo eius inualeſcente, quidam C. Aurelius ex equeſtri ordine, qui procul a negotiis aetatem egerat, quum haberetur concio, roſtra con-

60 ἄγων] Legitur et ἔχων: ſed dura haec repetitio participii tam propinqua videri queat. *H. Stephanus.*

61 σιωπὴ πᾶσα] Lege πᾶσι.

62 ἐρώτησεν SGerm.

63 καὶ κατασχεῖν οὐκ ἔτι.... ἦν] Deeſt οἷός τ', quod reponi debet ante ἦν. *Moſes Duſoul.*

64 φά-

προσελθὼν, ἔφη κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ τὸν Δία φάναι[64], κελεύοντα τοῖς ὑπάτοις φράσαι, μὴ πρότερον ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, ἢ φίλους ἀλλήλοις γενέσθαι. ῥηθέντων δὲ τούτων, ὁ μὲν Πομπήϊος ἡσυχίαν ἦγεν ἑστώς· ὁ δὲ Κράσσος ἀρξάμενος δεξιοῦσθαι καὶ προσαγορεύειν αὐτόν· Οὐδὲν οἶμαι ποιεῖν ἀγεννὲς, εἶπεν, οὐδὲ[65] ταπεινὸν, ὦ πολῖται, Πομπηΐῳ πρότερος[66] ἐνδιδοὺς, ὃν ὑμεῖς, μήπω μὲν γενειῶντα, μέγαν ἠξιώσατε καλεῖν, μήπω δὲ μετέχοντι βουλῆς ἐψηφίσασθε δύο θριάμβους. ἐκ τούτου διαλλαγέντες, ἀπέθεντο τὴν ἀρχήν. καὶ Κράσσος μὲν ὅνπερ ἐξ ἀρχῆς εἵλετο τρόπον τοῦ βίου διεφύλαττε· Πομπήϊος δὲ τάς τε πολλὰς ἀνεδύετο συνηγορίας, καὶ τὴν ἀγορὰν κατὰ μικρὸν ἀπέλειπε[67], καὶ προῄει[68] σπανίως εἰς τὸ δημόσιον, ἀεὶ δὲ μετὰ πλήθους. οὐ γὰρ ἦν ἔτι ῥάδιον ὄχλου χωρὶς ἐντυχεῖν, οὐδ᾽ ἰδεῖν αὐτόν· ἀλλ᾽ ἥδιστος ὁμοῦ[69] πολλοῖς καὶ ἀθρόοις[70] ἐφαίνετο, σεμνότητα πε-

conſcendit. Progreſſus ait Iouem ſibi in ſomnis oblatum iuſſiſſe conſulibus nunciare, vt, priusquam magiſtratu abirent, redirent in gratiam. His dictis ſtetit tacitus Pompeius. Ibi Craſſus prior dextram porrigens, et eum appellans: Nihil, inquit, me indignum facere, Quirites, neque abiectum reor, qui prior concedo Pompeio, quem vos adhuc imberbem appellare Magnum, et necdum ſenatori duos triumphos non dubitaſtis decernere. Hinc reconciliati depoſuerunt magiſtratum. Et Craſſus quidem in priſtino vitae curriculo perſtitit: Pompeius vero aduocationes plerumque defugiebat, et forum pedetentim relinquebat, raruſque prodibat in publicum, atque id ſemper magno cum comitatu. Neque facile exinde erat, ſine frequentia eum vel conuenire, vel videre: ſed delectabatur cum multis et magno comitatu ſe oſtendere, quo venera-

64 φάναι] Scribe cum Anon. et Mur. φανῆναι. *Moſ. Duſoul.*

65 οὐδὲν, εἶπεν, οἶμαι ποιεῖν ἀγεννὲς, οὐδὲ ταπ. SGerm.

66 πρότερον idem.

67 ἀπέλιπε idem.

68 προσῄει Vulcob.

69 ὁμοῦ π. . . .] Nihil vidiſſe hic Interpp. non miror. Nihil enim eorum, quae nobis apponunt, in Graecis eſt. Corrupta vox ὁμοῦ omnia hic perturbauit; pro qua ego ὅμως legendum cenſeo. Quo facto ſenſus erit: *iucundiſſime tamen conſpiciebatur in frequenti populo, indeque &c. Moſes Duſoul.*

70 ἀνθρώποις Vulcob.

71 ἀσυμ-

ριβαλλόμενος ἐκ τούτου τῇ ὄψει καὶ ὄγκον, ταῖς δὲ τῶν πολλῶν ἐντεύξεσι καὶ συνηθείαις ἄθικτον οἰόμενος δεῖν τὸ ἀξίωμα διατηρεῖν. ὁ γὰρ ἐν ἱματίῳ βίος ἐπισφαλής ἐστι πρὸς ἀδοξίαν τοῖς ἐκ τῶν ὅπλων μεγάλοις, καὶ πρὸς ἰσότητα δημοτικὴν ἀσυμμέτροις [71]. αὐτοὶ μὲν γὰρ καὶ ἐνταῦθα πρωτεύειν, ὡς ἐκεῖ, δικαιοῦσι· τοῖς δ' ἐκεῖ φερομένοις ἔλαττον, ἐνταῦθα γοῦν μὴ πλέον ἔχειν, οὐκ ἀνεκτόν ἐστι. διὸ τὸν ἐν στρατοπέδοις καὶ θριάμβοις λαμπρὸν, ὅταν ἐν ἀγορᾷ λάβωσιν, ὑπὸ χεῖρα ποιοῦνται καὶ καταβάλλουσι. τῷ δ' [72] ἀπολεγομένῳ καὶ ὑποχωροῦντι τὴν ἐκεῖ τιμὴν καὶ δύναμιν ἀνεπίφθονον φυλάττουσιν. ἐδήλωσε δ' αὐτὰ τὰ πράγματα μετ' ὀλίγον χρόνον.

24. Ἡ γὰρ πειρατικὴ δύναμις ὡρμήθη μὲν ἐκ Κιλικίας τὸ πρῶτον, ἀρχὴν παράβολον [73] λαβοῦσα καὶ λαν-

nerationem inde et maieſtatem praeſentiae ſuae conciliaret, ratus, a colloquiis et conſuetudine cum plebe ſeruandam dignitatem ſuam illibatam. Quippe vita togata illis, qui per arma creuerunt, atque a populari abhorrent aequabilitate, ad contemtum eſt pronior. Volunt enim, vt illic, ita hic quoque, primum locum tenere. At illic qui ſunt inferiores, iis hic certe non exſuperare durum videtur. Vnde illum in caſtris et triumphis ſplendidum vbi in foro tenent, domant et premunt. Manus autem danti et cedenti caſtrenſem honorem et potentiam ab inuidia permittunt intactam. Id breui poſt res ipſa comprobauit.

Siquidem piratarum potentia primum ex Cilicia erupit, originemque habuit audacem et occultam: animos vero

71 ἀσυμμέτροις] Scriptum inuenitur et ἀσύμμετρος, [vt in Vulc. et SGerm.] vt referatur ad βίος. Verum altera lectio magis mihi placet. *H. Stephanus.*

72 τῷ δὲ.....] Praua interpunctio locum hunc ita deturpat, vt mirer, ab Interpp. recte eſſe verſum. Comma poni debet poſt ὑποχωροῦντι: non, vt fit, poſt δύναμιν. Qui enim vulgatam illam interpungendi rationem ſequitur, ſtatuat neceſſe eſt, Imperatores gloria ſe bellica exuere oportere, vt Populo placeant; quod abſurdum eſt. Sufficit enim, ſi in rebus Ciuilibus primas ſibi etiam partes deferri non affectent. *Moſ. Duſ.*

73 ἀρχὴν παράβολον] Forſan legendum παράλογον.

74 ἀφειλ-

θάνουσαν, φρόνημα δὲ καὶ τόλμαν ἔσχεν ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ, χρήσασα ταῖς βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις ἑαυτήν. εἶτα Ῥωμαίων ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις περὶ θύρας τῆς Ῥώμης συμπεσόντων, ἔρημος οὖσα φρουρᾶς ἡ θάλασσα κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀφείλκετο [74] καὶ προῆγεν, οὐκ ἔτι τοῖς πλέουσι μόνον ἐπιτιθεμένους, ἀλλὰ καὶ νήσους καὶ πόλεις παραλίους ἐκκόπτοντας. ἤδη δὲ καὶ χρήμασι δυνατοὶ, καὶ γένεσι [75] λαμπροὶ, καὶ τῷ [76] φρονεῖν ἀξιούμενοι διαφέρειν ἄνδρες, ἀνέβαινον [77] εἰς τὰ λῃστρικὰ, καὶ μετεῖχον ὡς καὶ δόξαν τινὰ καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἔργου φέροντος. ἦν δὲ καὶ ναύσταθμα πολλαχόθι πειρατικὰ, καὶ φρυκτώρια τετειχισμένα, καὶ στόλοι προσέπιπτον, οὐ πληρωμάτων μόνον εὐανδρίαις, οὐδὲ τέχναις κυβερνητῶν, οὐδὲ τάχεσι νεῶν [78] καὶ κουφότησιν ἐξησκημένοι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον· ἀλλὰ τοῦ φοβεροῦ μᾶλλον αὐτῶν τὸ ἐπίφθονον ἐλύπει καὶ ὑπερήφανον, στυλίσι [79] χρυσαῖς, καὶ παραπετάσμασιν ἁλουργοῖς, καὶ πλάταις ὑπαργύροις, ὥσπερ

vero et confidentiam ex bello Mithridatico ceperunt, miniſteriis regiis accommodantes ſe. Deinde dum bellis ciuilibus Romani ante portas vrbis concurrunt, vacuum cuſtodibus mare ſenſim illexit illos et incitauit, vt non iam nauigantibus modo eſſent infeſti, ſed et inſulas et oppida maritima vaſtarent. Adeo vt iam pecunioſi etiam, natalibus clari, viri prudentia praecellere habiti, naues praedatorias conſcendebant et ſocietati nomina dabant, quaſi ea res laudem etiam adderet et gloriam. Ad haec erant iis multis locis naualia, portus piratici, et ſpeculae munitae pharique. Claſſes incurſitabant non ſolum delecta militum claſſiariorum et ſociorum naualium iuuentute, gubernatorum arte, nauium pernicitate et agilitate ad munus ſuum inſtructae, verum etiam ſupra eorum terrorem inuidioſus ſtimulabat faſtus. Auratis ſtylidibus, purpureis cortinis, remis inargentatis, quaſi ſcele-

74 ἀφείλκετο] Vulc. et Mur. [item SGerm.] ἐφείλκετο. Melius.

75 γενέσει SGerm.

76 τὸ idem.

77 ἐνέβαινον idem.

78 νηῶν idem.

79 πιέλουσι Vulc.

ἐντρυφώντων τῷ [80] κακουργεῖν καὶ καλλωπιζομένων. αὐλοὶ δὲ καὶ ψαλμοὶ καὶ μέθαι παρὰ πᾶσαν ἀκτὴν, καὶ σωμάτων ἡγεμονικῶν ἁρπαγαὶ, καὶ πόλεων αἰχμαλώτων ἀπολυτρώσεις, ὄνειδος ἦσαν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. ἐγένοντο δ' οὖν, αἱ μὲν λῃστρίδες νῆες, ὑπὲρ χιλίας, αἱ δ' ἁλοῦσαι πόλεις ὑπ' αὐτῶν, τετρακόσιαι. τῶν δ' ἀσύλων καὶ ἀβάτων πρότερον ἱερῶν ἐξέκοψαν ἐπιόντες τὸ Κλάριον, τὸ Διδυμαῖον, τὸ Σαμοθρᾴκιον, τὸν ἐν Ἑρμιόνῃ τῆς Χθονίας νεὼν, καὶ τὸν ἐν Ἐπιδαύρῳ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καὶ τὸν Ἰσθμοῖ [81] καὶ Ταινάρῳ καὶ Καλαυρίᾳ τοῦ Ποσειδῶνος, τοῦ δ' Ἀπόλλωνος τὸν ἐν Ἀκτίῳ, καὶ Λευκάδι, τῆς δ' Ἥρας τὸν ἐν Σάμῳ, τὸν ἐν Ἄργει, τὸν ἐπὶ Λακινίῳ [82]. ξένας δὲ θυσίας ἔθυον αὐτοὶ τὰς ἐν Ὀλύμπῳ, καὶ τελετάς [83]

sceleribus gestiebant gloriabanturque. Tibiae etiam, cantus, compotationes per omnia litora, principum in captiuitatem raptus, vrbium redemtiones captarum, opprobria erant Romani imperii. Erant nauigia praedatoria supra mille, capta ab illis oppida quadringenta. Inuiolata et intacta ante id fana adorti expilarunt, Clarium, Didymaeum, Samothracium, Proserpinae, quod est Hermione, templum, Aesculapii Epidauri, in Isthmo, Tenaro, Calauria Neptuni: Apollinis in Actio et Leucade: Iunonis Sami, Argis, in Leucadio. Peregrina sacra illa, quae peraguntur in Olympo, faciebant, et mysteria quae-

80 τὸ idem.

81 τὸ Ἰσθμοῖ καὶ T.] Legendum videtur τὸν Ἰσθμοῖ καὶ ἐν T. Et ita iam monuerat H. Steph. In Mur. est τόν.

82 Λευκανίῳ] Iunonis templum in Lucania ponitur a nobis. Est autem in Graeco ἐν Λευκανίῳ. Ego nullum memini me vsquam legisse nominari Leucanium. Existimo autem, eum de antiquissimo Iunonis Laciniae (nam prope Lucaniam est Lacinium) fano intellexisse, de quo cum multa geographi, tum Lycophron etiam, et eius interpres, Tzetzes. *Xylander.* Anon. et Mur. Λακινίῳ: quae genuina scriptura est. Ibi enim celeberrimum apud Romanos Iunonis Laciniae Templum, de quo passim Liuius. Quod autem ἐπὶ Λακινίῳ ait, non ἐν Λακινίῳ, vti de caeteris, ideo factum arbitror, quia in sinus litore situm erat, qui et ipse Λακίνιον dicebatur. *Moses Dusoul.*

83 τελευτάς Anon.

84 ὁδὸς

τινας ἀποῤῥήτους ἐτέλουν, ὧν ἡ τοῦ Μίθρου καὶ μέχρι δεῦρο διασώζεται, καταδειχθεῖσα πρότερον ὑπ᾽ ἐκείνων. πλεῖστα δὲ Ῥωμαίοις ἐνυβρίσαντες, ἔτι καὶ τὰς ὁδοὺς [84] αὐτῶν, ἀναβαίνοντες ἀπὸ θαλάσσης, ἐλῄζοντο, καὶ τὰς ἐγγὺς ἐπαύλεις ἐξέκοπτον. ἥρπασαν δέ ποτε καὶ στρατηγοὺς δύο, Σεξτίλιον [85] καὶ Βελλῖνον [86], ἐν ταῖς περιπορφύροις, καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἅμα καὶ ῥαβδοφόρους ᾤχοντο σὺν αὐτοῖς ἐκείνοις ἔχοντες. ἥλω δὲ καὶ θυγάτηρ Ἀντωνίου, θριαμβικοῦ ἀνδρὸς, εἰς ἀγρὸν βαδίζουσα, καὶ πολλῶν χρημάτων ἀπελυτρώθη. ἐκεῖνο δ᾽ ἦν ὑβριστικώτατον· ὁπότε γάρ τις ἑαλωκὼς ἀναβοήσειε Ῥωμαῖος εἶναι, καὶ τοὔνομα φράσειεν, ἐκπεπλῆχθαι προσποιούμενοι καὶ δεδιέναι, τούς τε μηροὺς ἐπαίοντο καὶ προσέπιπτον αὐτῷ, συγγνώμην ἔχειν ἀντιβολοῦντες. ὁ δ᾽ ἐπείθετο, ταπεινοὺς ὁρῶν καὶ δεομένους. ἐκ τούτου δ᾽ οἱ μὲν ὑπέδουν τοῖς καλτίοις [87] αὐτὸν, οἱ δὲ

quaedam peragebant arcana: quorum Mithris ſacra etiam hac memoria manſere primum ab illis monſtrata. Maiorem in modum Romanis inſultantes, etiam vias eorum, exſcenſione facta, infeſtabant, et villas maritimas exſcindebant. Corripuerunt aliquando etiam duos praetores, Sextilium et Bellinum, praetextatos, accenſosque et lictores cum illis ipſis abduxere. Capta fuit etiam Antonii, viri triumphalis, filia rus proficiſcens, et grandi pecunia redemta. Quod autem omnium fuit contumelioſiſſimum: vbi quis captus ciuem Romanum ſe eſſe clamauit, et nomen edidit, perculſos ſe fingentes trepidare, femora percutere, et genibus eius accidere, ſupplicesque, vt veniam daret, precari. Ille abiectos bona fide et ſupplices arbitrari. Tum alii calceos ei inducere, alii toga

84 ὁδοὺς] Anon. et Mur. προσόδους. Sed vulgatam, vt longe potiorem, retineo. *Moſes Duſoul.* [Xylander ad hunc locum ita annotat: Hoc dicendi genus videtur inſolens. Ac fortaſſis ſcripſerat non ὁδοὺς, ſed προσόδους, vt fuerit: *diripiebant ea, quae ex reditibus ad eos afferebantur:* aut ſcriptum fuit ἐλόχιζον, [pro ἐλῄζοντο] *inſidiabantur iis iter facientibus:* quomodo ſuſpicor legiſſe Amiotum.]

85 Σεξτίλλιον SGerm.

86 Βελλῆνον idem.

87 καλτικίοις, καλικίοις Vulc. καλκίοις SGerm.

88 τὴν

τήβεννον περιέβαλλον, ὡς δὴ μὴ πάλιν ἀγνοηθείη. πολὺν δὲ χρόνον οὕτω κατειρωνευσάμενοι καὶ ἀπολαύσαντες τοῦ ἀνθρώπου, τέλος ἐν μέσῳ πελάγει κλίμακα προσβαλόντες, ἐκέλευον ἐμβαίνειν, καὶ ἀπιέναι χαίροντα· τὸν δὲ μὴ βουλόμενον ὠθοῦντες αὐτοὶ κατέδυον.

25. Ἐπενείματο δ' ἡ δύναμις αὕτη πᾶσαν ὁμοῦ τι τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν [88], ὥστ' ἄπλουν καὶ ἄβατον ἐμπορείᾳ [89] πάσῃ γενέσθαι. τοῦτο δὴ μάλιστα Ῥωμαίους ἐπέτρεψε, θλιβομένους τῇ ἀγορᾷ, καὶ σπάνιν μεγάλην προσδοκῶντας, ἐκπέμψαι Πομπήϊον ἀφαιρησόμενον τῶν πειρατῶν τὴν θάλασσαν. ἔγραψε δὲ Γαβίνιος, εἷς τῶν Πομπηΐου συνήθων, νόμον, οὐ ναυαρχίαν, ἄντικρυς δὲ μοναρχίαν αὐτῷ διδόντα, καὶ δύναμιν ἐπὶ πάντας ἀν-

toga velare: ne vltra ſcilicet ignoraretur. Vbi ad eum modum diu hominem illuſerant, ludibrioque fuerant ſaturati, poſtremo, admotis medio in ſalo ſcalis, deſcendere et abire atque valere iubebant: qui nollet, hunc ipſi praecipitatum demergebant.

Caeterum haec piratarum manus mare noſtrum habebat infeſtum paene totum, prohibebatque nauigationem, et commercia emouebat. Id vero potiſſimum preſſos Romanos rei frumentariae anguſtiis et magnam famem timentes impulit, vt ad vindicandum a piratis mare mitterent Pompeium. Legem Gabinius, Pompeii familiaris, rogauit, quae non claſſis, ſed plane in omnes mortales, imperium et arbitrium concedebat nullis obno-

88 τὴν κατὰ θάλασσαν] Corruptum eſſe locum vidit Dacerius: legendumque arbitratur τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν. Non ignota quidem eſt Graecis phraſis illa, ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα. Strabo ea paſſim vtitur; et p. Ed. Par. 121. G. haec verba habet: ἡ ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς λεγομένη θάλαττα. Sed totum Mare Mediterraneum deſignat, quod nimis vagum. Reperienda itaque alia vox, et a ſcriptura Codd. minus abhorrens. Ego ſtatim de κάτω cogitaui, quod nunc in Anon. etiam et Mur. exſtare video. ἡ κάτω θάλασσα Plutarcho eſt Latinorum *Mare inferum*, quod et Τυῤῥηνικὸν πέλαγος infra vocatur (448, 8.); de quo ſermonem hic eſſe, omnia, quae ſequuntur, euincunt. Et, quod antea non obſeruaram, orae infimae codicis ſui Cl. Editor adſcripſit; [Forſan κάτω. Var. L.] *Moſes Duſoul.* In SGerm. ita legitur: ὁμοῦ τιμὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν.

89 ἐμπορίᾳ SGerm.

90 προσ-

θρώπȣς ἀνυπεύθυνον. ἐδίδȣ γὰρ ἄρχειν ὁ νόμος αὐτῷ τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων ςηλῶν θαλάσσης, ἠπείρȣ δὲ πάσης ἐπὶ ςαδίȣς τετρακοσίȣς ἀπὸ θαλάσσης. τȣ̃το δ᾽ ȣ̓ πάνυ πολλὰ χωρία τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων οἰκȣμένης τὸ μέτρον ἐξέφυγεν, ἀλλὰ τὰ μέγιςα τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν βασιλέων οἱ δυνατώτατοι περιελαμβάνοντο. πρὸς δὲ τȣ́τοις ἑλέσθαι πεντεκαίδεκα πρεσβευτὰς αὐτὸν ἐκ βȣλῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμονίας· χρήματα δὲ λαμβάνειν ἐκ τῶν ταμείων καὶ παρὰ τῶν τελωνῶν, ὅσα βȣ́λοιτο, καὶ ναῦς διακοσίας, κύριον ὄντα πλήθȣς καὶ καταλόγȣ ςρατιᾶς καὶ πληρωμάτων ἐρετικῶν. ἀναγνωσθέντων δὲ τȣ́των, ὁ μὲν δῆμος ὑπερφυῶς ἐδέξατο, τῆς δὲ συγκλήτȣ τοῖς μεγίςοις καὶ δυνατωτάτοις ἔδοξε μεῖζον μὲν φθόνȣ, φόβȣ δ᾽ ἄξιον εἶναι τὸ τῆς ἐξȣσίας ἀπερίληπτον καὶ ἀόριςον. ὅθεν ἐνίςαντο τῷ νόμῳ, πλὴν Καίσαρος· ȣ̂τος δὲ συνηγόρει τῷ νόμῳ, Πομπηΐȣ μὲν ἐλάχιςα φροντίζων, ὑποδυόμενος δὲ τὸν δῆμον ἐξ ἀρχῆς ἑαυτῷ καὶ κτώμενος. οἱ δ᾽ ἄλλοι τȣ̃ Πομπηΐȣ σφοδρῶς καθήπτοντο, καὶ τῶν μὲν ὑπάτων ἅτερος εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ῥωμύλον ζηλῶν ȣ̓ φεύξεται ταὐτὸν ἐκείνῳ τέλος, ἐκινδύνευσεν ὑπὸ τȣ̃ πλήθȣς δια-

obnoxium legibus. Dabat enim ei imperium ea lex omnis intra columnas Herculis maris, continentis totius ad quinquaginta a mari millia passuum. Hoc spatium Romani orbis loca sane quam pauca excludebant: verum id maximas gentes potentissimosque reges complectebatur. Praeterea permisit ei lex ex senatu deligere sedecim legatos, quibus singulas prouincias demandaret. Argenti ex aerario et a publicanis, quantum liberet, nauesque ducentas sumere: ipsumque militum sociorumque naualium, quantum visum esset, conscribere. Eam legem, vbi recitata est, populus magno studio comprobauit; principibus vero senatus et potentissimis supra inuidiam quidem visa est, sed formidolosa maxime illa immensa nullisque circumscripta limitibus potestas. Itaque impugnauerunt legem, Caesare excepto. Hic legi suffragatus est, haudquaquam in Pompeii gratiam, verum quo populum quamprimum subiret atque in se circumageret: caeteri acerbe lacerabant Pompeium. Alter consulum, qui ad illum dixit, Romuli vestigia sectantem non declinaturum illius exitum, fere a multitudine

 discer-

φθαρῆναι. Κάτλου δὲ κατὰ τοῦ νόμου προσελθόντος [90], πολλὴν μὲν αἰδούμενος ὁ δῆμος ἡσυχίαν παρεῖχεν· ἐπεὶ δὲ πολλὰ μετὰ τιμῆς ἀνεπιφθόνως ὑπὲρ τοῦ Πομπηΐου διελθὼν, συνεβούλευε φείδεσθαι, καὶ μὴ προβάλλειν τὸν [91] τοιοῦτον ἄνδρα κινδύνοις ἐπαλλήλοις καὶ πολέμοις· Ἢ τίνα, εἶπεν, ἕξετε ἄλλον, ἂν ἀπολέσητε τοῦτον; ἐκ μιᾶς γνώμης ὑπεφώνησαν ἅπαντες· Σεαυτόν. ὁ μὲν οὖν Κάτλος, ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἀπέστη· Ῥωσκίου δὲ προσελθόντος οὐδεὶς ἤκουσεν· ὁ δὲ τοῖς δακτύλοις διεσήμαινε, μὴ μόνον, ἀλλὰ δεύτερον αἱρεῖσθαι Πομπήϊον. ἐπὶ τούτῳ λέγεται δυσχεράναντα τὸν δῆμον τηλικοῦτον ἀνακραγεῖν [92], ὥστε ὑπερπετόμενον κόρακα τῆς ἀγορᾶς τυφωθῆναι [93] καὶ κατα-

discerptus est. Procedente ad dicendum contra legem Catulo, magnum silentium tenuit prae reuerentia eius populus. Postquam hic, multis Pompeii laudibus candide commemoratis, suasit, vt parcerent ei, nec periculis et bellis aliis talem virum obiicerent: quemnam enim (inquit) habituri estis alium, hunc si amiseritis? Omnes vna voce succlamauerunt: Te ipsum. Ita Catulus, vbi nihil profecit, destitit. Roscio incipienti dicere nemo praebuit aures: tum ille digitis significauit, ne solum, sed addito collega, designarent Pompeium. Ibi offensum populum tantum clamorem ferunt extulisse, vt superuolitans foro coruus caligine captus atque in

90 προσελθόντος] Non succurrunt nunc loca, sed in eam rem vtebantur, ni fallor, verbo προέρχεσθαι. Iterum tamen eodem modo p. seq. l. 5. Et IV. 100, 9. Sed praue. *Moses Dusoul.*

91 τὸν abest a SGerm.

92 καὶ κραγεῖν Vulcob.

93 τυφλωθῆναι] Quid sibi velit τυφλωθῆναι, *excoecari*, non plane assequor: mendum quidem puto. Simile exemplum, et disputatio eadem, est supra in vita T. Flaminini. *Xylander.* In vita Flaminii *de occoecatione* nihil dicitur. *Caliginem obortam* vertunt. et ita, stante hac scriptura, vertendum fuit. Sed suspecta mihi ea vox est; et a Plutarcho potius scriptum fuisse τυφωθῆναι arbitror, propter sequentia, in quibus, vt verior caussa, affertur percussio aëris, ὅταν ἐν τῷ ἀέρι σάλον καὶ κῦμα ποιήσῃ (φωνὴ) πολλὴ καὶ ἰσχυρὰ φερομένη. Haec enim omnia manifesto videntur respicere, vt caussam, ventum illum procellosum, quem τυφῶνα Graeci appellabant. Nec hilum quidem *de coecitate* in reliquis Plutarchi verbis exstat. *Moses Dusoul.*

94 κενὸν

πεσεῖν εἰς τὸν ὄχλον. ὅθεν ὀ δοκεῖ ῥήξει τοῦ ἀέρος καὶ διασπασμῷ κλόνον πολὺν [94] λαμβάνοντος ἐνολισθαίνειν τὰ πίπτοντα τῶν ὀρνέων, ἀλλὰ τυπτόμενα τῇ πληγῇ τῆς φωνῆς, ὅταν ἐν τῷ ἀέρι σάλον καὶ κῦμα ποιήσῃ πολλὴ καὶ ἰσχυρὰ φερομένη.

26. Τότε μὲν οὖν διελύθησαν. ᾗ δ' ἡμέρᾳ τὴν ψῆφον ἐποίσειν ἔμελλον, ὑπεξῆλθεν ὁ Πομπήϊος εἰς ἀγρόν· ἀκούσας δὲ κεκυρῶσθαι τὸν νόμον [95], εἰσῆλθε νύκτωρ εἰς τὴν πόλιν, ὡς ἐπιφθόνου τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπαντήσεως καὶ συνδρομῆς ἐσομένης. ἅμα δ' ἡμέρᾳ προελθὼν ἔθυσε, καὶ γενομένης ἐκκλησίας αὐτῷ, διεπράξατο προσλαβεῖν ἕτερα πολλὰ τοῖς ἐψηφισμένοις ἤδη, μικροῦ διπλασιάσας τὴν παρασκευήν. πεντακόσιαι μὲν γὰρ αὐτῷ νῆες ἐπληρώθησαν, ὁπλιτῶν δὲ μυριάδες δώδεκα, καὶ πεντακισχίλιοι ἱππεῖς ἠθροίσθησαν. ἡγεμονικοὶ δὲ καὶ στρατηγικοὶ κατελέγησαν ἀπὸ βουλῆς ἄνδρες εἰκοσιτέσσαρες ὑπ' αὐτοῦ, δύο δὲ ταμίαι παρῆσαν. αἱ δὲ τιμαὶ τῶν ὠνίων εὐθὺς πεσοῦσαι λόγον ἡδομένῳ τῷ δήμῳ παρεῖχον, ὡς

in turbam ſit delapſus. Vnde non probo, aëris ſciſſura et diuiſione multum agitati labaſcere aues, quae decidunt, ſed vocis percuſſas ictu, quum effuſe et violenter miſſa motum fluctuſque excitauerit in aëre.

Atque tunc dimiſſa eſt concio. Quo die ituri in ſuffragia erant, Pompeius clam rus profectus eſt. Nunciato, legem eſſe perlatam, vt frequentiae occurrentium inuidiam declinaret, nocte ingreſſus eſt vrbem. Vbi diluxit, progreſſus in publicum ſacrificauit, aduocataque concione, praeter illa, quae fuerant ei lege conceſſa, multa obtinuit, geminauitque paene apparatum. Siquidem naues quingentas compleuit, peditum centum viginti millia, equitum quinque millia conſcripſit: praetorios, et qui cum imperio fuerant, ex ſenatu viginti quatuor legatos delegit: quaeſtores additi ei duo. Mox pretia venalium laxata laetae plebi ſermones praebuere, ipſo nomi-

94 κενὸν πολὺν ἴσως κλόνον Vulc. κενὸν πολὺ Anon. κλόνον κενὸν πολὺν SGerm.

95 ita etiam SGerm. a vulgatis τὸν abeſt.

αὐτὸ τοὔνομα τοῦ Πομπηΐου λέλυκε τὸν πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ διελὼν τὰ πελάγη, καὶ τὸ διάστημα τῆς ἐντὸς θαλάσσης εἰς μέρη τρισκαίδεκα, καὶ νεῶν ἀριθμὸν ἐφ' ἑκάστῳ καὶ ἄρχοντα τάξας, ἅμα πανταχοῦ τῇ δυνάμει σκεδασθείσῃ τὰ μὲν ἐμπίπτοντα τῶν πειρατικῶν ἀθρόα περιλαμβάνων, εὐθὺς ἐξεθηρᾶτο καὶ κατῆγεν· οἱ δὲ φθάσαντες διαλυθῆναι καὶ διεκπεσόντες, ὥσπερ εἰς σμῆνος ἐδύοντο πανταχόθεν καταφερόμενοι τὴν Κιλικίαν· ἐφ' οὓς αὐτὸς ἐστέλλετο ναῦς ἔχων ἑξήκοντα τὰς ἀρίστας. οὐ μὴν πρότερον ἐπ' ἐκείνους ἐξέπλευσεν, ἢ παντάπασι καθῆραι τῶν αὐτόθι λῃστηρίων τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, τὸ Λιβυκὸν, τὸ περὶ Σαρδόνα καὶ Κύρνον καὶ Σικελίαν, ἡμέραις τεσσαράκοντα ταῖς πάσαις [96], αὐτῷ [97] τε χρώμενος ἀτρύτῳ καὶ τοῖς στρατηγοῖς προθύμοις.

27. Ἐν δὲ Ῥώμῃ τοῦ ὑπάτου Πείσωνος ὀργῇ καὶ φθόνῳ λυμαινομένου τὴν παρασκευὴν, καὶ διαλύοντος τὰ πληρώματα, τὸ μὲν ναυτικὸν εἰς Βρεντέσιον περιέπεμψεν,

nomine Pompeii debellatum. Porro partitus maria et interioris pelagi in tredecim sortes spatium, certum cuique nauium numerum et ducem attribuit, dispersaque quoquo versum manu incidentes cateruatim circumueniens piraticas naues, confestim tanquam indagine eas cinxit, atque in portus detraxit. Qui maturauerant distrahere se et euadere, hi in Ciliciam, sicut aluearium, vndique delati abdiderunt se: in quos ipse nauibus sexaginta praestantissimis contendit. Nec ante tamen intendit in illos cursum, quam latronum citerioribus globis vndequaque mare Tuscum, Africum, Sardoum, Corsicum, Siculum diebus solum quadraginta, impigro suo labore, et studio enixo legatorum expurgasset.

Romae autem quum consul Piso ira et liuore apparatum eius labefactaret, et dimitteret classiarios, Brundusium classem circummisit,

96 ἡμέραις τεσσαράκοντα ταῖς πάσαις] Miror, mendum tam manifestum, vel absque Codd. Mss. ope, non esse adhuc sublatum. Scribendum, cum Vulc. [et SGerm.] ἡμέραις. quod et ταῖς πάσαις satis ostendebat. *Moses Dusoul.*

97 αὐτῷ] Leg. haud dubie αὑτῷ.

98 ὥσπερ

αὐτὸς δὲ διὰ Τυῤῥηνίας εἰς Ῥώμην ἀνέβαινεν. αἰσθόμενοι δὲ πάντες ἐξεχύθησαν εἰς τὴν ὁδὸν, ὥσπερ οὐ [98] πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων ἐκπεμψαντες αὐτόν. ἐποίει δὲ τὴν χαρὰν τὸ παρ' ἐλπίδα [99] τῆς μεταβολῆς τάχος, ὑπερβάλλουσαν ἀφθονίαν τῆς ἀγορᾶς ἐχούσης. ὅθεν ὁ Πείσων ἐκινδύνευσε τὴν ὑπατείαν ἀφαιρεθῆναι, Γαβινίου νόμον ἔχοντος ἤδη συγγεγραμμένον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο διεκώλυσεν ὁ Πομπήιος, καὶ τἄλλα χρηματίσας ἐπιεικῶς, καὶ διαπραξάμενος ὧν ἐδεῖτο, καταβὰς εἰς Βρεντέσιον ἐξέπλευσεν. ἐπειγόμενος δὲ τῷ καιρῷ, καὶ παραπλέων τὰς πόλεις ὑπὸ σπουδῆς, ὅμως οὐ παρῆλθε τὰς Ἀθήνας. ἀναβὰς δὲ, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς, καὶ προσαγορεύσας τὸν δῆμον, εὐθὺς ἀπιὼν ἀνεγίνωσκεν εἰς αὐτὸν ἐπιγεγραμμένα μονόστιχα· τὸ μὲν ἐντὸς τῆς πύλης·

misit, ipse per Hetruriam Romam perrexit. Quo nunciato, obuiam effusi omnes sunt, quasi non paulo ante eum emisissent. Faciebat inexspectata conuersionis celeritas gratulationem, foro omnium rerum copia superfluente. Vnde abrogatus paene est Pisoni consulatus. Habebat enim ea de re rogationem Gabinius iam conscriptam: caeterum interpellauit et id Pompeius, atque vbi reliqua cum moderatione ad populum retulit, impetrauitque, quae desiderabat, Brundusium profectus soluit. Quum tempore vrgeretur, vrbesque properans praeteruehere-tur, non est praetergressus tamen Athenas. Eo profectus diis sacrificauit, ac quum populum appellasset, mox discedens singulares hosce versiculos in laudem suam scriptos legit, vnum intra portam:

Quate-

98 ὥσπερ οὐ....] Dacerius, non monito Lectore, sensum edidit Graeco textui contrarium. Inest quidem difficultatis aliquid his verbis, quia non addidit Plutarchus, quanto gaudio ei gratulabundi venerint. Sed huic incommodo series orationis medetur. Fidum interpretem vtique non decet sic a mente Auctoris sui clanculum recedere. Quod ideo hic obseruatum velim, non vt Dacerii diligentiae detraham: sed vt caueant, qui Interpretationem illius, non satis cum Graeco textu comparantes, sequentur. *Moses Dusoul.*

99 παρελπίδα, vno vocabulo, SGerm.

Ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ θεός.
τὸ δ' ἐκτός·

Προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν· εἴδομεν, προπέμπομεν.
ἐπεὶ δὲ τῶν συνεςώτων ἔτι [200] καὶ πλανωμένων ἔξω πειρατηρίων ἐνίοις δεηθεῖσιν ἐπιεικῶς ἐχρήσατο, καὶ παραλαβὼν τὰ πλοῖα καὶ τὰ σώματα, κακὸν οὐδὲν ἐποίησεν, ἐπ' ἐλπίδος [1] χρηςῆς οἱ λοιποὶ γενόμενοι, τοὺς μὲν ἄλλους διέφευγον ἡγεμόνας, Πομπηΐῳ δὲ φέροντες αὐτοὺς [2] μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐνεχείριζον. ὁ δὲ πάντων ἐφείδετο, καὶ μάλιςα διὰ τούτων τοὺς ἔτι λανθάνοντας ἐξιχνεύων καὶ λαμβάνων ἐκόμιζεν, ὡς αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἀνήκεςα συνειδότας.

28. Οἱ δὲ πλεῖςοι καὶ δυνατώτατοι γενεὰς μὲν αὐτῶν καὶ χρήματα, καὶ τὸν ἄχρηςον ὄχλον, ἐν φρουρίοις καὶ πολίσμασι καρτεροῖς περὶ τὸν Ταῦρον εἶχον ἀποκείμενα· τὰς δὲ ναῦς πληρώσαντες αὐτοὶ περὶ τὸ Κορακήσιον τῆς Κιλικίας ἐπιπλέοντα τὸν Πομπήϊον ἐδέξαντο· καὶ μάχης γενομένης, νικηθέντες ἐπολιορκοῦντο. τέλος δὲ, πέμ-

Quatenus te hominem putas, vere deus sis hactenus.
Alterum extra:
Praestolati te, venerati, vidimus, prosequimur.
Quoniam vero in quosdam ex iis, quae conglobata adhuc vagabantur in mari, praedonum examinibus supplices clementer consuluerat, acceptisque in deditionem nauibus et hominibus, nulla re laeserat eos; alii, spe gratiae concepta, legatos refugerunt, et ipsi Pompeio se cum liberis et coniugibus deditum iuere. Ille omnibus his pepercit, et praecipue horum opera delitescentes adhuc, quod atrocissimorum scelerum sibi conscii essent, indagauit ac cepit.
Maxima pars horum et praeualentissima proles suas, opes, et inutilem turbam in arcibus et oppidulis munitis ad montem Taurum seposuerant. Ipsi nauibus completis ad Coracesium Ciliciae instantem excepere Pompeium, atque acie commissa fusi, mox obsessi sunt. Postremo, missis caducea-

200 pro ἔτι Vulc. dat ἤδη, sed SGerm. SGerm. post ἔτι inserit διὰ.
1 ἐπελπίδος, vno vocabulo,
2 ἑαυτοὺς Vulc. SGerm.
3 τολ-

ψαντες ἱκετηρίας, παρέδωκαν ἑαυτοὺς καὶ πόλεις καὶ νήσους, ὧν ἐπεκράτουν ἐντειχισάμενοι, χαλεπὰς βιασθῆναι καὶ δυσπροσπελάστους. κατελύθη μὲν οὖν ὁ πόλεμος, καὶ τὰ πανταχοῦ λῃστήρια τῆς θαλάσσης ἐξέπεσεν οὐκ ἐν πλείονι χρόνῳ τριῶν μηνῶν. ναῦς δὲ πολλὰς μὲν ἄλλας, ἐνενήκοντα δὲ χαλκεμβόλους παρέλαβεν. αὐτοὺς δὲ, δισμυρίων πλείονας γενομένους, ἀνελεῖν μὲν οὐδ᾽ ἐβουλεύσατο, μεθεῖναι δὲ καὶ περιϊδεῖν σκεδασθέντας, ἢ συστάντας αὖθις, ἀπόρους καὶ πολεμικοὺς τοὺς πολλοὺς [3] ὄντας, οὐκ ᾤετο καλῶς ἔχειν. ἐννοήσας οὖν, ὅτι φύσει μὲν ἄνθρωπος οὔτε γέγονεν, οὔτ᾽ ἔστιν ἀνήμερον ζῶον, οὐδ᾽ ἄμικτον, ἀλλ᾽ ἐξί-

duceatoribus, se oppidaque et insulas, quae septa praesidiis tenebant expugnatu aspera atque inaccessa, in deditionem eius permisere. Ita debellatum est, et praedonum manus vndique mari non maiore, quam trium mensium, spatio exactae. Naues complures alias, rostratas nonaginta accepit. Ipsos praedones plus viginti millia neque interficere statuit, neque, vt dissiparentur, aut coirent de integro inopes et bellatores multi, sinere, existimauit securum. Reputans igitur, hominem natura neque nasci, neque esse, indomitum animal, vel ferum, sed efferari,

3 πολλοὺς] In quibusdam vetustis copula καὶ huic accusatiuo praefigitur [vt in SGerm.]: sed non placet καὶ πολλοὺς, quum iam multitudinem eorum declararit, dicens: δισμυρίων πλείονας γενομένους. Malim igitur scribere καὶ πολεμικοὺς τοὺς πολλοὺς ὄντας, [nam a vulgatis τοὺς abest] vt eos magna ex parte bellicosos fuisse intelligamus. Vnus tamen interpretum hanc significationem nomini πολλοὺς non dedit, ita vertens hunc locum: *Ipsos praedones plus viginti millia, neque interficere statuit, neque, vt dissiparentur, aut coirent de integro inopes et bellatores multi, sinere existimauit securum.* Alter autem eam, quam dico, significationem nomini πολλοὺς dedisse videtur, quippe qui ita verterit: *Ipsos autem piratas, quorum erat super viginti millia numerus, occidere ne cogitauit quidem: dimittendos porro, committendumque, vt homines egeni et bello viuere soliti plerique aut in varias regiones dissiparentur, aut inter se rursus coirent, nullo modo censuit.* Verum, vti dixi, τοὺς πολλοὺς potius scribendum esse putarem, vt alibi legimus: ὡπλισμένους δὲ φαύλως καὶ δέρμασι θηρίων τοὺς πολλούς. *H. Stephanus.*

4 βίων

ςαται, τῇ κακίᾳ παρὰ φύσιν χρώμενος, ἔθεσι δὲ καὶ τόπων καὶ βίȣ [4] μεταβολαῖς ἐξημερȣ̃ται· καὶ θηρία, διαίτης κοινωνȣ̃ντα πραοτέρας, ἐκδύεται τὸ ἄγριον καὶ χαλεπόν· ἔγνω τȣ̀ς ἄνδρας εἰς γῆν μεταφέρειν ἐκ τῆς θαλάσσης, καὶ βίȣ γεύειν ἐπιεικȣ̃ς συνεθισθέντας ἐν πόλεσιν οἰκεῖν καὶ γεωργεῖν. ἐνίȣς μὲν ȣ̃ν αἱ μικραὶ καὶ ὑπέρημοι τῶν Κιλίκων πόλεις ἐδέξαντο, καὶ κατέμιξαν ἑαυταῖς χώραν προσλαβȣ̃σαι· τὴν δὲ Σολίων ἠρημωμένην ἔναγχος ὑπὸ Τιγράνȣ, τȣ̃ Ἀρμενίων βασιλέως, ἀναλαβὼν, ἵδρυσε πολλȣ̀ς ἐν αὐτῇ. τοῖς δὲ πολλοῖς οἰκητήριον δέδωκε [5] Δύμην τὴν Ἀχαΐδα, χηρεύȣσαν ἀνδρῶν τότε, γῆν δὲ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἔχȣσαν.

29. Ταῦτα μὲν ȣ̃ν ȣ̓δ' οἱ βασκαίνοντες ἔψεγον· τοῖς δὲ περὶ Κρήτην πραχθεῖσι πρὸς Μέτελλον ȣ̓δ' οἱ πάνυ φιλȣ̃ντες αὐτὸν ἔχαιρον. ὁ γὰρ Μέτελλος, οἰκεῖος ὢν ἐκείνȣ τȣ̃ συνάρξαντος ἐν Ἰβηρίᾳ τῷ Πομπηΐῳ, ςρατηγὸς εἰς Κρήτην ἐπέμφθη πρότερον, ἢ τὸν Πομπήϊον αἱρεθῆναι. δευτέρα γάρ τις ἦν αὕτη τῶν πειρατηρίων πηγὴ, μετὰ

efferari, ſi vitiis ſe praeter naturam dederit, conſuetudine vero locorumque et vitae commutationibus cicurari; immo et belluas victus vſu mitioris feritatem et ſaeuitiam deponere: deliberauit illos a mari in continentem transferre, et vitae guſtum humanioris, aſſuefaciendo vrbes et agros colere. Hos ergo partim exigua et minus frequentia Ciliciae oppida acceperunt, atque in corpus ſuum contribuerunt agro aucta. Soliorum vrbem, nuper ab Armeniorum rege deſolatam, Tigrane, inſtaurans, complures ibi collocauit. Multis etiam ſedes dedit Dymae in Achaia, quae id temporis orba ciuibus erat, agrumque poſſidebat latum et opimum.

Atque haec quidem inuidi vellicabant. Illud vero, quod in Metellum perpetrauit in Creta, ne ſummis quidem amicis volupe fuit. Metellus enim, illius gentilis, qui Pompeii in Hiſpania collega fuerat, praetor erat in Cretam prius miſſus, quam deſignata haec prouincia Pompeio. Ibi enim, ſecundum illum in

4 βίων SGerm. 5 ἔδωκε idem. 6 αὐτὴ

τὴν ἐν Κιλικίᾳ· καὶ πολλὰς ἐγκαταλαβὼν ὁ Μέτελλος ἐξῄρει καὶ διέφθειρεν. οἱ δὲ περιόντες ἔτι καὶ πολιορκούμενοι, πέμψαντες ἱκετηρίαν, ἐπεκαλοῦντο τὸν Πομπήϊον εἰς τὴν νῆσον, ὡς τῆς ἐκείνου μέρος οὖσαν ἀρχῆς, καὶ πανταχόθεν ἐμπίπτουσαν εἰς τὸ μέτρον τὸ ἀπὸ θαλάσσης. ὁ δὲ δεξάμενος ἔγραφε τῷ Μετέλλῳ, κωλύων τὸν πόλεμον. ἔγραφε δὲ καὶ ταῖς πόλεσι, μὴ προσέχειν Μετέλλῳ, καὶ στρατηγὸν ἔπεμψε τῶν ὑφ᾽ ἑαυτὸν ἀρχόντων ἕνα, Λεύκιον Ὀκταούϊον· ὃς συνεισελθὼν εἰς τὰ τείχη τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ μαχόμενος μετ᾽ αὐτῶν, οὐ μόνον ἐπαχθῆ καὶ βαρὺν, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστον ἐποίει τὸν Πομπήϊον, ἀνθρώποις ἀνοσίοις καὶ ἀθέοις τοὔνομα κιχράντα, καὶ περιάπτοντα τὴν αὐτοῦ [6] δόξαν, ὥσπερ ἀλεξιφάρμακον, ὑπὸ φθόνου καὶ φιλοτιμίας τῆς πρὸς Μέτελλον. οὐδὲ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα [7] ποιεῖν ἀνδρὸς ἔργον, ἀλλὰ μειρακίου παντάπασιν ἐμπλήκτου καὶ σεσοβημένου πρὸς δόξαν, ἀνανεύοντα τοῖς ἄλλοις καὶ διακωλύοντα βάλλειν Ἕκτορα,

Μή τις κῦδος ἄροιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι·

in Cilicia, alter fons erat piratarum, multosque illic deprehensos cepit atque interfecit. Qui autem supererant adhuc et circumsidebantur, caduceatoribus missis, Pompeium in insulam acciuerunt, vt illius prouinciae partem, atque incidentem in praescriptum a mari modum. Ille, precibus eorum admissis, interdixit Metello per literas bello. Insuper scripsit ciuitatibus, ne Metello dicto essent audientes, vnumque ex legatis suis misit, L. Octauium, qui cum obsessis includens se muris, atque cum his arma socians, non modo odiosum et inuidiosum, verum ridiculum quoque Pompeium reddidit; qui inuidia in Metellum et aemulatione hominibus nefariis et impiis nomen suum accommodabat, et, velut amuletum, appendebat suam auctoritatem. Nam neque Achillem viri functum officio dixerunt, sed adolescentuli plane stolidi et animi ad gloriam impotentis, qui abnueret aliis et vetaret telo petere Hectorem, ipsoque icto

Ipse ita posterior, praerepta laude, veniret:

Pompe-

6 αὐτοῦ SGerm.

7 Ἀχιλλέα] Locus est libro Iliadis XXII. *Xylander*. Iliad. X. 207. *Moses Dusoul.*

8 τῷ

Πομπήϊον δὲ καὶ σώζειν ὑπερμαχῦντα τῶν κοινῶν πολεμίων, ἐπὶ τῷ [8] τὸν θρίαμβον ἀφελέσθαι στρατηγῦ πολλὰ πεπονηκότος. ὐ μὴν ἐνέδωκεν ὁ Μέτελλος, ἀλλὰ τῦς τε πειρατὰς ἐξελὼν ἐτιμωρήσατο, καὶ τὸν Ὀκταΐον ἐν τῷ στρατοπέδῳ καθυβρίσας καὶ λοιδορήσας ἀφῆκεν.

30. Ἀπαγγελθέντος δ' εἰς Ῥώμην πέρας ἔχειν τὸν πειρατικὸν πόλεμον, καὶ σχολὴν ἄγοντα τὸν Πομπήϊον ἐπέρχεσθαι τὰς πόλεις, γράφει νόμον εἷς τῶν δημάρχων, Μανίλιος [9], ὅσης Λεύκυλλος [10] ἄρχει χώρας καὶ δυνάμεως, Πομπήϊον παραλαβόντα πᾶσαν, προσλαβόντα δὲ καὶ Βιθυνίαν, ἣν ἔχει Γλαβρίων, πολεμεῖν Μιθριδάτῃ καὶ Τιγράνῃ, τοῖς βασιλεῦσιν, ἔχοντα καὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν, καὶ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης, ἐφ' οἷς ἔλαβεν ἐξ ἀρχῆς. τῦτο δ' ἦν ἐφ' ἑνὶ συλλήβδην γενέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. ὧν γὰρ ἐδόκει μόνων ἐπαρχιῶν μὴ ἐφικνεῖσθαι [11] τῷ προτέρῳ νόμῳ, Φρυγίας, Λυκαονίας,

Pompeium vero etiam conſeruare armis inſtitiſſe hoſtes publicos tuerique, quo detraheret poſt labores exantlatos multos praetori triumphum. Haud ceſſit ei Metellus tamen, verum piratas expugnauit ſumſitque de iis ſupplicium. Octauium multis contumeliis et probris in caſtris affectum dimiſit.

Poſtquam bellum piraticum patratum eſſe Romam eſt allatum, vacuumque negotiis Pompeium vrbes viſere, vnus tribunorum plebis, Manilius, legem rogauit, qua legiones et prouincias, quas Lucullus habebat, dabat Pompeio. Addebat Bithyniam, quam Glabrio obtinebat: vt ille bellum cum Mithridate et Tigrane regibus gereret, retineretque claſſem et imperium maritimum, vt ab initio acceperat. Hoc erat vni ſemel ſubiicere totum imperium Romanum. Quas enim videbatur prouincias priore lege non obtinere, Phrygiam, Lycaoniam, Gala-

8 τῷ deeſt Iunt. et Ald. ſed SGerm. pro eo τὸ exhibet.

9 Μάλλιος] Scribe, cum Anon. et Mur. Μανίλιος, vt iam verterant Interpp.

10 Λεύκολλος SGerm.

11 ἀφικνεῖσθαι] Scribendum cum Vulc. Anon. et Mur. ἐφικνεῖσθαι: vti monuerat iam Steph. *Moſes Dujoul.*

12 Λεύ-

pen. in hoc loco nihil video. quamquam, quid Plutarchus, aut voluerit, aut debuerit certe dare, ſuſpicor. ſcil. ad hunc ferme modum: ἐγχώριοι δίαιται, καὶ κατασκευὴ περιπάτων καταγείων, καὶ πρὸς βοῤῥᾶν ἀναπεπταμένων ἀνδρώνων.

316. 11. Locus Horatii eſt Epiſt. lib. I. ep. VI. v. 40. ſq.

318. 8. ἐπὶ τοῦτο poteſt defendi.

319. 6. pro βουλομένων ſententia poſtulat, aut εἰωθότων, aut νενομισμένων, aut τεταγμένων.

320. 13. συνεσχόλαζεν reuocaui e Iunt. et Ald. pro vulgari συνησχ. et verſu 14. ὅτου ex iisdem, pro vulg. ὅπου, et v. vlt. ἠσπάζετο pro ἐσπ.

321. 2. τοῖς Καρνεάδου] ita prima dedit Aldina, Iuntina τῆς Κ. non me fugit, in libris graecis mſtis et vetuſtiſſimis eorum editionibus prelo excuſis οι et η inter ſe creberrime permutari. vt τῆς a Iuntina proditum pro τοῖς nil mirer, tanquam inſolens, quod eſt ſolentiſſimum. Duxit tamen haec, quaecunque eſt, lectio τῆς

in eam

in eam ſuſpicionem, vt τῆς Καρνεάδυ διαδοχῆς mihi perſuaderem a Plutarcho relictum eſſe.

321.6. malim ἀντέταττε (in actiuo). *quem Antiochum Lucullus opponebat.* non, id quod vulgata lectio ſubiicit, *quo fretus amico Lucullus ipſe ſeſe Philonis familiaribus opponebat.*

8. εἰς non magis eſt *pro* ſecta, quam *aduerſus* eam, ſed vniverſe *de* ſecta. Deſignat Ciceronis quaeſtiones academicas.

10. Λέκελλος δ' ἀναγέγραπται] ſic dedi de meo, pro vulgari Λ. δὴ ἀναγ. quae praua lectio ex eo nata eſt, quod in Iunt. et Ald. pro particula δ' (vnde Stephanus per errorem δὴ effecit) legitur δι'. literae Delta ſolet in vetuſtis libris adhaereſcere cauda veluti quaedam, quae ab incautis pro ι haberi ſolet.

323.1. νεκρῦ, ῦ λεγομένυ] articulum ῦ de meo addidi. alias conſtructio labat.

antep. malim κατακλύσαι. velut torrentem ſuperfuſum obruiſſe et obliteraſſe atque merſiſſe. aut eluiſſe et abſtuliſſe, vt torrens, in quae incurrit, ea raptata ſecum auffert.

vlt. καθάπερ ἂν ἐν] particulam ἂν de meo addidi. *haud ſecus, ac ſi — vita deceſſiſſet.*

324.1. ἀλλ' ἀκμὴν εὖ ἐχόντων] ſic de meo dedi, εὖ addens. nam ἀκμὴν hic loci aduerbium eſt, non ſubſtantiuum, et ſignificat *adhuc.*

325.1.f. ἐπὶ ϛρατοπέδυ δὲ μένων ἀεὶ, καὶ ϛρατηγῶν ὐκ ἀπειρηκὼς [id eſt καὶ ὐκ ἀπειρηκὼς ἐν τῷ ϛρατηγεῖν.] quare etiam comma, quod in vulgatis pone ϛρατηγῶν poſitum cernitur, eraſi.

pen. f. ἀφροδίσια, οἱονεὶ μεθεώρτια τῶν πολέμων.

326.11.f. ἀπερικλείϛυς, *infinitos proſpectus*, nullo obſtaculo terminatos. conf. p. 315. vlt. vbi ἀναπεπταμένυς ἀνδρῶνας appellat.

327.8.f. αἱ δὲ περὶ τὰς πράξεις.

329.2. ἀρχύσῃ (in datiuo) de meo dedi, pro vulg. ἀρχύσης (in genitiuo).

5. ὖν vncis incluſi, vt vitioſe redundans. aut poſſit legi Πέρσας μὲν συναναγκάσας.

13. τὸ παρέγγελμα] id eſt τὴν ἐξυσίαν τῦ παραγγέλλειν. poteſtatem ſociis diem locumque imperandi, quo in armis adſint, operam nauaturi, et numerum copiarum, et ſummam aeris conferendi.

330.1. τῆς παρ' αὐτὸν αἰτίας] non abſoluat crimine penes ipſum ſito, et in ipſum conferendo. ἡ παρ' ἐμὲ αἰτία eſt incuſatio culpae penes me ſitae et mihi imputandae, quod παρ' ἐμὲ ἐγίγνετο, res per me ſteterit, quae facta non eſſet, aut melius eueniſſet, niſi ego eam corrupiſſem.

8. ἅδυσι] *placent.* non improbo. ſolet tamen in proſa frequentius vſurpari ἁνδάνυσι.

antep. f. καίπερ εἰς τὸ κατὰ φύσιν [ſcil. ἔχον σχῆμα] ἀνάγοντες τὰς παραρθρώσεις. (per ω) nam ἀρθρῦν vſurpatur, non ἀρθρεῖν.

331.7.

331. 7. post νότον videtur siue Χαλδαίαν, siue Βαβυλῶνα, siue tale quid, deesse.

8. malim βασιλέων. et sic dedi.

ibidem. δὲ] malim τε. ob toties iterata τε ante praemissa. verumtamen proximum δὲ versu 9. est seruandum.

15. ὐδὲν ἄλλο ἔργον] scil. μέγα καὶ ἔνδοξον, μετὰ τὰ πρότερα αὐτῶν κλεινὰ ἔργα.

332. 12. f. προκαταπεπτωκότων. nam προπίπτειν non est *ante concidere*, animo prius, quam corpore, sed efferri et ruere temeritate, vnde ἡ προπέτεια.

19. forte ἐπενίκησε. *postmodum vicit*, vel *insuper vicit.*

333. 2. f. ἃ μέλλει κατορθῦν.

AD NICIAM.

336. 9. f. καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων, *et per ipsa sola necessaria*, vel, *in solis necessariis*. scil. ἐπιδραμὼν, *vbi perstrinxero.*

11. πρὸς bene si habet, significat h. l. idem, atque ἐπὶ, *super*, vel ἐν, *in.*

vlt. post τρόπυ videtur ἐπιτήδειον, vel ἐπιτηδειοτάτην, deesse.

337. 6. ἐκ Κέω, *ex insula Ceo oriundus*, dedi de meo, (quo auctoritas latini quoque accedit interpretis) pro vulgari ἐν Κέῳ.

7. post ἀλλὰ deest aliquod epithetum, e. c. σφαλερὸν, vel simile quodpiam.

vlt. καὶ συμφιλοτιμ.] particulam copulantem e Iuntina addidi. verum p. 338. 3. τὸ articulum de meo addidi ante voc. θράσος.

338. pen. pro τὺς ὑπερορῶντας, quomodo prima dedit Aldina, legitur in Iuntina τὺς παρόντας. vnde poterat etiam effici τὺς σπαράττοντας, vel τὺς πτύροντας, *terrentes*. vniuersus hic locus ita videtur esse legendus: παρέχει (in tertia persona sing. praes. indicatiui) τὸ (in nominatiuo sing. generis neutrius) δεδιέναι τὺς πτύροντας, αὔξειν δὲ τὺς δεδιότας. *A gratia populari magnam addit potentiam hoc, vt tu te terrentes reformides, et, qui te reuerentur, eos ornes atque extollas.*

339. 3. τύτοις] scil. simulatione, et orationis gratia atque plausibilitate; non autem, virtute.

13. νεὼς] imo vero νέος. id est νεανίας, vel νεανίσκος, *adolescens*. simulacrum fuit, aeneum, argenteumue, illius pueri, quem Nicias, populo placentem, manumisit.

340. 1. vulgarem lectionem h. l. non male arbitror habere. καταφημίζειν τινὶ, aliquem, est, eum alteri ita oratione assimulare, vt hunc aias istius aemulum et quasi antitypum esse. Vt si dicas: hic puellus est alter Bacchus. h. e. forma Baccho simillimus.

341. 13. f. sic reliquit Plut. ἀγοραῖον συμπέφυρται [vel ἐπιπολάζει]. ἐστιν ὐκ ἄδηλον. ἀλλὰ γὰρ τῷ λοιπῷ, vel ἅμα δὲ τῷ λοιπῷ —

342. 5. Λαυρεωτικῇ reuocaui e Iuntina, pro Λαυριωτ. quod

ex

ex Aldina in reliquas promanauit. proprie deberet per ει exarari.

342. 7. in paratis numis, non in fundis.

pen. f. τῷ πατρὶ. ne ſycophanta ille populum doceret, qui ſatus eſſet Charicles; ex illo ſcilicet patre, cuius haberetur atque diceretur, nequaquam, ſed ex alio, qui patrem Chariclis putaticium aere magno dato adduxiſſet, vt matrem Chariclis in matrimonium duceret, a ſe grauidam factam, puerumque a ſe ſatum, ab illa edendum, pateretur pro ſuo haberi. Particula infitians οὐκ v. antep. ſeruari poſſe videtur, ſi oratio, non indicatiuo modo dicta, ſed interrogatiuo, accipiatur. Nonne Charicles ei minam dedit, quo ne proderet, ſe, Chariclem, primogenitum eſſe fratrum ſuorum, patri natum e crumena. matri enim natus fuerat pari modo, atque reliquis omnibus matribus liberi naſcuntur. Patri quidem poteſt filius naſci e crumena, eo modo, quem dixi. matri autem nulla non naſcitur proles e pene.

345. 8. ἐπὶ ταῖς θύραις (in foemin.) reuocaui e Iunt. et Ald. pro ἐπὶ τοῖς (in maſc.) θύραις. quamquam neſcio, an melius etiam ſit ἐπὶ τὰς θύρας in accuſ.

16. Ἰταλίαν (in accuſ. ſing.) reſtitui ex iisdem pro vulgari Ἰταλίας (in accuſ. plur.)

349. 2. γευόμενον, *guſtantem* (a γεύεσθαι, vnde γεῦμα, *guſtus*) de meo dedi, pro vulgari γενόμενον.

352. antep. in Iunt. et Ald. eſt ῥίψει. quod ſi probatur, addendum ei erit ὅμοιον, vel ἐοικὸς. nam ῥίψει eſt h. l. datiuus in ſing. nom. ſubſt. ῥίψις; non 3. perſ. fut. 1. verbi ῥίπτειν.

355. 9. ἀναπαύσας in actiuo malim.

356. 6. f. μίτον ἐναμφιπλέκειν. *at in ea* (haſta) *araneae telas vndique ſuas circumtexant.*

357. 1. ἐκείνην addidi e Iunt. et Ald.

5. προτέρων de meo dedi, pro vulgari πρότερον. vide v. 7.

7. τοὺς Λακεδαιμονίους] imo vero τοὺς Ἀθηναίους. id quod vt ſuſpiceris, non ſolum amor Niciae erga Lacedaemonios facit, ſed etiam factum eſſe teſtantur inſequentia. v. p. 358. 1. 359. pen.

358. 8. προεντυγχάνοντες de meo dedi, ſine σ in prima ſyllaba, pro vulgari προσεντ. prius congreſſi cum ſenatu, prius in ſenatum adducti, quam ad agendum cum populo in concione admitterentur.

12. μὴ φῶσι] neque ipſi vltro aiant, et prae ſe ferant, neque interrogati fateantur.

361. 1. malim καὶ παρὰ γνώμην βιαζόμενος.

362. 10. καὶ κολάσεως] *ipſius adeo punitionis.* particulam copulatiuam addidi e Iunt. et Ald.

13. προσποίησιν hic loci accipio, pro σπουδῇ τοῦ πρὸς ἑαυτὸν ποιεῖσθαί τι. ſtudio aliquid curandi, ornandi, fouendi, amplectendi, tuendi, et quaſi nutricandi. cum tu rem, quam tibi deligis ornandam

dam atque tuendam, ad te ais pertinere, tibi arrogas, tuam ais perſonam decere, vt eam tuearis. verbo vt dicam, idem valet h. l. προσποίησις, atque προστασία, *tutela, patrocinium.*

363. 7. πρὸ τῶν —] non ſolummodo, quas tolerauit extremas calamitates, eas non toleraſſet, ſed etiam laudem optimi imperatoris, qua florebat, obtinuiſſet ſaluam et perpetuam.

11. οὕτω] ſcil. vt ego tradidi.

13. πειθόντων dedi e Iunt. et Ald. pro vulgari πειθόντων.

15. βουλῆς] num βοῆς.

364. 15. poſt φιλοτιμίας, aut verſu 16. poſt ἐξωθεῖν, deeſt φάσκων, vel tale quid.

pen. ἐπιτηδειότατος in ſuperlatiuo malim.

ibid. f. ἀσφάλειαν παρέξειν [ſcil. τῇ πόλει] — τὴν ἐκείνου συγκεραννυμένην εὐλάβειαν. in accuſat. *magnum in eo fore reip. praeſidium, ſi eius cautio cum Alcibiadis temeritate miſceatur.*

vlt. πρᾳότητα] num τραχύτητα.

365. 10. ſi Plutarchus morem ſuum hic quoque tenuit, προσέφερε ſcripſit, non προὔφερε.

vlt. ἀπέτρεπεν] nedum vt occulta eos oracula a propoſito auertiſſent.

366. 3. reuocaui κείμενον (aptum enim eſt e praemiſſo ὃν καλοῦσιν) e Iuntina et Aldina, pro vulgari κείμενος.

5. poſt ἐξαίφνης videtur ἐξοιστρωθεὶς, aut ἐμμανὴς γενόμενος, aut ſimile quid, excidiſſe.

6. περιβὰς] ſtans coram eo, et huc illuc ſeſe torquens, vt ſolent marmorarii ſtantes coram ſimulacro ſtante, aut ſtantes ſuper eo iacente, et ſcalprum modo hanc, modo illam in partem transferentes ſedulo.

367. 2. malim ὑφάψειν. *minabatur domum a ſe incenſum iri.*

10. f. εἰς τοὺς πολλούς. cum articulo. *emanauit in plebem.*

pen. ταφαὶ] elationes funerum, exſequiae, ritus celebrabantur, qui celebrari ſolent in exſequiis mortuorum.

368. 3. μαρανθῇ] ad inſtar hortorum Adonidis, ad quos alludi, nemo eſt, quem fugiat.

vlt. μὴ κρατηθῆναι τοῖς λογισμοῖς] recogitando ſaepius, atque in animo ſuo reuoluendo iterum atque iterum hoc, quod victus eſſet, non veris ratiociniis et documentis rerum, ſed ἀγνωμοσύνῃ μόνον τοῦ δήμου, καὶ ὁρμῇ τῶν πολεμοποιῶν, ſtoliditate populi, et furore concitatorum belli ſolummodo.

369. 4. τὴν τύχην] quamnam? ſuamne, Niciae, priuatam? an ciuitatis publicam ratione rerum Sicularum, quae in oraculis ſiniſtra et dira iactabatur eſſe? h. e. rebus ipſis planum facere, illa oracula eſſe mendacia.

pen. μάχην τιθέναι ecquis alius vnquam dixit?

370. 5. ὑπεξέλυσε dedi de meo, pro vulgari ἐπεξέλ. *clam, latenter exſoluit.*

10. αὐτοῖς malim, *ipſis*, Athenienſibus puta. Niciae enim ipſi nullae fuerant ab initio bonae ſpes.

12. f. παρέστησεν. nam παρατιθέναι φόβον τινὶ non eſt vſitata dictio, ſed παριστάναι. aut ſaltim περιέθηκεν leg. eſt.

371. 6. vulgaris lectio λέγοντες (in nominat. plur. recte habet, atque ſeruanda eſt. οἱ μάντεις ἠχθέσθησαν λέγοντες idem eſt, atque ἀχθεσθέντες ἔλεγον. prodebant aegritudinem ſuam eo; quod dicerent, ſe vereri, ne oraculum illud, *fore, vt Syracuſani omnes ab Athenienſibus caperentur*, hoc facto iam in exitum abierit. χρησμὸς, ὡς Ἀθηναῖοι λήψονται idem eſt, atque χρησμὸς ὁ λέγων, vel φάσκων, ὅτι Ἀθην. λήψ. In eiuſmodi locis ſolet Plutarchus vocabulum λέγων omittere.

8. ἕτεροι de meo dedi, pro vulg. ἕτερον. *alii rem banc* [capturum Syracuſanorum omnium] *aiunt peractam eſſe Athenienſibus tum temporis, cum —*

372. 6. β. τι κοινῇ] reſtitui e Iunt. et Ald. (nam κοινῇ aduerbiale eſt) pro vulgari β. τῇ κοινῇ, *neſcio qua de re communiter deliberantibus.* docere vult, quantam auctoritatem Niciae addiderit opulentia eius, atque amplitudo fortunarum.

7. deleui γνώμην, quod, vt a Bodl. 3. ita a Iuntina quoque Aldinaque abeſt, et quo facile careat ſententia.

8. malim ἐγὼ μὲν, φάναι.

10. malim ὑφ' ἑαυτῷ (in datiuo.)

374. vlt. ἐδόκει de meo addidi: quoniam ſine eo neque ſententia, neque conſtructio conſtat. idem eſt, atque ſi ſic dixiſſet: ὅθεν ἥκιστα βλαπτόμενος τούτοις, οἷς λείπεσθαι ἐδόκει τῶν πολεμίων, ἤλπισεν ἐκ τούτων ἀκωλύτως πολεμήσειν, ἐξ ὧν ἐθάῤῥει. *minimas accipiens moleſtias, minimaque damna, per ea, quibus inferior eſſe hoſtibus videbatur, ſperabat, copiam ſibi perpetuam fore belli libere gerendi: propter ea*, vel *per ea, quibus fidebat.*

375. 9. φόβον γε καὶ] ſic dedi de meo. vulgares pro medio vocabulo dant τε.

377. 12. f. ἀλλὰ τοῦ τοῦτ' ἐξεργ.

Ibid. μικρὸν ἐδέησε τοῦ παντὸς] poſſent duo poſtrema vocabula τοῦ παντὸς ſine damno abeſſe. quod ſi tamen feremus, idem erit, atque ſi dixiſſet μικρὸν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἐδέησεν, *er* (Nicias) *ermangelte nur ein weniges am gantzen*, d. i. *an Vollendung des gantzen.*

vlt. λεῖμμα non tam vſitatum eſt, quam compoſitum ἔλλειμμα. quare hoc malim.

378. 8. f. πρὶν ἐκ θεῶν, (εἰ ὄντως) ἢ τ. *antequam a diis, (ſi vnquam reapſe, a diis) aut potius a fortuna obſtaculum opponeretur rebus Athenienſium.*

380. 2. f. ἦν δ' ἐλπίδος μεστὸς καλῆς.

380. 3.

380. 3. post στρατόπεδον deest voc. ἀφίκετο.

11. f. πανταχοῦ τοὺς Ἀθ.

pen. εὐθὺς] num ἀήθως, *insolito modo.*

vlt. f. ῥοπῆς τῆς τύχης.

381. 6. εἰσέπλευσε] scil. in Siciliam.

Ibid. διὰ πορθμείου] num διὰ τοῦ Πορθμοῦ. per fretum Siculum. sed hoc Solanus iam occupauit.

7. num προσορμισθεὶς. nam dubito, num προσκομίζεσθαι vsurpetur pro προσορμίζ.

pen. num καὶ πρὸς τοῦτο.

Ibid. εἶχε] Nicias puta. verum num praestat εἶδον. *videbant.* Syracusani puta.

384. 7. f. εἰς τὰς διαστολὰς. cum articulo. suis opplens operibus interualla a moeniis Athen. vacua relicta.

385. 4. si πρώτων adsciscis, quod probo, et mihi quoque in mentem venit, tum πολλῶν ante v. πολλὰς erit versu 5. interserendum.

388. 10. ἐπὶ συμβάσει (in datiuo sing.) dedi de meo, pro vulgari ἐπὶ συμβάσεις.

389. 13. ἔτι hic loci vsurpatum est pro τέως.

Ibid. malim ἐπιβαῖνον. *adueniens, succedens.*

390. 1. περισκιαζομένης] τῆς σελήνης puta. atqui quomodo luna ab armis obumbretur. num ergo praestat lectio Iuntinae περισκιαζομένοις, vt ad ὅπλοις redeat. Ego vero de meo dedi περισκιαζομένῃ, vt ad νυκτὶ referatur. *in nocte obumbrata et ab armis multis, et a corporibus multis, quae arma et quae corpora per lucem oppositae lunae discurrerent.*

2. διασαφῆσαν de meo dedi. (in partic. aor. 1. actiu. in genere neutro a verbo διασαφεῖν) pro vulgari διασαφοῦσαν. item ποιοῦν, v. 3. (in neutro partic. praes. actiui) dedi de meo pro vulgari ποιεῖν. Ambo illa participia neutrius generis apta sunt e praemisso τὸ τῆς ὄψεως ἄπιστον, p. 389. antep. *infidelitas visionis — faciens* (vel *reddens*) *etiam familiares suspectos, propterea quod illa infidelitas visionis claras et perspicuas nullas exhiberet species.* διασαφῆσαν idem est, atque, διὰ τὸ διασαφῆσαι. possit etiam διασαφούσης legi, vt ad ὄψεως referatur. Atque hoc etiam praetuli. erratum fuit in compendio terminationis ης, quod exscriptor non recte discernens pro αν habuit.

392. 3. sententia loci haec est: Demosthenes silentio suo locum fecit Niciae, vt reliquis fortiter et efficaciter repugnaret, si qui discessum cum classe vrgerent. παρέσχε τῷ Νικίᾳ τὸ ἀναμάχεσθαι τοῖς ἄλλοις περὶ τῆς ἀποβάσεως. caeteroquin dictio mihi quidem insolens est ἀναμάχεσθαί τινι pro *repugnare alicui.*

393. 7. τε de meo dedi pro vulgari γε.

393. 11. τινὸς, ἢ] id eſt τινὸς μᾶλλον, ἢ — nam interdum μᾶλλον omittitur, vbi eo vel inprimis opus erat.

14. διατρίβοντας bene ſi habet, neque potius κατατρ. legendum eſt, ſignificabit, ſuis διατριβαῖς, diſputationibus, conterentes.

394. 11. Stilbides, non noui, nomen Atticum eſſe, at Stilbonides noui.

395. 8. περιλαμβ. de meo dedi pro vulg. παραλαμβ.

397. 9. malim ἀλλαχόθεν ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἐπιφερομένας.

398. 4. οὔσαν ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν] ſic partim de meo dedi, pro vulgari οὔσαν. ἃ δὴ πρὸς ὀφθ.

399. 3. ὑπέμεινεν meum eſt, caetera Mureti ſeu ingenio, ſeu iudicio et libris, debentur. vulgatae l. h. ſic exhibent: διέμεινεν ἀψευδῶς, καὶ ἔδεισε, μὴ τὸ τῶν πολεμ.

400. 2. malim εἰς τὴν ἀναγκαίαν, ob inſequens τὰ σμικρότατα. victum neceſſarium, h. e. eum, praeter quem nullus alius tibi praeſto eſt, et quo ſi recuſes vti, fame tibi pereundum ſit, quia melioris copia nulla detur.

3. τὰ σμ. τ. ἐφ. εἰσάγοντος εἰς σῶμα πολλῶν —

5. δὲ reſtitui e Iuntina et Ald. pro vulg. καὶ.

antep. λαμπρυνάμενος (in aor. 1.) dedi pro vulgari λαμπρυνόμ. (in praeſenti.)

pen. malim κέχρηται.

402. 8. δόξαν reſtitui e Iuntina et Ald. pro vulgari δόξαι. verum pro ἀτυχίαις leg. eſt εὐτυχ. *qui gauiſus ſim fama et gloria e tantis meis priſtinis facinoribus praeclaris.* aut alias pro ἔσχον leg. erit ἕξω in futuro.

403. 7. ὢν dedi de meo pro vulg. ὄν.

404. 3. f. ταῦτ' ἀποδεχομένων. an Plutarchus προσδέχεσθαι, pro ἀποδέχ. vſurpauit.

405. 3. verba καὶ δι' ἑνὸς τῶν φυλάκων παρέντων non intelligo.

antepen. f. καίτοι οὓς ὡς οἰκέτας ἐπώλουν, ἐπώλουν σίζοντες. *quamquam, quos vt mancipia vendebant, eos vendebant inuſta in frontem equi nota.*

406. 4. Graeci ἐντὸς, ſeu interiores, appellantur hi, qui intra fretum Gaditanum ad oras maris mediterranei habitant. qui extra, ἐκτός.

12. δὴ dedi de meo, *igitur*, pro vulg. δὲ.

antep. τοὺς Καννίους de meo dedi, pro vulgari τοῦ Καννίου.

407. 2. παρεῖναι] id eſt παριέναι, *veniam dediſſe nauis in portum deducendae.* καὶ, quod in vulgatis vitioſe redundat, deleui, ex auct. Iunt. et Ald.

8. f. καὶ οὔπω προσβαλὼν, *nondum congreſſus cum magiſtratibus,* εὐθὺς τοῖς κατ' ἀγορὰν — *ſtatim inter homines circumforaneos, in foro verſantes, dididit hanc famam.*

AD M. CRASSVM.

410. 3. μία πασῶν δ' ἐῤῥωμενεστέρα] fic dant vulgatae. ego et comma, et particulam aduerfantem deleui meo arbitratu.

vlt. εἰς τρεῖς δὲ μῆνας] fic partim de meo dedi, (fcil. εἰς addens) partim reftitui e Iunt. et Ald. pro vulgari τρεῖς δὲ μνᾶς.

411. 7. τῶν ἀνῃρημένων] articulum e Iunt. et Ald. addidi.

9. f. καὶ ἀπαραιτήτως. aut ἀκρατεστάτοις. vt βουλόμενος ad Sullam, ita ἀπεῖπε, v. 10. ad Craffum redit.

414. antep. malim ὑπερεβάλλετο in medio, quod vfitatius eft, quam actiuum.

416. 4. malim Κίννα καὶ Μάριος κρατήσαντες (in nominatiuo.)

9. περιβαλλόμενον] telis hoftium vndique fe, veluti feram, peti. raro modo fic vfurpatum eft hoc verbum.

417. 6. ἐπιλιπόντων dedi de meo, pro vulgari ἀπολιπ.

11. θέντα (in aor. 2.) dedi de meo, pro vulgari τιθέντα (in praef.)

antep. συμφερόμενοι] paene inter fe coëuntes rupes, at pauxillum tamen hiantes. nam fi prorfus coalitae fuiffent, ecqui potuiffent, aut auram tranfmittere, aut homines.

pen. ἀνάγουσιν εἴσω] *introrfum tendentibus*. lectio Iuntinae ἀνάγουσαν non difplicet. *auram introrfum* quafi *vocantem et pertrahentem*.

418. 1. δι' ἀλλήλων dedi de meo, pro vulgari δι' ἄλλων. caueae aliae aperiuntur in alias, vt ex vnis in alteras tranfeatur. fed hoc a Bryano iam eft occupatum.

419. 1. recte fi habet hic locus, accipi fic debet, ac fi dictum effet: ἐπεὶ τήν γε χρείαν μόνην χαρίζεσθαι, ἀναγκαίως —

420. vlt. Bene obferuauit Solanus, a verbis καὶ σφόδρα incipere orationem Sullae. Emendaui ergo πρὸς σαυτὸν, pro vulgari πρὸς αὐτὸν. Addo enimuero tibi cuftodes, et eos quidem admodum ad te facientes, tibi accommodatos, arcteque tecum copulatos.

423. 1. malim δωρεὰν aduerbialiter. *gratuito donata. magnas fubftantias, alias viliffimi emebat, alias fibi gratuito donari orabat.*

vlt. ᾗ de meo dedi, pro vulgari ἥν. *ei gloriae aequipollentem, quam Pompeius* — ᾗ tantundem eft, atque ταύτῃ, ἥν. datiuum poftulat praemiffum ἀντίπαλον.

425. 13. πλέον, ἢ ἴσχυεν] fic de meo dedi, pro vulg. πλέον ἴσχυεν.

426. 4. mihi magis placeret φόβῳ alterum tolli, et vocabulum hoc femel modo legi ad hunc modum: ἴσχυε δὲ χάριτι, *pollebat Craffus gratia*, καὶ φόβῳ δ' οὐκ ἔλαττον, *fed terrore quoque non minus*.

8. ἔφησεν de meo dedi, pro vulgari φησὶν.

427. pen. f. εἰς ἀτυχὲς, *infortunatum*.

427. pen. ἐσομένης] ſic loqui ſolent, pro ἀπεβησομένης.

428. 10. malim συμπλέξαντες. nam ratio rei geſtae tempus praeteritum poſtulat.

antep. aut βοτήρων καὶ ποιμένων leg. eſt, aut βοτῆρες καὶ ποιμένες. vtrumque aut in genitiuo, aut in nominatiuo.

vlt. f. δεύτερος ἂν ἐκπέμπεται.

430. 4. γε de meo dedi pro τε.

8. ἐμπεσὼν iam ſupra notauimus, vt Plutarcho proprium, pro συμπεσὼν, vel ἐπιπεσὼν.

13. f. ὁπλίτας ἔχων μυρίους.

431. 12. ἐπανάγων] *de meo reducens, rurſus in vſum reuocans, dudum obſoletum poenae modum.* ſic dedi de meo, pro vulgari ἐπαγαγὼν.

432. 3. ὁμολογήσαντες] cum recepiſſent praedones Cilices Spartaco, reliquos quoque milites eius per fretum Siculum traiecturos, quemadmodum illos ducentos traieciſſent, qui profecto non vniuerſas Spartaci copias efficiebant. ἐξεζωπύρησε, v. 1. videtur recte habere. curauit per legatos ſuos Spartacus in Sicilia bellum ſeruile refocillari.

433. 10. malim ἐπιλειπούσης. λείαν, v. 9. appellat annonas, τὰ ἐπιτήδεια, alimenta neceſſaria.

12. πνεῦμά τι, quae duo ſunt in vulgatis vocabula, in vnum πνεύματι contraxi, (quamquam vtique πνεύμασι in plurali praetuliſſem, ſi licuiſſet) nam χειμέριον habeo non pro neutrius generis adiectiuo, ſed pro foeminino, ad νύκτα referendo.

434. 16. num προθυμουμένων, an προσφυομένων. quae deditae eſſent, aut ſtuderent hoſtibus.

435. 6. ἐπιστρέψαντος (ab ἐπιστρέφειν) reuocaui e Iunt. et Aldina. cum Spartacus, ſubita facta conuerſione, in hoſtem ſe reflexiſſet, pro vulg. ἐπιτρέψ. ab ἐπιτρέπειν.

11. aut ὄντα leg. in accuſat. ſingul. aut ὄντες in nominatiuo plurali.

14. f. καὶ διαρχαιρεσιάζοντες ἔφησαν οὐκ ὀλίγοι. neque pauci, ſermonibus familiaribus prouincias pro arbitratu ſuo inter alios atque alios diſtribuentes, dictitabant, Pompeio conuenire decus victoriae.

antep. ἐπειγόμενος οὖν] ſubaudi ὁ Κράσσος, niſi potius addendum id eſt.

436. 14. f. οἱ γὰρ διαφυγόντες τὸν ἀγῶνα πεντακισχίλιοι, συμπεσόντες αὐτῷ, *cum Pompeio congreſſi,* διεφθάρησαν.

439. 3. ἔχοντι bene ſi habet, redibit ad διῆλθεν αὐτῷ. et tum interiecta omnia ab οὔτε γὰρ ad ἐποιήσατο habenda erunt pro parenthetis. aut potius leg. eſt ἔχων.

10. προσῆλθεν] ad ſenatum puta.

vlt. περὶ] num παρὰ τοῦ Κατιλίνα, κατασεσημασμένην, ὡς ἤδη β. τ. σ. *veniſſe Craſſum ad ſe cum literis a Catilina miſſis, ſed iis adhuc*

adhuc obsignatis; quasi eo facto iam palam confitentem coniurationis communionem.

442. 5. f. ὡς τέως τούτοις δοκοῦντα μόνοις ἐλαττοῦσθαι, προὔχοντα τοῖς ἄλλοις αὐτόν. *quippe qui solis his adhuc visus fuisset Caesari cedere, quem rebus aliis omnibus superaret.*

444. 14. μετὰ τῶν ἄλλων] competitoribus puta consulatus: an amici et clientes Domitii significantur?

445. 2. τὸ οἴκημα] num curiam designat?

vlt. aut Latinismus est ἐκπεσόντι τῷ κλήρῳ, vt ablatiuus sit pro genitiuo vsurpatus, aut leg. est εὐθὺς ἐπ' ἐκπεσόντι τῷ κλ.

446. 12. πρὸς τοῦτον in masculino dedi de meo, redit enim ad τὸν Παρθικὸν πόλεμον, pro vulgari πρὸς τοῦτο in neutro. malim quoque ἐπτόητο (in plusquamperf.)

447. 5. πρὸς αὐτοὺς, quod Iuntina dat, si probamus, quod censeo probandum, leg. erit ὁρμώμενος. *procedens ad eos*, Crasso infestos, *cum placido vultu Pompeius.* et sic dedi de meo, pro vulgari ὁρώμενος.

13. κατ' αὐτὴν desunt Iunt. et Ald. an ergo dedit Plutarchus παραγενομένῳ, vel potius γενομένῳ ἐπὶ ταύτην, θυμιῶν. nam pro suffiendo θυμιᾷν simplex vsurpatur, non compositum ἐπιθυμιᾷν.

450. 2. περὶ] malim πρὸς.

pen. γενομένην (in foemin.) de meo dedi, redit enim ad στρατείαν, pro vulgari γενομένων. *secundum ipsam expeditionem, quae erratum fuit erratorum omnium maximum, peccauit Crassus hoc primum.* quamquam τῶν πάντων μέγιστον ἁμ. γ. vtique praestaret.

451. 4. γυμνασιῶν dedi, perispomenos, a nominatiuo sing. γυμνασία, in prima declinat. pro vulgari γυμνασίων. quasi sit a γυμνάσιον.

452. 13. si πρότερον omittatur, necesse est εἰ legi, pro ἤ.

453. 3. melius conueniret ἐξαίροντες, posteaquam ἀπήγγελλον iam praecessit, p. 452. vlt.

5. βέλη καινὰ sunt sagittae, vel tela, noui generis, nunquam antea neque visi, neque auditi.

7. aut ὅπλα legendum est, vt praecipiunt emendatores, aut τῶν est iterandum, ad hunc modum: τῶν δὲ τῶν καταφράκτων ὅπλων: vt prius τῶν ad ὅπλων referatur, posterius ad καταφράκτων, et vt prius neutrius sit generis, posterius masculini. nam ad καταφράκτων subauditur ἀνδρῶν.

454. 13. πορεύσεσθαι in futuro de meo dedi, pro vulgari πορεύεσθαι in praes.

456. 2. malim διαλύσειν in futuro.

457. 4. παρασχεῖν aor. 2. posse locum infinitiui futuri obtinere, placet. verum pro ἅμα, v. 5. malim θαμὰ, *iugiter, identidem.* in συγκαταίροντα subauditur σὺν τοῖς στρατιώταις. *quoties milites*

in castra descenderent, toties vna cum illis quoque nauigia, commeatus vehentia, esse ad castra appulsura.

458. 2. ἠπείρων non solummodo non absurda est lectio, sed vera quoque, et vnice probanda, atque tenenda, et illi praeferenda alteri, quam ei suffectum eunt. ἤπειρος Graecis est idem, quod Arabibus ألغي tractus ad mare, aut fluuium, ripa, litus, ora ألغاي duo litora, vel ambae orae. αἱ ἤπειροι, αἱ δύο ἤπειροι, sunt, vbi de Euphrate, vt hic, agitur, tractus vterque Euphrati affitus et praetensus, tam a parte Syriae, quam a parte Mesopotamiae. verum in παραπέμψας, v. 1. mihi videtur vitium inesse, et leg. aut παρακάμψας, aut παρακλέψας. *clam, latenter, furtim, abstrahendo a fluuio quam longissime.*

8. δεῆσον (impersonaliter, in nominatiuo, vel accus. sing. generis neutrius) de meo dedi, pro vulgari δεησόντων. *quasi opus ei sit futurum armis.* sed de δεῆσον iam occupauit Moses Solanus. ὃ χειρῶν bene habet. Sententia haec est: quasi tu necesse habeas multis cum molestiis, magnoque temporis dispendio, homines armatos conquirere. Atqui cura tu modo, vt homines tibi sint manibus pedibusque, tametsi nudis, at satis citis tamen validisque instructi, quibus possint hostes fugientes consectari, eorumque fortunas diripere.

459. 1. μέλλοντά σ', ἔφη] id est μέλλοντά σε. nam alloquitur Crassum. *oportebat te, Crasse, si pugnare decreueras* — sic dedi de meo, pro vulgari μέλλοντας, (in accus. plur.) ἔφη.

4. quippe qui partes in se susceperunt, vos abigendi, a finibus Parthiae procul remouendi. nam δίωξις h. l. videtur idem, atque ἀπέλασις, ἄπειρξις, esse.

6. εὐθὺς] subaudi ἀπ' ἀρχῆς.

9. ὁ γὰρ ἦν ἂν τοῦ αὐτοῦ] vt τοῦ ex Appiano, ita ἂν de meo addidi. nam qui tam superbus esset, vt Crassum censeret hostem esse se indignum et a se contemnendum, idem profecto non poterat esse animo tam abiecto, vt ad bella cum Armeno conserenda descenderet.

460. 1. μάχης] imo vero ἄνευ μάχης, vel χωρὶς μάχης. aut leg. πείρας. μάτην, aut π. διὰ κενῆς, aut, vt in quibusdam libris fuit, ἄλλως, *für die liebe lange Weile,* non, vt magnum aliquod facinus ederet, sed vt Crassum luderet, atque ductitaret vanis obiectis terroribus et ostentationibus proeliorum ineundorum, quae nulla decreuisset inire.

9. f. πλείονες δὲ, ἢ δισχίλιοι τῶν κούφων.

12. f. ἐκέκτητο τὸ βασ. vt τὸ cohaereat cum ἐπιτιθέντι.

461. 6. malim τούτοις οὖν. *Barbarus ergo vt eiusmodi conclusiunculavum praestigiis Crasso imposuerat.*

12. ἀλλὰ καὶ τῷ τὸ] sic de meo dedi, datiuum articuli ad accu-

accuſatiuum addens. *ſed etiam propterea deficiebant viribus, animoſque deſpondebant, quod adſpectuum illaetabilitas moerorem crearet.*

461. pen. καθιέντος] ſubaudi ἑαυτὸ, placide ſeſe ex arduo demittentis, ſubmittentis ad planitiem.

462. 2. καὶ e Iuntina et Aldina addidi.

4. ἐκείνῳ] Craſſo puta.

463. 3. βύθιον in adiectiuo dedi de meo, pro vulgari βύθον. v. p. 466. pen.

pen. f. ὐ μόνον λαθὼν Κρ. ἀλλὰ καὶ τῦτο προσπείσας. *non ſolum Craſſo inſidias ab Arabe ſibi ſtructas non ſentiente, ſed etiam praeterea paſſo ab Arabe ſibi perſuaderi hoc —*

vlt. ὑπεργάσεται quid ſit, num ἀπερύξει τε *operam ſe daturum, vt hoſtes* (Parthi) *procul a caſtris Romanorum prohibeantur.* num κατεργάσεται.

464. 9. προσπελάσαντες de meo dedi, pro vulgari προσπελάσαντες.

11. malim ἐπιένται δ' ἐπαιρομένες πλήθει.

13. f. διὰ σπυδὴν (in accuſat.) ὐ πάνυ καθεστηκὸς (in neutro, quod erit loco aduerbii, aut καθεστηκότως) παρέτ. *non admodum ordinate, neque conſtanter, aciem inſtruxit per trepidationem.*

vlt. malim ἐπιδιχνέμων.

465. 5. malim ἐνδεῶς.

9. noui Βαρβαλίσσος.

14. τὸ πλῆθος] articulum deleui, qui Iuntinae deeſt (ſed eſt in Aldina): nam ſi ibi ſeruetur, etiam in continenti τὴν ſit addendum ad τάξιν.

467. 11. ſi ἀλλὰ deberet bene conuenire, non potuiſſet θηλύτητα v. 10. praemitti, ſed debuiſſet in eius locum ἀνδρείαν ſuffici. nam vt muliebris eſt formoſitas, ita virilis quoque eſt. verum quoniam θηλύτητα procul dubio ibi recte habet, malim pro ἀλλὰ ſubſtitui ἅτε, *quippe.*

pen. f. δίκην τῶν ἀνασίλων. ad modum eorum, quibus e ſincipite crines defluxere.

468. 5. αὐτῶν eodem redit, quo τῶν ἀνδρῶν verſu 2. redit, ſcil. ad Romanos.

7. καὶ ταχὺ] ſic collocaui verba haec, in vulgatis tranſpoſita.

antepen. f. τῦ σάγματος, aut ϛεγάσματος. *Sagma* appellatur omne id, quod oppilatur, ad excipiendos et emolliendos atque infringendos ictus corporum validius ingruentium. aut leg. σώματος, aut τοξευμάτων. nam τόξευμα eſt res, quae ſagitta petitur. optimum viſum fuit τραύματος reſcribere. τραῦμα eſt quicquid feritur, ſauciatur, perfoditur.

469. 9. ſi ἐστιν ſeruatur, addendum erit αὐτῶν. ego vero malim ſic legi; καὶ σοφώτατοί εἰσιν ἀμυνόμενοι φεύγοντες ἐπὶ τ. *optime*

callent artem hanc, vt inter fugiendum, cum hostem vlciscantur, salutem suam quaerant, fugaeque sic dedecus detrahant.

470. 6. συντάγματα sunt arcana praecepta, ab imperatore legatis et militibus data, quid in re quaque subita obiecta facere expediat. Est itaque h. l. sententia haec: siue quod a Surena mandata tulissent, ita faciendi, vt fecerunt.

antepen. διώκειν non solummodo est *alterum persequi*, sed, vt ex h. l. paret, vniuerse *currere*, *raptim ferri*, etiamsi tu alterum fugias, te insequentem. nisi malis legere ἐδιώκοντο in passiuo. *liessen sich von den Römern verfolgen*, in fugam se dabant, sui persequendi copiam Romanis dabant.

472. vlt. malim συμπεριπλεκόμ. et sic dedi de meo, pro vulgari συμπαραπλεκ.

473. 2. f. καὶ ὑποδυόμενοι.

antep. dedi de meo ἀμυνεῖσθαι in futuro, pro vulgari ἀμύνεσθαι.

474. 1. ἀνέχοντος de meo dedi, pro vulgari ἔχοντος simplici.

6. aut Κάῤῥαις leg. aut Καῤῥηνοῖς.

475. 1. f. ἀπολελημμένους, *interceptos, vndique circumuentos.*

Ibid. ἀναβαίνοντες] in collem puta arenaceum illum, de quo modo dixerat.

9. ἀποκείραντες idem est, atque ἀποκόψαντες. poëtica dictione, qualis haec est, delectatur Plutarchus.

476. 2. f. φόβῳ δὲ περὶ τοῦ σύμπαντος [scil. στρατοῦ Ῥωμαϊκοῦ] συσχεθεὶς ἅμα, καὶ πόθῳ τοῦ παιδὸς ἑλκόμενος πρὸς τὸ βοηθεῖν, *et metu de salute totius exercitus constrictus atque probibitus ab auxilio filio ferendo, et rursus a desiderio filii tractus ad contentionem ei succurrendi.*

477. 6. εἰ δὲ δεῖ τι] sic dedi de meo, pro εἰ δεῖ τι (sine δὲ) item v. 7. et 8. dedi bis οὔτε, pro vulgari οὐδὲ.

478. 1. ὡς] malim οἷς. id est διὰ τοῦτο, ὅτι. possit quoque ὃς legi, et ad στρατὸν referri. sed praefero illud, quod idem est atque διότι.

9. f. παχὺν ἐπωθούντων σίδηρον τῶν κόντων, *quandoquidem conti crassum ferrum in equitum corpora adigebant, seu contrudebant.* Et sic dedi de meo, pro vulgari παχὺν ἐπὶ τῷ σιδήρῳ τὸν κόντον.

antep. δὴ de meo addidi.

vlt. Κράσσῳ (in dat.) restitui e Iuntina et Aldina, pro vulgari Κράσσου.

479. 7. ἐφαίνετο] subaudi κακά.

vlt. malim δι' ἣν (et sic dedi de meo, pro vulgari δι' ὧν) οὐκ ἀνάγκα πρῶτος (sine μή.)

480. 3. post ἐκρίνετο deest ἤχθετο, vel βαρέως ἔφερε, vel tale quid.

6. τοὺς ἑκατοντάρχας] articulum de meo addidi.

481. vlt. ἀπέῤῥιψε, quod e Iuntina reuocaui, tantumdem eſt, atque ἀπώλεσε. *peſſum dedit.*

485. 9. ἡ σελήνη] articulum de meo addidi.

11. Aſſyria recte hic appellatur. Syriae locus hic nullus eſt. Aſſyria propius a Carrhis abeſt, quam Syria. illuc perueniri poteſt, etiam nullo flumine traiecto. at in Syriam tendentibus a Carrhis Euphrates erat traiiciendus.

489. 4. ἀλάμενοι (in aor. 1.) dedi de meo, pro vulgari ἀλόμενοι. nam in aor. 2. vix vſurpatur. in Iuntina eſt ἀλλόμ. in praeſenti.

vlt. de meo dedi προελθ. (ſine σ) pro vulgari προσελθόντας.

490. 5. περιεβίβασαν eſt, ſtantes ad vtrumque latus equi, Craſſi, in equum ſublati, ſedem in eo confirmarunt. *ſie ſetzten ihn von beyden Seiten in dem Sattel feſte.*

491. 10. malim διεσπάρησαν.

492. 13. οὔ τοι] ſic de meo dedi, pro vulgari οὔτε. haec certe non erant conficta, non ementita, vt ſuperiora erant, mimus Craſſi etc.

antep. poteſt de Ruſtico, item de Ruſticio cogitari.

496. 5. δειπνῶν] malim ἐτύγχανε γὰρ συμπίνων. *compotabant enim tum*, menſis iam dudum ſublatis. aut ſaltim ἐτύγχανε γὰρ συνδειπνῶν. *erat enim in numero conuiuarum.*

497. 9. f. ὡς ἕτεροι τῷ γεωργεῖν.

antep. f. ἀλλ' ὡς (duobus vocabulis) διδοὺς, omiſſo δέ. et ſic dedi de meo.

498. 10. f. οὐδὲ ν̄ [id eſt πεντηκοστὸν] ἦν μέρος ἃ Νικίας — *ne quinquageſima quidem erat pars tota Niciae ſubſtantia, connumeratis largitionibus.* et ſic dedi de meo.

11. f. λέληθε βέβαιον καὶ ἀληθὲς ὂν τὸ [ſcil. δόγμα neſcio cuius philoſophi] *miror fuiſſe, qui minus cerneret*, vel *quem fugeret, certum et verum eſſe illud ſcitum, flagitioſitatem eſſe quandam morum inaequabilitatem et inconſtantiam.*

500. 7. pone σχολῆς aut addendum, aut certe ſubaudiendum eſt ὥστ'. aut ſic poteſt legi: ἔχει. ὥστ' ἐπὶ σχολῆς ἐκ μέσου γ.

vlt. f. μὴ καλῶς ἄρχουσιν. vel potius μὴ ἀρέσκουσιν. *iis, qui ciuibus diſplicent.* et profecto Cleo diſplicebat.

501. 1. num μηδὲν ἰσχύοντα πλέον, *qui nihil in rep. valeret vltra impudentiam et vociferationem e ſuggeſtu.*

8. δεινὸν recte habet. graue et atrox eſt, ſuam ſalutem priuatam ſalute reip. prodenda redimere.

13. f. ἐν τοῖς Περσικοῖς αἰσχρῶς καὶ ἀφρόνως στρατηγήσας.

502. 10. τὸ παρ' αὐτὸν] *niſi interceſſiſſet Nicias, Athenienſes potiti fuiſſent Sicilia.* haec eſt vis praepoſitionis παρά. alias dicunt τὸ κατ' αὐτόν. *quantum in ipſo eſſent.*

15. f. πλὴν τῆς ἐπὶ — vbi ſubauditur στρατηγίας.

503. 2. f. καὶ διὰ τοῦτο, *et propterea nihil profuit Romanis* Craſſus, tametſi prouinciam Parthicam ambitione ipſis inuitis extorſiſſet.

10. vitioſum ἐπεῖσε (nam ſic accentibus inſtructum eſt hoc vocabulum in edit. Iuntina) prodit, in illo codice, vnde Iuntina prodita eſt, exaratum fuiſſe ἐπεῖχε, *inhibuit, repreſſit*, ſiue ſemetipſum, ſiue ciues.

antep. καὶ Καίσαρος] ſic vulgaria dant exempla, ego hoc καὶ hinc ablatum deduxi in verſum penult. et poſui ante αὐτὸς, vbi vulgatis deeſt.

vlt. f. καὶ ταῦτα προσεργάσασθαι [vel, ſi mauis, προσκατεργ. pendet hic infinitiuus ab ὠρέχθη v. 12.] οἷς Πομπήϊος οὐκ ἐπῆλθεν, καὶ Λούκουλλος ἀπέσχετο. *Aſiae partibus iam ſubactis, eas addere cupiebat, quas Pompeius non obiſſet, et a quibus Lucullus ſeſe abſtinuiſſet.*

504. 2. malim πρὸς πάντα in neutro, aut πρὸς πάντας ἀγῶνας ἀγαθοί.

4. ὑποθέσεις] hoc idem dicit, quod dicunt praemiſſa, τὰ αὐτὰ Κράσσῳ προελόμενοι. num ergo leg. τὰς αὐτὰς ἀντιστάσεις λαβόντες. id certe ſententia poſtulat.

5. τῆς ἀρχῆς] ſignificare videtur prouinciam belli Mithridatici. ſed ea potius ἐπαρχία eſt.

7. malim ἡττημένοις in perfecto.

505. 3. malim τὸ εὐδικεῖν. haud me fugit, fore, qui vulgatam eo tueantur, quod aiant, nil reſpici ad illa praemiſſa, εἰ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ — p. 504. 13. iam ſequi πολλοῦ τιμητέον εἶναι τὸ ἀδικεῖν, ſeu τὴν ἀδικίαν. verum falli mihi videntur haec aientes. finge, Plutarchum ſic ſcripſiſſe: εἰ γὰρ ἀδικεῖν χρή, οὐ ῥᾳδίως χρὴ ἀδικεῖν [nam προΐεσθαι τὸ δίκαιον v. 4. profecto idem eſt, atque ἀδικεῖν.] οὐδ᾽ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ πολλοῦ χρὴ τιμᾶν τὴν δικαιοσύνην. et ſic de meo ſenſu vulgare ἀδικεῖν cum εὐδικεῖν commutaui.

12. φθόνου eſt in Iuntina. vnde φθόνους poſſit effici.

vlt. ἡ ἀσάφεια de meo dedi, pro vulgari ἀσφάλεια. nam incertitudini et ambiguitati tribui poteſt perinde temeritas, libidini ſuae indulgens in fraudem legum, et error e religione natus, e vetuſtis ritibus atque opinationibus inueteratis coalita; minus autem poſſunt haec duo tribui ſecuritati, aut cautioni, aut certitudini, τῇ ἀσφαλείᾳ.

506. 1. αὐτῆς] non τῆς ἀσφαλείας, ſed τῆς ἀσαφείας. vbi rei veritas in incerto eſt, ibi peccari poteſt vtramuis in partem, ſiue exceſſu, ſiue defectu.

AD SERTORIVM.

506. antep. ὁμοιότητος] imo vero ἀνομοιότ. nam ſi rerum ſubſtantiae numero eſſent infinitae, haberet fortuna in materiae abundantia largum quaſi munerarium diſcrepantiae, hoc eſt, nunquam

quam esset futurum, vt res inter se similes euenirent. Iam vero, cum finitae sint numero substantiae, necesse est, vt res eaedem saepius eueniant.

508. 2. ἀποκλεῖσαι] scil. aut τὰς πύλας, aut αὐτὸν, Charidemum puta, qui videtur is esse Charidemus, cuius creberrima fit mentio in or. Demosth. in Aristocratem.

9. malim cum copula, καὶ περὶ ȣ̃.

12. malim πρὸς φίλȣς.

509. 9. τῆς Σαβίνων] subaudi χώρας, possit tamen quoque τοῖς Σ. legi, et ad Νήσοις referri. v. tamen p. 511. 3.

511. pen. ἐνεσκευασμένȣς de meo dedi, pro vulgari ἐνσκευασμ.

512. 2. ad ἔλαβεν subaudi, quod potius addendum videtur, ἀφύλακτον, vel ἐκχυθὲν.

513. 5. ego cum e Iuntina et Aldina ἐξεδέξατο reuocassem, necesse habui etiam κατευφήμησεν (in singulari) accommodare. Contra fecerat Stephanus, h. e. cernens in ambabus istis editionibus κατευφήμησαν (in plur.) exaratum, ei ἐξεδέξαντο quoque accommodabat. vtrumque rectum est, modo sit in numeris constantia.

14. αὐτὸν μὲν de meo dedi, vocabulis transpositis, pro vulgari μὲν αὐτόν. sed occupatum hoc iam est in Vulcob.

516. vlt. aut φθάσεις in optatiuo est leg. aut φθάσῃ in subiunctiuo.

517. 5. καταβολεῖ dedi, paululum corrigens minutum Iuntinae et Aldinae mendum καταβάλει. in quo praeter accentum nil peccat. vulgatae dant καταβάλῃ.

518. 1. ὑποβαλλόμενος (in praes.) equidem praeferam e Iuntina et Ald. quod si placet, erit etiam καθοπλίζων p. 517. vlt. legendum.

4. πολεμικῶν dant Iunt. et Ald. quod si placebit, delendum erit κατά.

7. ςρατιὰν reuocaui e Iuntina et Aldina, pro vulgari ςρατείαν.

522. antep. f. διὰ τὸ λεγόμενον τῶν λειψάνων μέγεθος.

pen. τῷ malim abesse.

524. 13. post βαρυθυμίας videtur μεσὸν, vel γέμον, deesse.

525. 1. malim δοκεῖ in indicatiuo. nam ἂν p. 524. vlt. non cum δοκῇ cohaeret, sed cum ἐκςῆσαι: occupauit hoc iam Solanus.

526. 15. ἀφιςάντας, *ad defectionem impellentes*, non bene conuenit. his enim castra non obmouentur. quare malim ἀμφιςάντας, *obsidione cingentes*.

528. 4. Δομέτιον καὶ Λύσιον] sine dubio leg. est Δομέτιον Καλȣΐσιον, *Domitium Caluisium*. Quem Plutarchus Caluisium appellat, alii Caluinum appellant. Prorsus idem nomen vtrumque est.

529. antep. f. συνειθίσθαι, *assuescere, assuefieri*.

530. vlt. ad illos datiuos φεύγοντι et διώκοντι, subaudi δυνατῆς, vel χρησίμης. ad genitiuos autem, διεκδύσεως et κυκλώσεως subaudi e proximo ἐμπειρίαν.

532. 4. malim ἐβοήθησε κελεύσας.

533. 14. εἷλεν] *cepit eos*. Latinismus hic est.

534. 4. ἐπιδείξεις, quod in exemplo Mureti quoque fuisse nullus dubito, de meo dedi, pro vulgari ἀποδείξεις. Sunt nobis sic dicta *examina*, latinis tirocinia, cum tironum profectus in literis et artibus explorantur per specimina, ab ipsis exhibenda.

535. 1. malim σῶσαι ob insequens ἀνακυφίσαι v. 2. nisi si quid circa σώζειν desit. e. c. ζητῆσαι.

2. num ἄλλους πρὸ ἄλλων πάντας. an ἄλλους παρ' ἄλλων λαβόντας.

4. malim τραπέσθαι (in aor. 2.)

vlt. δὲ] malim οὖν.

538. 3. f. διεπαιδαγώγει [scil. αὐτοὺς, ductitabat iocularibus suis nugis barbaros] πρὸς τὸν καιρὸν, pro re nata, prout tempore quoque esset oportunum.

7. τὸν Τάγον, τὸν ποταμὸν. vel τ. Τ. τὸν μέγαν ποταμὸν.

pen. num διακεκλεμμένον, (a κλέπτειν) *qui tum a Metello se clam subduxerat, furtim remouerat.*

539. 1. εἴτε καὶ μὴ] sic dedi de meo. vulgatae pro media voce dant τὸ.

4. δ' vncis inclusi, quod praestabat plane sustulisse.

pen. f. ἀποσμῶντας, *mit der Schüppe, oder Schaufel, vom Haufen weggraben.*

540. 3. in Iuntina et Aldina est προαπέπνει. vnde effeci προεπέπνει, *prius adspirabat*, antequam Caecias surgeret. ex iisdem paulo post v. 7. restitui διὰ βάθους (in genitiuo) pro vulg. διὰ βάθος.

541. 8. de meo dedi ὑπερβαλόντι (in aor. 2.) pro vulg. ὑπερβάλλοντι in praef. sed occupauit hoc iam Bryanus.

544. 1. aut περὶ Σούκρωνα, aut παρὰ Σούκρωνι erat corrigendum. quia ergo περὶ Τουττίαν v. 2. sequitur, malui περὶ Σούκρωνα dare.

545. 3. f. τοὺς ἑαυτῷ συνεστῶτας, *milites secum stantes*, partium suarum.

547. 9. f. ἐπιδακρύσαντος.

antepen. τοὺς πολεμίους] articulum addidi e Iuntina, quod ab Aldina et insecutis abest.

548. 8. δὲ neque in Iuntina, neque in Aldina, cernitur. quare eius loco malim οὖν, aut sic legi: ὥστε προθέμενοι τοὺς θυρεοὺς.

551. 2. παρ' αὐτῷ restitui e Iuntina et Aldina, pro vulgari παρ' αὐτοῦ.

552. antepen. malim ἀρεταῖς κεχρῆσθαι in perfecto, et paulo post v. vlt. περιβαλέσθαι (vno λ. in aor. 2.)

554. vlt. ἐν Παλατίῳ] scribit hic Plutarchus, ex more seculi sui, quo Caesares Augusti in Palatio habitabant, quae erat ipsorum regia, non ex eius seculi more, quod Mithridatem tulit, quo neque curia senatus in monte Palatino erat, neque domicilium principis.

556. 7.

556.7. idem eſt, ac ſi dixiſſet πρὸς ἀντιποίησιν καὶ ἐλπίδα τῆς ἡγεμονίας.

559. pen. f. τῇ τραχύτητι, *ex aſperitate*, τῆς λαλιᾶς.

vlt. ὀλιγωρίᾳ] ſubaudi πρὸς ἑαυτόν. neglecta obſeruantiae, pudoris et reuerentiae erga ſe, Sertorium.

560. f. μετέβαλε τὸ σχῆμα [id eſt τὸ ἑαυτῦ εἰωθὸς σχῆμα, τὸ σεμνὸν, καὶ αὐστηρὸν] *mutabat vultum moremque ſolitum*, ἐπὶ τῆς κλισίας — *eo quod ſupinus recumberet ſuper lecto.* vel, *eo quod ſupinum atque remiſſum ſeſe porrigeret ſuper lecto ſuo.* κλισία eſt lectus triclinaris, vel puluinar, culcita, ſuper qua quis recumbit.

AD EVMENEM.

563. 3. ᾗσπερ de meo dedi, pro vulg. ὥσπερ.

564. 3. planior haec foret oratio: την μὲν ταύτης ἀδελφὴν Ἀπάμαν Πτολεμαίῳ, Εὐμενεῖ δὲ Βαρσάνην αὐτὴν ἐξέδωκε. aut eſt potius in nomine Barſines iunioris vitium.

565. pen. malim συνδιαφθαρέντων.

567. 11. καὶ τὴν ὑποκ.] ſic dedi e Iuntina. (nam Aldina cum vulgatis καὶ omittit) tractus ad oram Ponti diuerſus eſt a Paphlagonia.

568. 13. μισῶν] ſcil. Eumenem, ad quem etiam proximum αὐτὸν redit.

vlt. αὐτὸν] Leonnatum.

569. 5. χρυσοῖς] ſubaudi σκεύεσι. alias χρυσία appellant.

vlt. f. ἃ μὲν ἀφίστασθαι ὥρμητο. populos ad defectionem ſpectantes opera Eumenis ad fidem reductum iri nullus dubitans, qui autem in fide manſerant — (hi ſunt Plutarcho dicta τὰ ὑπολειπόμενα) De προσάξασθαι p. 570. 1. nil equidem nouem. Saepe aoriſtus pro futuro vſurpatur.

570. 9. f. ἀντίσαγμα, *contrapondium*, clitellas alteras alteris aequilibres.

572. 6. f. καὶ δόντας καὶ λαβόντας ὅρκυς, *iurciurando mutuo dato acceptoque.*

11. f. ϛρατηγίαν. munus imperatorium, gradumque in ipſorum amicitia.

573. vlt. ὄγκον e Iunt. et Ald. reſtitui pro vulgari ὄγκος.

574. 4. de meo dedi προῆγεν (ſine σ).

pen. μὲν refertur ad inſequens ἀναζεῦξαι δὲ βυλόμενος p. 575. 1. *dididerat quidem hunc rumorem — attamen nihilominus caſtra mouere de nocte atque diſcedere decreuerat.*

vlt. καὶ vncis incluſi, vt delendum, perperam ex initio vocabuli proximi Καππαδ. iteratum.

577. 11. τέλος δὴ πληγεὶς] ſic dedi de meo, pro vulgari τ. δὲ πλ.

578. 12. reuocaui παρὰ e Iuntina et Aldina.

578. pen.

578. pen. παρέψαυσε bene habet. *nicht recht harte am Fleische anlag, nicht recht anpassete, sondern ein wenig abprallete.* notanda vis praep. παρὰ in huiusmodi verbis, significans, *secus, atque oportebat.*

583. 5. sic, vt cernere est, distinxi et correxi, pro vulgari μετέβαλε λαθὼν, καὶ παραλλ. ego vero dedi de meo μετέβαλε. λαθὼν δὲ παραλλ. id est λάθρα δὲ παραλλ.

7. καὶ συναγαγὼν] copulam de meo addidi.

11. malim ἐπανελθόντα.

584. 2. malim ὠφελείας ἐκ λαφύρων, vel ὠφ. ἀπὸ λαφύρων.

5. ἀποστρέψων] scil. δι' αὐτῶ, per diuturnitatem temporis tandem aliquando a se auersurus, detorsurus.

antep. φράζεσθαι (*sibi cauere*) de meo dedi, pro vulgari φράξασθαι.

vlt. ἐπιδρόμων dedi de meo (quamquam vtique εὐεπιδρόμων maluissem) ab adiectiuo ἐπίδρομος, vel εὐεπίδρομος, pro vulgari ἐπιδρομῶν, quod esset a substantiuo ἐπιδρομή.

585. 13. ἐκεῖνος (Eumenes puta) restitui e Iuntina, et Aldina, pro vulgari ἐκεῖνο.

14. παρῆκεν] scil. ἡμᾶς, aut ὑμᾶς. aut τὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας ἡμῶν.

587. 2. περιβαλόντες] Antigonus puta atque Eumenes.

588. 3. malim ἐγκρατὴς χωρὶς γεγονὼς (in particip. et omisso articulo) et praetuli saltim participium vulgatae γέγονε.

8. φιλοφροσύνην (in accusat.) dedi de meo, pro vulgari φιλοφροσύνῃ in datiuo.

589. 10. παρήγειρε] *clam, sensim subleuauit.* bene habet haec lectio.

591. 5. Μακεδόνες ἐς ταῦτα] praepositionem, quae in vulgatis a concursu cum fine vocabuli Μακ. elisa est, de meo addidi.

592. pen. Iuntina et Aldina dant ἐπεί γε. (pro ἐπῆγε) vnde poterat etiam effici ἐπεῖχε. dicitur aliquis ἐπέχειν τινὶ βακτηρίαν, cum baculum ei intentat, tenens super capite eius.

593. 8. κατεπευφημισμένον de meo dedi, (pro vulgari καταπεφημ.) cum in Iuntina et Aldina reperirem κατεπεφημ.

vlt. τεθρυμμένα, (a θρύπτειν) *fracta, eneruata*, dedi de meo, pro vulgari τεθραμμένα (a τρέφειν). Sed occupauit hoc iam Solanus.

595. 2. bene habent h. l. omnia. στρατηγιᾷν est *affectare, ad se raptare imperium militare.*

596. 3. num Περσίδι.

7. ἔξω] id est ὄπισθεν, *pone castra.*

pen. f. καλεῖν πρὸς αὐτὺς. aut potius τάττειν (vel κοσμεῖν) αὐτὺς, aut ἄγειν αὐτὺς. sed praetuli prius. *vociferabantur, irent ocyus, qui Eumenem ad se arcesserent.*

597. 14.

597. 14. προῆγεν (sine σ) de meo dedi, et sic quoque p. 601. 7.

598. 10. ταχεῖαν de meo dedi, pro vulgari τραχ.

600. 11. καταφανῆ, vt scholium dictionis ἐξ ἀπόπτε, vncis inclusi, nullus dubitans, expungendum esse.

Ibid. περιβαλλόμενος in aor. 2. dedi de meo, pro vulgari περιβαλλ. et pari modo versu 13. γενομένε in aor. 2. pro γινομ.

602. 8. παρεῖναι cum spiritu aspero exarandum, recte habet, cum sit infinit. aor. 2. verbi παρίημι. *transmittere, concedere, sibi elabi pati.*

603. 7. δὲ, vt delendum, vncis inclusi.

11. f. βαθύγεων, cuius gleba esset pinguis, limosa, et vda, vestigio cedens.

